
ANIMADVERSIONES SACRÆ AD TEXTUM HEBRAICUM VETERIS TESTAMENTI:

In quibus loci multi difficiles, hactenus non ſatis intellecti vulgò, multæque phraſes obſcuriores, ac vocabula parum adhuc percepta, explicantur, veræque Expoſitiones cum aliorum Interpretamentis, præcipuè Græci, Syri, Chaldæi, Hieronymi, ac Rabbinorum, conferuntur, atque iſtorum conſenſu aut confutatione confirmantur.

Cùm Indicibus neceſſariis, ac copioſiſſimis.

Autore *Arnoldo Bootio* M. D.



LONDINI,

Typis *Richardi Biſhopii* & *Jacobi Junii*, impenſis *Laurentii Sadleri* Bibliopolæ, commorantis in vico vulgo vocato Little Britaine, apud quem proſtant venales.

Anno Domini M.DC.XLIV.





EXIMIO PRÆSULI
Jacobo Usserio, Archiepiſcopo Armachano, & totius Hiberniæ Primati.



Multis nominibus, Reverendiſſime Domine, tibi debetur hoc opus. Primò quidem, quia cœptum conſummatumque in Hibernia, quò me, ignotum tibi ad id tempus ac nunquam viſum, amantiſſimis literis & honeſtis admodum conditionibus evocaveras, ac quò pervectum, non modò inſigni affectu amplexus es, ac benigna promiſſorum præſtatione fovisti; ſed & omnibus modis ita exornare annixus es, ut lautiſſimæ fortunæ ac ſplendidiſſimæ praxeos, ad quam brevi perveni, ac qua per complures annos continuos uſus ſum ad initium horrendæ iſtius Rebellionis (qua ut multa millia hominum per infandum ſcelus media in pace ſunt trucidata, ita ſuperſtitum rationes omnes perturbatæ fuerunt & everſæ) te præcipuum ſub Deo autorem agnoſcere debeam; ac proinde etiam opportunitatis inde ſubminiſtratæ animique mihi additi, de tali ſcriptionis genere cogitandi. Deinde quum is ſis, qui unus ex omnibus de hujuſmodi ſcriptis optimè judicare queas, tu non modò autor mihi hortatorque fuiſti hujus operis aggrediendi, ex quo cognoviſti me tale quippiam moliri, ſed & particulas ſubinde oſtenſas ita approbâſti, ac tam plenâ manu collaudâſti, ut magnum id mihi calcar adjecerit pergendi in incepto, ac hos libros elaborandi. Præterea inſtructiſſima tua bibliotheca ita mihi ſemper patuit, ut quum aſſidua praxis vix ſemel iterumque in anno ad

diem unum aut alterum me ab urbe abesse pateretur, nunquam mihi necessitatem Drogedam ad ipsam veniendi imposueris; sed vel integra equorum onera inde, quoties mihi videretur, Dublinum asportandi vel accersendi, & quam diu vellem apud me detinendi facultatem concesseris: quod sicuti mihi percommodum accidit in aliis multis libris, quibus ipse carebam, & qui nec prece nec pretio in Hibernia parari poterant, tum præsertim in raro isto κειμηλίῳ, magnis molestiis & sumptibus ex ipsis Orientis penetralibus à te petito, Veteri Testamento Syriaco, ejusque scholiaste Gregorio, unde eximiam locupletando ac adornando præsenti operi utilitatem me cepisse, res ipsa loquitur. Ob has tot rationes cum tibi se hoc opus magna ex parte debeat, haud alius mihi deligendus fuit, sub cujus auspicio id in publicum prodire vellem; præsertim quum omnia, quæ hic tractantur, spectent ad indagandos & illustrandos Verbi Divini sensus; quod tibi super omnia hujus mundi bona charum esse ac pretiosum, sicuti omnibus verè Christianis, tantoque magis Christianorum Doctoribus, esse debet, constanti totius vitæ serie monstrâsti, eundemque aliis affectum ut ingenerares, perpetuo ac efficacissimo doctrinæ tenore semper allaborâsti. Propenso igitur animo admitte hoc qualecunque munus, atque hanc compellationem, unde omnes discant tuorum in me beneficiorum magnitudinem, meumque pro iis grati animi affectum; ac sciant, siquid hinc fructus retulerint, id omne tibi, tanquam primo autori, acceptum ferendum esse. Londini, 22. Octobris 1644.

Reverendæ tuæ Dignitatis



observantissimus

Arnoldus Bootius.

Præfatio ad Lectorem.

Quum in limine adolescentiæ, viginti abhinc annis, cœpissem animum appellere ad linguam hebraicam addiscendam, primo quidem haud ulterius progredi cogitabam, quam ut hebraicè legere ac scribere, & grammaticæ maximè necessaria parte percepta, Textum Hebraicum ope Dictionariorum & strictiorum Translationum quadamtenus intelligere possem; ne amplius in controversiis Religionis examinandis, qua re diu admodum dubius distinebar, multumq; temporis absumebam, penitus ex aliorum dictis pendere cogerer, quoties ad Textum authenticum recursus fieret, uti passim ab utriusq; partis scriptoribus fieri videbam. Hoc cum sic satis assecutus mihi viderer, moderari mihi non potui, quin pristinum meum desiderium amplians, porro tendere anniterer, ac Hebraicæ linguæ cognitionem, quam rudem duntaxat & leviter deformatam adhuc possidebam, paulatim elimare ac perficere conarer: & proinde deinceps per aliquot annos continuos aliquid vacui temporis subinde in id impendendo, ac totum Vetus Testamentum, primo quidem per se, deinde etiam adjunctis Rabbinorum commentariis, iterum iterumq; perlegendo, diligentem operam dedi, ut non modò vocabulorum omnium intellectum quantum possem nanciscerer, sed & omnes Linguæ sanctæ idiotismos, tum in peculiaribus phrasibus ac figuris, tum in toto sermonis genere, omniq; orationis varietate, quanta poteram accuratione observarem, cunctaque seponerem in peculiares commentarios, ubi ea usus tempore in promptu haberem. Hæc dum ago, quamplurimi se mihi obtulerunt loci, plurimæq; phrases ac dictiones multum obscuritatis habentes, in quorum expositione Interpretes, quos subinde inspiciebam, magnopere invicem dissentirent, aut interdum concordarent quidem vel omnes vel plerique, ita tamen ut nequaquam satisfacerent penitus intuenti. Quia autem non patiebatur institutum ea impræsens amplius rimari, neque absq; insigni curriculi propositi interruptione atq; remora licebat istis sigillatim excutiendis insistere: cuncta illa, exceptis hic illic nonnullis, in quibus id quod rectum erat statim & absq; magna inquisitione se ingerebat attentius consideranti, in unam sylvam conjeci, postmodum iis enucleandis vacaturus, ubi propositum prius absolvissem, tempusq; ac opportunitatem Deus dedisset. Factum hoc altero post meum in Hiberniam adventum anno, tertiodecimo ex quo primum hebraicari cœperam, quando aggressus sum istorum aliqua, nullo servato certo ordine, sed prout res atq; animus ferebat, accuratius perpendere, & adhibitis in consilium Interpretibus, Scholiastis atq; Commentatoribus selectioribus, quotquot nancisci poteram, verum cujusq; loci phraseos atq; dictionis sensum eruere, & seposito omni affectu atq; præjudicio quid quisque diceret examinare, atque ita propriam sententiam, siquid certi prius statueram, confirmare vel immutare, aut de vera expositione, ad id temporis in medio relicta, decernere id quod ex omnibus maximè probabile videretur. Hoc pacto triennii spatio confeci quatuor istos Animadversionum libros, horis planissimè succisivis, cum per omne illud tempus Praxi Medica ampla ac splendida, & per omnes anni partes propemodum æquali utens, exiguum omnino tempus vacuum haberem, quod in hujusmodi studia impendere possem. quarti verò anni, qui fuit Æræ Christianæ 1640. omnes succisivas horas insumpsi iis sub incudem revocandis, & secunda cura expoliendis. Isto peracto cum aliquot menses ab hoc scriptionis genere penitus interquievissem, ea deinceps in Hibernia insecuta sunt tempora, per quæ de eo in manus resumendo cogitare nec libuit magnopere, omnibus sursum deorsum versis, nec licuit, quum & manuscripta omnia ac libri potissimi, sub initium rebellionis in Angliam amandati, non nisi multo post tempore ad me redierint,

& totum

& totum biennium ac amplius, quod ab eo tempore in Hibernia mansi, supra omnia retro tempora habuerim occupatissimum. siquidem ad ordinariam Praxin accessit etiam Aulica, & Militaris, imposito mihi per eam tempestatem gemino munere, Archiatri Duumvirum Regiorum, Hiberniæ summa cum potestate præfectorum, & Archiatri copiarum Anglicarum in eadem Insula; cui posteriori adjuncta etiam fuit cura duorum Valetudinariorum, meo procuratu Dublini erectorum, unius pro ægris, alterius pro sauciis militibus: quæ omnia me totum ita ad se rapiebant, ut interdum toto die vix horula cibo capiendo superesset. Ex quo autem Hibernia excessi, atque in Angliam redii, quod factum ineunte Vere præsentis anni, & librorum absentia, quos in patriam Hollandiam Dublino omnes præmiseram, & præsens rerum mearum incertitudo, æquè me impedierunt, quominus pergerem in isto opere, cujus vix centesimam partem hisce quatuor libris prælibavi. Hæc est causa, quamobrem quatuor duntaxat Animadversionum libros damus impræsens, tot jam annis elapsis, ex quo illos absolvimus. & his ipsis difficulter lucem publicam impetrassemus (Bibliopolis in Anglia summè aversis ab imprimendis libris alia quam vernacula lingua scriptis) nisi fuisset per amicum meum meritissimum Joh. Boncle, Scotum sanguine, Anglum natalibus, qui non modò ipse in Lingua sacra & cognatis, omniq; politioris literaturæ genere versatissimus (idque, quod mirum ac rarum, αὐτοδίδακτος, & per multa ac magna obstacula) sed & promovendi omnia ad augendam rem literariam spectantia summo desiderio flagrans, negotium id in se suscepit, ac perfecit, & cum aliter Bibliopolam perpellere non posset, dimidium sumptuum de suo dependit.

De numero Interpretum atque Expositorum, quibus in hoc opere usi sumus, prævidemus duas inter se pugnantes hominum opiniones. Uni damnabunt tantum agmen, dicentq; nos nimios fuisse, multoque paucioribus contentos esse debuisse. alii contra, quum nobis propositum fuerit, Virorum doctorum de locis obscurioribus sententias undique conquirere, causabuntur plures fuisse adhibendos, multosq; alios, quibus nusquam usi sumus, haudquaquam debuisse præteriri. Quantum ad posteriores hosce; vere profitemur, siquis bonus Interpres aut Commentator à nobis præteritus est, nos haud ob aliud eum præteriisse, nisi quod aut planè ignotus nobis fuit, aut eo caruimus, neq; in Hibernia eum nancisci potuimus: sicuti neminè usi sumus, cujus nomen dissimulavimus, aut quicquam à quoquam didicimus, quod non ingenuè professi sumus, nullo facto discrimine, quam quisq; scriptor Religionem aut Sectam sequeretur. Primis verò respondemus, siquid tædii iis est in legendis tot Autorum nominibus, multo plus nobis fuisse in iis inspiciendis, describendis, ac ordinandis; quod nemo ritè æstimaverit, nisi qui idem experiri voluerit. & nisi nobis sedisset sententia, circumspectè ac pensiculatè de omni difficultate decidere, nunquam à nobis impetrare potuissemus, ut tantam molestiam devoravemus. nam qui ambitioni & ostentationi in numerosa illa Autorum allegatione nos velificatos incusabunt, insignem nobis injuriam facient. siquidem in omni studiorum genere nihil vanius semper reputavimus, quam ex multorum Scriptorum citatione eruditionis auram captare; quum ista res factu facillima sit, & indoctis æquè ac doctis prompta. Porro non deerunt, credo, qui omnem hanc operam minime necessariam putent, ac pro superflua habeant, acsi post tot egregias translationes atq; expositiones nihil jam reliquum sit, quod innovari debeat, aut ampliore illustratione indigeat: quos ego bonos viros oratos velim, ut siquid in his literis sapiunt, perpendant ista prius, quam de iis judicent. sin verò earum expertes sunt, aliis potius, qui ista intelligunt, ac sedulo rimati sunt, quàm suæ ipsorum opinioni deferendum putent. Sunt etiam, qui Textum Hebraicum ignominiosè tractantes, & uni alicui Translationi penitus addicti, illum, ubicunq; ab ea dissidet, pro contaminato ac corrupto habent: id quod in Versione Vulgata seu Latina vetere fecerunt intra hos centum annos aliquammulti, in Græca verò nuper Joh. Morinus: qui si audiantur, inanis erit omnis opera ista, omneq; hoc scriptorum genus nauci faciendum. Sed istos homines insigniter errare, ac nullam omnino Translationem Hebraicis codicibus æquiparandam esse, multo minus præferendam, complures utriusq;

Religionis

Præfatio ad Lectorem.

Religionis eruditissimi viri multis ac solidis rationibus demonstrarunt: ac præ cæteris Sixtinus Amama in Anti barbaris, & Solomon Glassius in Philologia sacra, luculenter nervoseq; hoc argumentum executi sunt contra eos, qui Vulgatam Latinam Hebraico Textui anteferunt. Morino verò se opposuit Doctor Simeon Muisius; & nos quoque in Anti-samaritano, ante multos annos scripto, sed nondum evulgato: de quo libro, ejusq; conscribendi occasione ac ratione, nonnulla hic nobis dicenda sunt. Decem abhinc annis, & sesquianno antequam Londino in Hiberniam abirem, amicus meus Franciscus Taylor, Ecclesiæ Claphamensis prope Londinum Rector, attulit mihi Johannis Morini, mihi ad id tempus ne de nomine quidem noti, Exercitationes Ecclesiasticas in Pentateuchum Samaritanum: quem librum cum perlegissem, deprehendi ibi id agi, non modò ut Pentateucho Samaritico conciliaretur authoritas supra eum, qui per Judæorum manus ab ultimis temporibus ad nos derivatus est, quo Christus & Apostoli usi, unde Versio Græca Septuaginta, antiquissima Chaldaica Onkelosii, Syriaca, antiquitate haud multo inferior, & Vulgata Latina seu Hieronymiana factæ sunt; sed & ut universo Veteri Testamento Hebraico summa infamia inureretur, acsi maculis ac sordibus omni ex parte coopertum esset, & penitus vitiatum corruptumq; omnibus iis in locis, ubi à Græca Sept. Versione dissidet (quanquam in longè maxima illorum parte Vulgata Latina, æquè ac Syriaca, contra hanc illi suffragantur) atq; in aliis præterea infinitis. Hoc tam impium ausum indignè ferens, facile mihi persuaderi passus sum ab amico meo Taylero, sociam operam spondente, ut isti libro responderem. & quum absoluto pæne libro mihi oblata esset Bibliorum Græcolatinorum editio Parisina, ibiq; deprehendissem prolixam Morini præfationem, in qua tandem contra Textum Hebraicum calumniam acriter perurget; prioribus sexaginta capitibus, quibus libro ejus Samaritico à capite ad calcem fuse responderam, adjunxi sexagesimum primum, quo præcipuum in ista præfatione argumentum, ab Allegationibus in Novo Testamento factis desumptam, pertractavi ac retudi; quum tempus deesset ad reliquas ibi objectiones examinandas. Scripsi autem omnia paulo acrius & acerbius (contra quam Collega meus Taylor voluerat) plenus indignatione, & juvenili calore, nondum vigesimum octavum ætatis annum tunc egressus. Hunc librum, paucorum mensium spatio absolutum, quum Lugdunum Batavorum ad meos ibi amicos transmisissem, qui editionem ejus in se susceperant, exorta ibi sævissima pestis, atq; urbem eam per multos menses continuos crudeliter depopulata, præla omnia cessare fecit, ac viris doctis ibi, quorum pleriq; in alias partes diffugerant, tantum otii fecit, ut eâ extinctâ ipsi prælorum operam omnem occuparent iis, quæ per tam longas ferias elaboraverant, excudendis: quæ causa fuit amico nostro summo D°. Constantino Lempereur, ut quum de procuranda totius libri editione jam desperaret, ultimum ipsius caput, seu Appendicem illam de Allegationibus Novi Testamenti, ipsi peculiariter dicatam, à reliquo corpore avellens, seorsim vulgaret, eiq; insciis nobis nomen ac titulum de suo apponeret, atq; in ipso corpore hic illic ea, unde non tractatum per se, sed alterius libri portionem id esse apparebat, immutaret. Ita pag. 114. pro nostro hujus capitis *rescripsit* hujus examinis: *& pag.* 121. hunc libellum *pro* hoc caput. *& pag.* 193. *pro* hoc caput *reposuit* hoc examen. *pag.* 201. alio libro capite 33. *pro* supra capite 33. *pag.* 214. hoc examine *pro* hoc capite. *quanquam hoc ipsum non satis constanter fecit. namq; pag.* 121. *nostrum* hoc capite *(quod in* hoc libello *aut* hoc examine *mutare debuerat, ut sibi constaret) ita ut erat reliquit: & pag.* 210. hujus operis *non mutavit: uti & pag.* 214. *totam parenthesin,* sicut nunc ad exercitationes ejus ecclesiasticas fecimus, *non expunxit, quanquam planissimè declarantem, quod non libellus ille sit per se scriptus, sed grandioris ac justi operis particula vel appendix. Hic tractatus ita momordit Morinum, ut responsionem contra eum vulgaverit impotentissimam, non asperè & indignabundè compositam, ad exemplum nostri in ipsum scripti, sed crassis atq; è trivio petitis convitiis undiq; oppletam, qualia à scurra aut balatrone citius expectares, quàm à Presbytero Oratoriano, idq; in causa pro-*

sa pro-

sa propria, ac privatam duntaxat injuriam ulciscente. qua tanta istius scripti fœditas in causa mihi fuit, ut id responso planissimè indignum judicarem, neq; aures præbere vellem nonnullis amicorum meorum, qui id instanter à me efflagitabant. Quod autem veterum in Hebraicam veritatem criminationum non tam pœnitentia, quàm pudore ductus Morinus, ac facti tam atrocis invidiam variis subterfugiis declinans, statum quæstionis immutat, queriturq; injuriam ipsi à nobis factam, acsi id ei impingeremus, quod ipse nunquam attentasset; ac se tueri nititur exemplo doctorum virorum, qui hic illic mendas in Scripturam irrepsisse suspicati sunt: evidens est, eos in longè dispari esse causa, nec quicquam patrocinari isti facinori, quo Textum Originarium quaqua fœdissimè corruptum, omniq; mendarum genere penitus deformatum esse pertendit, ac pro tali eum omni autoritate & authentiâ spoliare molitur Morinus: quod ipsum fecisse, & per se manifestum est, & planissimum facit Anti-Samaritanus noster, sicuti videbunt omnes, quando is in lucem prodierit, quod haud in longum fore speramus. Neq; enim dissimulare volumus, expetere nos ut tandem aliquando vulgetur opus illud, non tam ob propriam defensionem, ac nominis nostri vindicationem, quàm quia ibi Morini in Textum Authenticum calumniæ prolixe ac sigillatim expenduntur ac refelluntur, tum aliæ omnes, tum præcipuè quas ex Rabbinis tanto apparatu in scenam produxit, De septuaginta vultibus Legis, De scriptione Legis sine ulla vocum inter se distinctione, De dissidiis Babyloniorum ac Palæstinorum circa 216 locorum lectionem, De discordia Nephthalitarum & Ascheritarum, De keri ac chetib, De Ittur sopherim, & Tikkun sopherim, aliaq; similis farinæ: quas omnes inanes esse ac futiles, & plerasq; contra ipsorum Rabbinorum mentem detortas, clarè ostendimus; sicuti & omnia illa, quæ in favorem Samaritanorum & Codicis Samaritani (impuri illius, ac à Pseudo-messia Dositheo callidè adulterati) in medium affert Morinus, vanitatis, & plerumq; falsitatis, coarguuntur. Et quanquam Exercitationes illas Samaritanas alii quoq; impugnarunt eruditè ac cum fructu, Doctor quidem Muisius quantum ad vindicias Sacri Textus attinet, Johannes verò Henricus Hottingerus quoad τὸ ἄδηλον Samaritici Pentateuchi; speramus tamen opus nostrum, quod Muisiano quidem contra Samariticum Exercitatorem responsioni tempore propemodum æquale, Hottingeriano verò, intra hos pauculos menses demum publicatâ, aliquot annis anterius est, haudquaquam supervacuum visum iri, judicaturosq; ipsos illos viros doctos, aliosq; qui nostra legent, nos haudquaquam actum egisse, qui id nihilominus vulgandum censuerimus.

Quum igitur vana esse ac falsa deprehendantur, quæcunq; contra Hebraicam veritatem Morinus aliiq; ejus hostes ac calumniatores jactant, & proinde integra ipsi constet sua autoritas; sequitur, omnium ipsam Versionum normam esse debere ac regulam, ideoq; bene poni operam, quæ in difficilioribus ejus locis edisserendis collocatur: qua in re sicuti nos, post multos ac magnos viros, pro virili versati sumus, ac porro etiam, si ita Deo visum fuerit, versabimur; ita ut alii omnes, qui aliquam sibi in his literis facultatem compararint, idem facere adnitantur, ex animo optamus.

INDEX

INDEX AUTORUM.

A

ABenesra. R. Abraham. Vid. Esraides.
Ælianus. lib. 2. cap. ix. sect. 6. 3. i. 2. 3. iii. 10. 3. iv. 9. 3. v. 9.

Æschylus. 4. ix 5.

Agellius. Ant. Agellii commentarii in Psalmos. fol. Paris. 1611. 1. x. 6. * 2. ix. 11. 2. xi. 10. 2. viii. 12. † 1. iv. 2, 3.

Ainsworth. Annotations on the five bookes of Moses, the book of Psalms, and Canticles, by Henry Ainsworth. fol. Londini, 1626. 2. iv. 1. 2. v. 11.

Alexander ab Alexandro. 2. vi. 6.

Amama. Sixtini Amama Frisii, Literarum Hebraicarum in Academia Franekerana Professoris, Antibarbarus Biblicus, in sex libros distributus. octav. Amstelod. 1628. Censura Vulgatæ Versionis quinq; librorum Mosis. quarto, Franek. 1620. Bybelsche conferentie. quarto, Amstel. 1623. liber est Belgicus, in quo veterem Belgicam Bibliorum Versionem, è Germanica Lutheri factam, ad fontes hebraicos & optimos quosque Interpretes examinat, ac ubicunque sequius aliquid conversum putavit, aliam translationem exhibet; additâ declaratione, quare prior translatio in istis locis rejici, aliaque pro ea substitui debuit. hujus operis ductum secuti sunt in plerisque locis autores novæ translationis Belgicæ. 1. iv. 3. 2. iii. 1, 3, 7, 12. 2. viii. 11.

Ammianus Marcellinus. 1. vii. 5, 8, 12. 1. xi. 4. 1. xii. 1, 2. 2. i. 5. 2. vi. 15. 2. vii. 8. 3. i. 16. 3. iv. 5.

Anglica. Anglica Versione gemina usi sumus, Genevensi, & Regia. Prior adornata fuit Genevæ (unde & nomen accepit) ab Anglis ibi sub persecutione Mariana exulantibus; è quorum numero tres præcipui ac doctissimi, Miles Coverdale, William Whittingham, & Antonie Gilbie, totum biennium insumpserunt huic operi, ac Scripturæ sacræ in linguam patriam transfundendæ gnaviter admodum invigilaverunt, & Versionem suam ad umbilicum perductam typis vulgaverunt anno 1560. suppressis nominibus: quæ versio deinceps sæpius in Anglia recusa est; quippe quæ toto Reginæ Elisabethæ tempore in omnium manibus fuit frustra excutere nitentibus Episcopis (parum ipsi æquis, quia ab hominibus Hierarchiam Ecclesiasticam aversantibus concinnata erat) suamque Editionem pro ea populo ingerentibus, quam quidem in templa, inque publicam liturgiam introduxerant, in cujus formulis hodieque liber Psalmorum habetur ex ista translatione. Hæc editio, dicta vulgo, The Bishops Bible, i. Biblia Episcopalia, initio regni Elisabethæ condita fuerat ab Archiepiscopo Cantuariensi Parkero, qui aliquot præterea alios viros doctos, atque Hebraicè peritos, sibi adjutores asciverat. Hanc editionem ob id, quia non semper Hebraicam Veritatem strictè sequitur, nonnullisque in locis dedita opera ad Græcam Versionem se attemperat, loco movendam quum censuisset Rex Jacobus, neque tamen Genevensem admittere vellet, summopere ipsi infestus ob unum alterumque in scholiis locum, Regiæ potestati ἀντιπίπτοντα parum faventem, novam

vam de integro Versionem fieri curavit, ope diversorum virorum doctorum, quorum cuique suum pensum attributum erat. hæc translatio, Regia à nobis dicta, quia jussu Regis Jacobi facta, licet & in templa sit recepta, & in populi manibus versetur, Genevensem tamen abolere prorsus non potuit, quippe qua adhuc plurimi passim utantur; quum Editio Episcopalis omnino exoleverit, atque obliterata sit, adeo ut rarissimè, & fere non nisi in instructiore aliqua Bibliotheca conspiciatur. Sunt & aliæ Versiones Anglicæ, omnibus istis antiquiores, ac jam sub regno Henrici octavi factæ (autoribus **M. Tindall**, **M. Matthewes**, aliisque) qui non modò usum ejus populo permisit, quamdiu Cromwellus in gratia apud eum fuit, sed & ejusdem instinctu jussit publico decreto, ut in omnibus per totum regnum templis singula ejus exemplaria publicè haberentur; obnitentibus validè Episcopis; qui postea quoque, sublato de medio Cromwello, non modò irritum reddiderunt hoc decretum, sed & novum à Rege obtinuerunt, quo omnia istarum Versionum exemplaria vetabantur à quoquam haberi, & flammis adjudicabantur; qua de re tractat prolixè Foxius in historia Martyrum. Istæ Editiones erant minus accuratæ, utpote non è Textu authentico, sed ex Latinis translationibus facta; & penitus, æquè ac Versio Episcopalis, exoluerunt.

Anglica Genevensis, sive vetus, * 1.iii.2. 1.vii.10. 1.x.6. 2.iii.2. 2.v.8. 3.vii.13. 4.ii.3. 4.viii.8. 4.x.6. † 2.iv.1.

Anglica nova, sive regia. * 1.vii.10. 1.ix.9. 2.viii.12. 3.viii.6. 4.iv.2. 4.xi.4. 4.xii.16.

Anglica utraque, 1.x.7,10. 2.ii.11. 2.iii.3,7. 2.x.14. 2.xi.10.

Anonymus. In margine magnorum Bibliorum, cum Glossa interlineari & marginali, ac Lyrani annotationibus impressorum (de quibus vide in, *Lyranus*) ascriptæ sunt passim ad locos difficiliores aut sequius redditos novæ ex hebræo versiones, sæpe admodum bonæ & elegantes; quarum autorem rimanti, nihil uspiam vel in præfationibus, vel in toto opere occurrit, unde id addiscerem; quare ipsum sub appellatione Anonymi & Marginalis allegavi. 4.xi.4,9. 4.xii.19.

Apollonius Rhodius. 2.vi.13. 3.vi.10. 3.vii.3. Mirum Apollonii commentum. 2.iii.11.

Appianus. 1.vi.7. 1.vii.8. 1.xi.7. 4.vii.2. 4.viii.4.

Apuleius. Indiligentia ejus, & fœdum plagium. 2.v.10.

Aquila. 1.i.1,4,6,8. 2.viii.5. 4.v.2. † 2.ix.2. Proprietatis hebraicarum vocum callentissimus, 1.i.8. sed superstitiosus usque ad ineptias, in etymologiis earum exprimendis. 4.iii.1. 4.xi.5, 11. 4.xii.8.

Arabs. *Pentateuchus Arabicus* quarto, Ludg. 1622. De hac translatione videatur præfatio editoris Erpenii. 1.iii.1. 2.iii.5. 4.v.1. *Novum Testamen. Arabicum*, quarto, Leydæ, 1616. 2.i.8,9. *Psalmi Arabici, cum Interpretatione latina per columnas addita*, quarto, Romæ 1619. Hac translatione nuspiam usi sumus, utpote quam nullius pretii deprehendimus, & quæ non textum authenticum, sed interpretationem Græcam, eamque non sinceram, sed corruptam & adulteratam, exprimat.

Arias Montanus. Biblia Hebraica, cum interlineari versione Santis Pagnini: quæ quidem interpretatio, cum ab hebraicarum dictionum proprietate recedit, sensum videlicet magis quàm verba exprimens, in margine libri est collocata, atque alia Ben-Ariæ Montani Hispalensis aliorumq; collato studio è verbo reddita, ac diverso characterum genere distincta, in ejus locum est substituta. Opus excusum primò in Bibliis Regiis, ac deinde sæpius recusum. nostra editio prodiit ex officina Plantina Raphelengii, 1613. in octavo. * 3.vii.3. † 3.x.3. 4.iii.6.

4.iii.6. 4.xi.5. Sæpe Pagnini versionem temerè loco movet, & pro bonis Pagnini prava ineptaque substituit: 2.viii.7. 3.iii.3,7. 3.xi.1,2. 4.xi.8.

Aristides, 3.i.4.

Aristoteles, 2.x.9. 3.i.9,16. 3.iv.7,9. 3.ix.6.

Arnobius, 3.v.8.

Arrianus, 2.vi.12. 2.vii.8. 4.vii.12. 4.ix.18.

Athenæus, 2.vii.9.

B.

Baal Turim, Scholia brevissima sunt in Biblia, quæ in nonnullos libros exhibent Biblia magna Veneta, ac Buxtorfiana ex iis expressa, 1.iii.3. 2.v.1.

Baifius, 4.viii.4.

Basilius Magnus, 4.iii.9.

Belgæ. Belgica Bibliorum translatio est duplex: una non ex hebraico, sed ex Germanico Lutheri expressâ; cujus exemplar vidi impressum in octavo, Amstelodami 1527. nullâ additâ præfatione, nec Interpretis nomine uspiam comparente. De hac translatione, variisque ejus interpolationibus, vide Amamæ præfationem in librum **Bybelsche conferentie** dictum, de quo nos supra locuti sumus. Nos hac translatione nuspiam usi sumus, cum ipsam Lutheri germanicam ad manum haberemus, sed sequente duntaxat, quæ jussu Ordinum generalium Belgii ex hebraico facta à diversis doctis viris, collatis operis, ac multorum annorum studio, prodiit primò 1637. in magno folio, cum locupletissimis ac exactissimis scholiis marginalibus, cum hoc titulo: **Biblia, dat is de oorspronckelicke taelen in de Nederlantsche tael getrouwelick overgeset**, 2.iii.13. 2.xi.18. 4.viii.8. * 1.v.8. 1.vi.4. 1.vii.3, 9,10. 1.viii.5. 1.ix.1. 1.x.2,6,7,8. 2.ii.5. 2.iii.3. 2.x.14. 2.xi.17. 2.xii.3,4,6,7,16. 3.iii.9. 3.vi.8. 4.iv.4. 4.xi.4. 4.xi.9. † 3.x.11,12.

Benedictus. *Biblia sacra Veteris ac Novi Testamenti, juxta Vulgatam quam vocant Editionem: Johannis Benedicti Theologi industriâ accuratè recognita & emendata—— Editio omnium accuratissima, autore Renato Benedicto——Lutetiæ, 1564. in folio regali.* Joh. Bened. in præfatione ait, Scriptorum in tractandis & transcribendis scriptis divinis tantam hactenus fuisse incuriam, ut tot reperiantur exemplaria quot codices. Huic morbo mederi volentem, vetustissimos codices & impressos & manuscriptos se contulisse & inter se, & cum hebræis qui nobis ex hebræo canone leguntur, ac cum Græcis qui tantum græcè leguntur, & differentias annotasse iisdem signis, quibus antea Hieronymus; asterisco, in quibus Latina editio à peregrina deficit; obelo, in quibus abundat; & numeris, in quibus illa dissidet. Istis multa alia se addidisse scholia, quæ cætera maximè illustrent, & textum, ubi obscurior videbatur, redderent clariorem. In annotandis locis, ubi ab hebraico dissentit latina, sæpe valde mancus est & jejunus; ac plerunque, potioribus & capitalibus penitus omissis, exigua quædam & minoris momenti attigisse contentus. In iis autem, quæ adnotat, permulta à Pagnino desumpta sunt, atque ex ipsius interpretatione ad verbum, aut parva cum mutatione, transcripta; ita tamen ut non pauca quoque sint, in quibus à Pagnino penitus desciscit, sed in quibus vix ullum operæ pretium deprehendi: quare eo in totum abstinui.

Biblia. Anglica, Arabica, Belgica, Chaldaica, Gallica, Germanica, Græca, Hispanica, Italica, Latina, Syriaca: Castalionis, Clarii, Hieronymi, Munsteri, Osiandri, Pagnini, Piscatoris, Tigurinorum, Tremellii, Vatabli. Quære quodque horum suis locis, juxta seriem alphabeti, qua hic adscripta sunt.

Borrhaus. *Martini Borrhai commentarii in Mosen*, fol. Basil. 1555. *In Josuam, Judic. Samuel. & lib. Regum*, fol. Basil. 1557.

In Esaiam & Apocalypsin, fol. Basil. 1561. *In Jobum & Ecclesiasten*, fol. Basil. 1564. 2.iii.13. 2.v.7. 3.vii.1. 3.x.6. 4.xii.10. * 1.v.4,5,7. 1.vii.10,11. 2.xi.17. 3.vi.7,8. 3.xi.4. 4.i.12. † 3.x.12.

Brissonius, 1.vii.13.

Brunius, **De spreucken van Solomon, upt de Hebreeusche tacle overgeset, & in alle duystere plaetsen uytgeleyt, & verklaert door Joh. de Bruine**, octavo, Middleburgii, 1619. 2.ii.12. 4.xi.8. 4.xii.13.

Bucerus. Martini Buceri commentarii in Psalmos, Judicum, Sophoniam. fol. apud Rob Stephanum, 1554. Duplicem singulorum Psalmorum exhibet interpretationem, unam liberiorem ac paraphrasticam, alteram strictiorem & ad verbum 2.xi.4. 3.i.5. * 2.ix.10,12. 2.xii.4. 4.viii.6,9.

Buxtorfius. Johan. Buxtorfii Thesaurus Linguæ sanctæ hebrææ, editio tertia, octavo. Basil. 1620. *Lexicon hebraicum & chaldaicum*, editio quarta, octavo, Basil. 1631. *Concordantiæ Bibliorum hebraicæ*, [editæ à Joh. Buxtorfio juniore, magni patris majore filio] fol Basil. 1632. *Lexicon chaldaicum, talmudicum, & rabbinicum* [opus immensi laboris atque fructus, & incomparabili multorum annorum industria patris atque filii elaboratum] fol. Basil. 1639. 1.viii.1. 2.i.7. 2.iv.4. 2.x.5. 2.xii.15. 3.iii.10,11. 3.ix.8. 3.xii.2,7. * 1.x.7. 4.xi.4. † 3.ii.7. 3.xi.8.

C.

Jul. Cæsar, 1.vii.7,8. 1.xi.1. 3.i.14,15.

Cajetanus. Thomas à Vio, Cajetanus patria, ejusdemque urbis Episcopus, & Cardinalis, ingravescente senecta scripsit commentarios in Pentateuchum, omnes libros historicos, Jobum, Psalmos, & Proverbia, sensui literali duntaxat intentus, idque secundum hebraicam veritatem: cujus linguæ ipse quidem parum gnarus erat, sed habebat ad manum homines hebraicè doctos, qui ad verbum omnia ipsi interpretarentur, non modo exactè, sed superstitiose, ac sæpe absonè; id quod & expositiones consimiles à bono viro haud rarò elicuit. Cœpit hoc studiorum genus undecim ante mortem annis, ac commentarios in Psalmos tribus ante ipsam annis vulgavit, ann. 1530. ipse natus tunc annos 63. 1.iv.12. 2.iv.1. 3.vi.11. 3.x.11,12. 3.xi.3. * 2.xii.4. 3.vi.8. 3.vii.9. 4.ii.8. 4.xi.4. † 3.iii.5. 3.ix.7. 3.x.5. 3.xi.4. 4.i.12. 4.xi.5. 4.xii.10.

Callimachus, 3.x.8.

Calpurnius, 2.x.12.

Calvinus. Joh. Calvini commentarius in quinque libros Mosis, fol. Genevæ, 1597. *Brevis commentarius in Josue.* ibid. *Commentarii in Esaiam, primùm collecti, atque è prælectionibus ipsius excepti, à N. Gallasio: deinde locupletati & expoliti magno labore & cura ipsius autoris*, fol. Genevæ, 1617. Hoc opus, quod aliena prius ope editum anno 1551. Angliæ Regi Edvardo inscripserat; politum postea tanto labore ac diligentia, ut novum opus censeri posset, Reginæ Elisabethæ, regnum recenter auspicatæ, dicavit, initio an. 1559. *Prælectiones in Jeremiæ prophetiam, & Lamentationes, Joh. Budæi & Caroli Jonvillæi labore & industria exceptæ*, fol Genevæ, 1617. Hoc opus primò prodiit 1563. *Prælectiones in Ezechielis capita 20. priora. & prælectiones in Danielem*, fol. Genevæ, 1617. *Prælectiones in duodecim Prophetas minores*, fol. Genev. 1567. Editum hoc opus primo fuit anno 1559. In præfatione hujus operis traditur ratio, quam Auditores Calvini tenuerint in hisce ejus prælectionibus, alitsque in Prophetas ac Psalmos, excipiendis, atque in justum opus redigendis. *Commentarius in librum Psalmorum*, fol. Gen. 1578. prima editio prodiit anno 1557. * 1.iii.2. 1.v.2,4. 1.vii.2. 1.viii.5. 1.x.6,7. 1.xi.3. 1.xii.7. 2.vi.5. 2.viii.6,9. 2.ix.12. 2.x.14. 2.xii.3,4,5,9,16. 3.i.6. 3.viii.9. 4.i.8. 4.ii.10,

4.ii.10. 4.v.8. 4.viii.4,8. 4.ix.5.

Castalio. *Biblia Interprete Sebast.Castalione, unà cum ejusdem annotationibus*, fol. Basil.1551. Versionem hanc suam recognitam secundò edidit anno 1556. per eundem Operinum. & tertiò quoque in eadem urbe fuit rescua, apud Waldkirchium,anno 1573. In præfatione ait, Se in hoc opere multos annos, continenter, summo ocio, prosperâ valetudine, summâ alacritate usum elaborâsse, 1.vii.9. 2.xi.10. 3.iv.3. 3.vii.1. 3.x.9. 3.xi.7. 4.viii 5. 4.xii.3. * 1.iii.10. 1.v.4,5,6. 1.vii.3,11. 1.x.6,7. 2.i.5,6. 2.ii.11. 2.viii.8,13. 2.xii.1,16. 3.iii.8,9. 3.vii.3. 3.viii.9. 3.x.14. 3.xi.5. 4.i.9,11. 4.ix.5. 4.xii.16. † 1.iv.1. 2.vi.4. 3.ii.1. 3.iv.2. 3.viii.4. 3.ix.5. 3.x.1,12. 4.iv.1. 4.vi.9. 4.xii.7. Perspicacissimus plerunque Interpres, 3.iv.2. 3.vii.1. Elegantiæ & latinitatis magnam ubique curam habet, sæpe nimiam, 4.iv.1.

Cevallerius, vide Pagnini Lexicon, 2.iv.4.

Chaldæus, *Chaldaica Versio.* Hæc translatio in quinque libris Mosis ab Onkelos est confecta summâ fide & diligentia; ad quam sic satis accedit, & qui reliquos libros historicos vertit. Ast in libris Didacticis omnibus vix minimam boni Interpretis partem absolvit, passim à verbis textus abiens, & non in liberiorem ecphrasin, sed in sermonem penitus à proposito alienum se diffundens, ac quidvis potius quàm quod in textu est exhibens, aut tenuissima duntaxat ejus vestigia repræsentans Translatio latina,quæ chaldaicæ peraphrasi in Bibliis Regiis apponitur in Pentateucho, desumpta est è Bibliis Complutensibus(in qua Editione nihil aliud de Targum habetur,præter Onkelos in quinque libros Mosis) in Prophetas majores & minores, ex Complutensi bibliotheca allata, atque ab Aria correcta fuit; ast Targum in reliquos libros ipse Arias latinè vertit, 1.i.3. 2.ii.12. 4.i.11. 4.iv.2. 4.v.5. * 1.v.5. 1.ix.6. 1.x.3. 2.6.4. 3.vii.3. 3.xii.10. 4.i.4. 4.viii.7. † 1.iv.5. 2.vi.4. 2.vii.11. 2.viii.6,9. 2.xi.14. 3.ii.5. 3.iii.4,5. 3.iv.3,5. 3.v.1. 3.vi.2. 3.xi.1. 4.v.1. Solet retinere ambiguitatem textus hebraici, 1.ix.1. In locis intricatioribus aliquando græcos sequitur, 4.v.3. Nimiæ licentiæ exempla. 2.viii.4. 3.iv.1. 3.vi.5. 3.xii.8. Aliquando non intelligitur, ac miserè redditur ab Interpretibus & Lexicographis, 1.iv.5. 3.iii.9.

Joh.Chrysostomus, 4.viii.6,8.

Cicero, 1.viii.7. 1.xi.1. 1.vi.6. 2.ix.6. 2.x.12. 3.v.7. 3.xi.3.

Clarius. Isidorus Clarius Brescianus, Abbas Benedictinus, ac postea Episcopus Fulginas, totum Bibliorum corpus de novo transtulit, ac scholiis illustravit, ut Senensis, Possevinus, aliique testantur. Mihi nunquam videre contigit hanc translationem, etiamsi multam in eo operam posui, sicunde ipsam nancisci possem.

Columella, 3.iv.9. 3.v.5.

Nic.Contius, 3.i.5.

Ctesias, 3.i.2. Homo vanissimus, ac summè mendax, 3.i.4.

Curtius, 1.ii.2,4,6. 1.vii.5,12. 2.vi.9,11. 3.iv.6,7. 4.vi.11. 4.ix.18.

D.

R.David, vide Kimchi.

Dausquejus, 4.vii.12.

Delrio, Insolens nimis, 3.i.10.

Digesta, 2.ix.3.

Dio Cassius, 1.vi.7,8. 1.vii.13. 1.xii.10.

Dio Chrysostomus, 1.xii.9. 2.vii.9. 3.i.16. 3.x.8.

Diodatus, vide Italus.

Diodorus Siculus, 1.vii.8. 1.xi.4. 2.v.10. 2.vi.8. 2.ix.5,6. 3.ii.9,16. 3.iv.6. 4.vii.5,6,11.

Dionysius Halicarnasseus, 1.vi.6,7,8. 1.vii.7,8. 1.xi.4. 2.ix.8. 3.xii.8.

Dionysius Periegetes, 4.iii.9.

Drusius. *Joh. Drusii ad loca difficiliora Pentateuchi*, quarto, Franck. 1617. *Ad loca difficiliora Josue, Judicum, Samuelis*, quarto, Franck. 1618. *Veterum Interpretum Græcorum in totum Vetus Testamentum fragmenta*, quarto, Arnhemi, 1622. *Nova versio & scholia in Jobum*, quarto, Amstel. 1636. *Annotationes in Coheleth*, quarto, Amstel. 1635. *Commentarius in duodecim Prophetas minores*, quarto, Amstel. 1627. De literis משה וכלב libri duo, octavo, Raphel. 1600. 2.iv.4. 2.xi.12. 3.vii.1. 4.vi.7. 4.viii.7. * 1.vii.11. 3.vi.8. 3.viii.5. 4.i.4. † 4.xii.10. Mercerum sequi solet, 4.i.11.

E.

Ephrem, 2.v.9.

Erasmus, 4.ix.10.

Erpenius, 2.viii.2.

R. Esaias, 4.viii.7. 4.xi.4.

Esraides, R. Abraham Abenesra, 1.vii.9. 2.xi.14. 2.xii.7. 3.ii.1. 3.vi.6. 3.x.11,12. * 1.vii.3,9. 1.x.9. 2.iv.1. 2.viii.15. 3.vii.12. 3.ix.7. 3.xi.5. 4.iv.4. 4.viii.7. 4.xii.8,9,16. † 2.x.1,2. 3.vi.2. 3.xi.1.

Eusebius, 2.vii.8.

Euthymius. Commentarii in Psalmos, 4.viii.3.

F.

Guido Fabricius, 3.iii.9.

Ferrarii Lexicon Syriacum, 2.v.9. 2.xii.8. 3.iii.7. 3.iv.2. 4.x.2.

Festus, 1.viii.7. 3.i.5.

Valerius Flaccus, 2.ii.13. 3.vii.3.

Forerius. *Francisci Forerii Ulyssipponensis Esaiæ Prophetæ Vetus & Nova ex Hebræo versio, cum commentario, in quo utriusque ratio redditur, &c.* octavo, Antverpiæ, 1567. Scripsit etiam in duodecim Prophetas minores: imò, si vera narrat Senensis, in Jobum, Psalmos, & libros Solomonis. sed hos libros nunquam nancisci potui, 1.v.5,7. 2.iii.9. 2.v.7,12. 4.ii.10. 4.vii.1. 4.ix.14,19. * 1.i.6. 1.ii.6. 1.v.2,4. 1.vii.3. 1.ix.9. 3.xi.5. 4.viii.4. 4.ix.16. 4.x.14,18. † 1.viii.3. 1.ix.1,8. 3.viii.8. 4.xi.8.

Frontinus, 1.xi.4. 1.xii.6. 2.vi.11.

G.

Galenus, 3.v.5.

Gallica. Translationibus Gallicis duabus usi sumus in his libris, Veteri, & Genevensi. Veteris autor fuit Petrus Robertus Olivetanus, Noviodunensis Picardus, qui sub initiis Reformationis eam Genevæ adornavit, ac Neocomi typis vulgavit anno 1535. quum pecunia in sumptus necessarios ipsi subministrata esset à Valdensibus Vallium Pedemontanarum incolis. Hæc translatio cum per subsequentes annos iteratis editionibus sæpius esset interpolata, tandem pastores Genevenses eam penitus refinxerunt, & cum Textu authentico ac optimis quibusque Versionibus conferendo, ita ut nulli ipsarum se astringerent, sed quod optimum iis videretur undique deligerent, novam quodammodo versionem procuderunt, insignibus quoque scholiis passim illustratam, qua exinde Reformatæ omnes per Galliam Ecclesiæ utuntur.

Gallica vetus, * 2.xi.10. 3.x.14. 4.viii.8. 4.x.6. 4.xii.16. † 1.vii.10. 3.x.12.

Gallica Genevensis, 2.vi.5. 2.xii.8. 3.iii.4. * 1.vi.4. 1.viii.5. 1.x.6,7. 2.xi.10,18. 2.xii.7,16. 4.iv.2,4. 4.viii.9. † 3.x.11,12.

Gallica utraque, * 1.vii.3. 1.x.6. 2.viii.12. 2.x.14. 2.xi.9,17.

Garcias ab Horto, 3.i.4.

Gellius, 1.vi.8. 2.vii.9.

Genebrardus *Gilb. Genebrardi commentarii in Psalmos*, octavo, Lugduni, 1607. 2.ix.11. 3.vii.3. † 1.iv.1,4. 2.viii.10. Homo petulantissimus, 3.x.10. insigniter hallucinatur in quodam Jarchii loco, 2.ix.11.

INDEX AUTORUM.

Genevensis Anglica, vide Anglica.

Genevensis Gallica, vide Gallica.

Germanica. Germanicæ Bibliorum translationes duæ extant, una à Luthero confecta, quam sub istius viri nomine semper allegamus; altera à Piscatore, quam cum mihi comparassem, usus tamen ea non sum, deprehenso quod exactissimè ei conveniret cum iis quæ in Biblia latinè, partim scholiis, partim etiam Versionibus integrorum librorum Piscator elaboravit.

Gesnerus, 3.i.5,9,10,11.

Glassius. *Solomonis Glassii Philologiæ sacræ libri duo*, quarto, Jenæ, 1623. *Liber tertius & quartus* [quibus universa Syntaxeos hebraicæ ratio continetur] quarto, Jenæ, 1634. 1.ix.4. 1.x.3. 2.iii.8. 3.iii.11. 4.ii.9. 4.viii.7.

Glossa ordinaria, 2.xi.17.

Græci. Græcam Veteris Testamenti translationem integram habemus unam duntaxat hodie, quam Septuaginta appellamus passim, quia consuetudo sic obtinuit; quum alioquin ea, quæ incomparabilis vir Josephus Scaliger attulit contra inolitam de Septuaginta Interpretibus opinionem, cuivis sani cerebri homini planissimam faciant vanitatem istius fabellæ, utut ab antiquissimis temporibus vulgatæ, ac passim absque ulla hæsitatione receptæ. De reliquis translationibus Græcis, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis, aliisque ab Origene collectis & publicatis, nihil hodie, quod sciatur, extat, præter exigua fragmenta, quæ ferè omnia exhibet Editio jussu Sixti quinti Romæ adornata, eamque in hoc imitata Francofurtensis: è quibus desumpta Drusius in unum volumen conjecit, additis nonnullis è propria Patrum lectione collectis, ac latina omnium interpretatione, & brevibus hic illic adnotationibus. Etiam Gregorius Syrus passim istorum Interpretum testimonium advocat, sed nescio quo malo fato factum est, ut plerisque omnibus in locis ne verbo quidem plus aut minus alleget, quam in nostrarum editionum scholiis legitur; ut verisimile mihi sit, jam tum abolitas fuisse istas Translationes, Gregoriumque nihil amplius de iis habuisse, nisi quod in exemplaris sui Græci scholiis, aut in alio quopiam excerptorum libello reperit.

Gregorius Syrus. Autor iste, de quo jam nunc locuti sumus, scripsit Syriacè scholia in omnes utriusque Instrumenti libros, valde succincta, & in quibus nihil magis culpes quàm nimiam brevitatem. quippe passim integra capita, & quidem multos difficiles ac intricatos locos habentia, exilibus paucorum versuum annotationibus transcurrit, earumque haud minimam partem in minutiis grammaticis occupat, ac assignandis veris dictionum vocalibus, non per notularum & punctorum ascriptionem, sed integras Vocalium appellationes usurpando. Habet tamen sparsim (præsertim in libro Psalmorum, ubi multo est quam in aliis libris plenior & prolixior) multa bona & utilia; quæ ab aliis minoris momenti, ac heterogeneis, secreta, transcripsit ex eo omnia (postquam libro uti ipse desieram) amicus meus summus, D. Dudleius Loftus, filius Adami Loftus, Equitis Aurati, & Hiberniæ Thesaurarii, in cognitione linguarum Orientalium (etiam abstrusiorum, Armenæ, & Æthiopicæ) versatissimus, & Arameæ seu Syriacæ imprimis addictus; à quo, spero, impetrabitur, ut publico bono ista vulgare in animum inducat. Est liber magnus in quarto, dense admodum, angustis marginibus, & minutiori charactere scriptus; titulumque gerit אוצר ראזא, *Horreum secretorum seu mysteriorum*, compositus ante trecentos circiter annos, quantum colligere visus sum ex nonnullis locis. Suppeditavit eum nobis instructissima bibliotheca D. Archiepiscopi Armachani, qui ipsum cum Bibliis Syriacis, catena in quatuor

Evangelia,

Evangelia, aliisque bonis libris Syriacis compluribus in Syria magno ære pro se parari, atque in Hiberniam apportari curavit, 1.iv.4. 1.viii.9. 2.v.9. 2.viii.2,3. 2.xii.8. 3.ix.7. 3.x.13. 4.v.1,2.

Nic.Gruchius, 2.vi.8.

H.

Halicarnasseus, vide Dionysius.

Heliodorus, 1.viii 7. 2.vi.9.

Herodianus, 2.ix.1.

Herodotus, 1.ii.5. 1.vii.5,13. 1.xii.4,5,6. 2 vi.8. 3.iv.6,7,9. 4.vii.4,13.

Hesichius, 2.i.8.

Hieronymus. Hieronymi Versionem quoties advocamus, Latinam Veterem seu Vulgatam vulgò dictam intelligi volumus, extra librum Psalmorum, qui seorsim habetur, atque in Bibliorum corpus nunquam receptus fuit, Psalmis editionis Italicæ, quæ non ex hebræo, sed ex Græco facta, pristinum ibi locum obtinentibus. Non desunt qui & de cæteris litem moveant, ac editionem hanc nequaquam esse germanam Hieronymianam contendant, sed ex ea atque aliis variè mixtam atque immutatam. sed mihi non persuadent, neque magnum pondus video in argumento, quo præcipuo ac ferè unico utuntur, sumpto à variis Scripturæ locis, qui aliter in ista Editione, aliter in variis Hieronymi scriptis versi deprehenduntur. Cur enim hoc quenquam moveat, cum certum sit & de Veteribus Interpretibus, & de Recentioribus nonnullos varias adornâsse Editiones, ac in sequentibus multa longè aliter, quàm in præcedentibus fecerant, transtulisse. Unum præ omnibus nominâsse sufficiat Pagninum, qui non modò primam suam Versionem interpolavit plus semel sed sexcentos locos in Dictionario suo interpretatur longè aliter, & nonnunquam planè contrario modo, quàm in ipsius corporis biblici versione fecerat, 1.i.6. 1.ii.5. 1.iii.5. 1.xi.10. 2.i.4. 3.iv.2. 3.v.3. * 1.v.6. 1.vii.10. 1.ix.6. 1.x.3,8. 2.viii.8. 2.xi.17. 2.xii.7. 3.i.6. 3.ii.1. 3.v.6. 3.vi 8. 3.x.13. 3.xi.5,7. † 1.i.8. 1.iii.7. 1.iv.1,3. 1.ix 7 2.ii.3,12. 2.iii.10. 2.iv.1. 2.v.5. 2.vi.1,4. 3.i.7. 3.ii.7,8. 3.iii.2. 3.vii.3. 3.viii.4. 3.x.1. 3.xii.10. 4.iii.1,2. 4.iv.2. 4.viii.9. 4.ix.6. 4.xi.4,9. Symmachum sequi solet, 1.i.2. 2.viii.5. Interdum Græcos sequitur, 2.ii.2. 3.iv.2.

Higinus, 1.vi.7.

Hispanica. Biblia in linguam Hispanicam primus è Christianis convertit Cassiodoro de Reyno; quum suam quoque translationem habeant hebræi, diu ante factam, ac Ferraræ impressam, sed scabram admodum, ac ineptè superstitiosam. Profitetur autem in præfatione Cassiodorus, se passim sequi translationem Santis Pagnini, ita tamen ut in locis difficilioribus proprio judicio usus sit, ac præcipuè adjutus ab altera illa Judæorum translatione. fuisse autem se integros duodecim annos occupatum in Editione ista adornanda. Hujus Editionis, publicatæ anno 1569. cum exemplaria omnia divendita essent, Cyprianus Valera Amstelodami denuo excudi curavit anno 1602. recognitam à se, cum hoc titulo, *La Biblia segunda edicion. Revista y conferida con los textos hebreos y griegos, y con diversas translaciones, por Cypriano di Valera.* Nos per totum ferè opus utramque hanc translationem adhibuimus, rati diversas esse. sed postea deprehendimus, secundam hanc editionem parum omnino à priore differre, idque profitentem in præfatione ipsum Valeram, ubi dicit, Priorem Versionem se retinuisse verbatim, paucissimis exceptis, quæ hic illic immutaverit: id quod citius à nobis cognitum, nonnullo nos labore levâsset, * 1.vii.3. 1.x.6,7. 2.i.6. 2 xi.9. 3.x.12,14. 4.ii.3. 4.xi.9. 4.xii 18. † 2.x.10.

Homerus, 1.vii.5. 2.ii.13. 2.iii.11. 3.i.7.

3.i.7. 3.iii.8. 3.vi.10. 3.vii.3,4. 3. viii.10.

Horatius, 2.iii.2.

I.

JAnsenius. *Corn. Jansenii paraphrasis in Psalmos. commentarius in Proverbia, Ecclesiasticum, & Veteris Testamenti cantica: ac notæ in Sapientiam*, fol. Antverp. 1614. 4.ii.8. 4.xii.4.

Jarchi: Rabbi Solomon. 1.ii.2. 1. vi.5. 3.x.11,12. 4.vi.6. 4.x.12. * 1. v.2,4,7. 1.vii.11. 1.x.1,2,3. 2.iii.3. 2.v.4. 2.viii.9,15. 2.xi.3. 3.ii.3. 3. iv.4. 3.vi.8. 3.vii.9,11. 3.viii 2. 3. vii.9. 4.i.4. 4.ii.8. 4.viii 7. 4.xii.5,9, 10. † 1.i.3,4. 1.v.8. 1.ix.9. 3.vi.2. 3.xi.1,2. Chaldæum imitari atque exprimere passim solet, 1.iv.5. 1.viii.1. 2.vi.1. 3.iii.5. Cum Talmudicis nugari amat, 4.i.12.&c. Locus ejus, mirè à Genebrardo depravatus, enucleatur. 2.x.5.

R Jesua, 2.x.4.

Josephus, 3.iv.6. 4.vi.9.

Isidorus, 1.vii.6.

Isocrates, 2.ix.1.

Italica. Italicâ translatione geminâ usi sumus, una Vetere, quæ anno 1562. prodiit, adjunctis passim in margine scholiis. Est autem hæc translatio veluti secunda Editio translationis Bruccioli, qui cum anno 1538. Venetiis edidisset Biblia sacra ex lingua hebraica in Hetruscam seu Florentinam à se translata; alter hic autor, videns multa ibi asperius ac obscurius reddita, recognovit eam, passimque clariorem ac planiorem efficere annisus est, secutus præ cæteris in hac Brucciolinæ translationis expolitione Robertum Stephanum (seu, ut ipse cum aliis vocat, Vatablum) & Pagninum: sicuti hæc omnia apparent ex istis autoris verbis, è præfatione ipsius excerptis: *Tra gli altri, che si sono insino à qui affaticati à tradurre la Biblia ne la volgar lingua Italiana, l' ultimo è stato il Bruccioli, qui volendo la ridurre fidelmente & puramente ne la nostra volgar lingua quasi di parola in parola, secondo che sta nel testo hebreo, ha lasciati quasi tutti i medesimi hebraismi, senza risolvergli con diverse parole, ò con l'ajuta di alcune altre aggiunte, la onde ha causata oscurità non piccola nel sentimento di diversi luoghi —— Per laqual cosa —— habbiamo presa questa nuova fatica di tre anni —— per ridurla piu intelligibile con l'ajuto di alcune parole aggiunte nel testo, di diversa lettera stampate —— lequali vi sono state aggiunte da persone dotte & excellenti ne la lingua hebrea, come dal Vatablo, è da Sante Pagnino, la cui traduttion latina habbiamo in questa nostra seguitata, come la piu fidele & approvata da i giudiciosi de la lingua hebrea, conferendo la però con le altre traduttioni è latine è volgari, specialmente ne i luogi difficili.* Altera Editio Italica, qua usi sumus, fuit adornata à Joh. Diodati, anno 1607. cui editioni optima ac locupletia scholia per margines adjuncta sunt.

Italica vetus, * 1.x.6. 1.xi.9. 2.xi.9. 4.viii.8. 4.xi.4. † 3.x.12.

Italica Diodati, 2.v.4. 3.vii.13. * 1. iii.11. 1.v.2. 1.viii.5. 1.ix.6. 2.ii.11. 2.iii.7. 2.viii.12,15. 2.ix.10. 2.x.14. 2.xi.9,17,18. 3.x.13. 3.xi.3. 4.iv.2. 4.viii.8. 4.x.16. 4.xii.6. † 1.vi.6. 3. iv.3.

Italica utraque, 1.vii.3. 1.x.6. 2.x. 10.

Junius. Franciscus Junius collatis operis cum Emmanuele Tremellio adornavit egregiam illam Versionem, quam nos sub Tremellii nomine semper allegamus; id quod facimus, non quia putemus Junium minus quàm Tremellium in isto opere præstitisse; sed brevitatis ergo unum duntaxat de duobus nominandum censentes, Tremellium potius quàm Junium nominare voluimus; quia hic post illis, mortem cum sæpius commune opus recuderit, in singulis ferè

 impres-

impressionibus aliquammulta mutavit, ita ut tandem magna mutatio facta sit, & postrema Junii Editio à prima & communi innumeris in locis plurimum variet. itaque si Junium pro Tremellio dixissemus, non primævam istorum virorum Interpretationem, sed aliquam ex iis à Junio immutatis designari quivis autumasset. Nos per totum opus Juniana Editione æquè ac communi seu Junio Tremelliano uti decreveramus; sed propositum mutavimus, postquam deprehendimus in diversis locis, ubi istæ Editiones variant, primam posteriore potiorem esse; quanquam non negamus, esse quoque locos, ubi posterior felicius priore collimaverit, 4.xi.4.

Justinus, 3.ii.7,9. 4.vii.5.

Juvenalis, 2.iii.12.

K.

David Kimchi, 1.x.1. 2.v.6,12. 2.xi.9,14. 2.xii.7. 3.ii.1. 3.iii.4,5,8,13. 3.v.4. 3.vi.6,8. 3.xi.2. 4.i.2. 4.v.6. 4.vi.10. * 1.iii.11. 1.v.4. 1.vii.3,9,10. 1.x.10. 1.xi.9. 2.i.2. 2.iii.3,7. 2.vi.3,4. 2.viii.12. 2.ix.10. 2.xii.8,9. 3.iv.4. 3.xi.4,5. 4.i.4. 4.viii.7,9. 4.ix.5,7. † 1.i.2. 1.v.8. 1.xi.10. 2.v.11. 2.vii.1. 2.viii.9,10. 3.v.1. 3.vi.5.

Moses Kimchi, 2.xi.12. 4.x.8.

L.

Lactantius, 1.vi.4. 4.x.8.

Latina vetus, vide Hieronymus.

Leo, 2.vi.10.

Leo Africanus, 4.vi.12.

Leo Judæ, vide Tigurini.

R.Levi, * 1.x.3. 2.xii.4. 3.vii.9,11,13. 3.viii.4. 4.xii.13. † 4.xii.10.

Libanius, 1.vii.8. 2.i.10.

Hugo Linschotius, 3.i.4,5.

Lipsius, 1.vii.5. 1.viii.7. 1.ix.5. 2.i.8. 2.vi.6,9. 2.vii.8. 2.ix.4,5,6,13.

Livius, 1.vi.6. 1.vii.5,7. 1.xi.2. 1.xii.6,11,12. 2.vi.12,14. 2.ix.2,4,5,6,7. 4.vii.2.

Lucanus, 1.xi.1. 2.ii.10. 2.ii.13. 2.iii.11,12,13. 3.vii.3. 3.x.8.

Lucianus, 4.iii.9.

Lucretius, 3.v.9. 3.vii.3.

Lutheri Versio Germanica, 1.ix.7. 4.iii.8. * 1.iii.11. 1.vii.11. 1.ix.1. 1.x.7,8. 2.ii.12,13. 2.v.11,12. 2.x.14. 2.xi.17. 2.xii.16. 3.i.6. 3.vi.8. 3.viii.6. 3.x.14. 4.xi.9. 4.xii.19. † 2.i.8. 2.ii.9. 2.iii.9. 2.iv.1. 2.ix.12. 3.viii.4. 3.x.11,12.

Lyranus. Biblia sacra, cum glossis interlineari & ordinaria, Nic. Lyrani Postilla & Moralitatibus, Burgensis additionibus, ac Thoringi replicis, &c. fol. Venet. 1588. 3.i.10. 3.vi.11. 3.x.6. * 2.iv.1. 2.x.7. 2.xi.17. 2.xii.3,6,12. 3.iv.4. 3.vii.9. 4.xii.8. † 2.x.10.

M.

Macrobius, 1.viii.7. 2.vi.13.

Maimonides, R.Moses ben Maimon, 2.x.5. 4.ii.8.

Marcellinus, vide Ammianus.

Marginalis, vide Anonymus.

Mariana. Joh. Marianæ scholia in Vetus & Novum Testamentum, fol. Paris. 1620. 2.xi.17. 3.v.2. 4.x.5. * 1.iii.11. 1.v.4,8. 1.vii.3. 1.x.9. 2.ii.11. 2.v.3. 2.viii.9. 2.xii.6,12,16. 3.viii.5. 3.xi.4,5. 4.i.4,14. 4.ix.5,9,10,19. 4.x.5. 4.xii.10. † 1.vi.3. 2.iii.1. 2.viii.10. 3.vii.3. 3.x.11,12.

Marinus. Marci Marini Brixiani Arca Noe, sive Thesaurus linguæ sanctæ, fol. Venet. 1593. 1.ix.8. 2.i.2. 3.vi.6. 3.vii.12. 3.ix.1. 4.i.14. * 2.v.12. 3.ii.4. † 2.i.5. 3.ii.7. 3.xi.1. 4.ii.1.

Marnix. Philippus Marnix, Dominus S.Aldegonde, Psalmos Davidis in linguam Belgicam transtulit & rhythmo & prosa, quæ duæ versiones per columnas excusæ sunt Leydæ, in octavo, anno

anno 1617. cum hoc titulo, **De Psalmen Davids overgeset & in dicht gestelt vyt den hebreeuschen, door Phil. van Marnix.** hic liber serò ad manus meas venit, quare nuspiam eo usus sum.

Martialis, 3.i.5. 4.iii.4.

Masius. Josuæ Imperatoris historia, illustrata atq; explicata ab Andrea Masio, fol. Antwerp. 1574. 2.i.8.

Masora, 1.iii.3. 3.ii.1. 3.v.2. 4.v.2. 4.viii.5.

Val. Maximus, vide Valerius.

Pomponius Mela, 1.ii.3. 4.vii.2,5.

Mercerus. Joban. Merceri, Regii quondam in Academia Parisiensi literarum Hebraicarum Professoris, in Genesin commentarius, fol. Genevæ, 1598. præmittitur Theodori Bezæ præfatio, de excellentia istius operis. *Job. Merceri commentarii in librum Job. Adjecta est Theod. Bezæ epistola, in qua de hujus viri doctrina, & istorum commentariorum utilitate disseritur.* fol. Genev. 1573. *Commentarii in Solomonis Proverbia, Ecclesiasten, & Canticum Canticorum*, fol. Genev. 1572. *Commentarii in Prophetas quinque priores, quibus adjuncti sunt aliorum etiam, & Veterum (in quibus sunt hebræi) & Recentium commentarii ab eodem excerpti*, fol. apud Robertum Stephanum. non additur annus, nec in titulo, nec in Cevallerii præfatione, è qua hoc tantum apparet, paulo posterius commentariis in Job. editos fuisse. Præterea Pagnini Thesaurum recognovit, variisque auctariis & adnotationibus passim insertis locupletavit. 3.iv.3. 3.vii.13. 3.ix.8. 3.x. 11,12. 4.vi.3. * 1.vii.3,10. 1.x.9. 2.viii.4. 2.xi.6. 3.vi.8. 3.viii.5. 3.ix. 1,6. 3.x.2. 4.i.8,11. 4.xii.8. † 3. xi.1.

Mollerus. Henrici Molleri commentarius in Psalmos, fol. Genev. 1619. *Commentarius in Malac.* 8°. Witteb. 1569. *Commentarius in Esaiam* [pertingit duntaxat ad finem capitis 27.] fol. Tigur. 1602. præmittitur epistola Guil. Stuckii, data Tigur. anno 1588. 1.vii.2. 2.xi.10,17. 3.vii.3. 3.viii.9. 4.viii.9. * 1.iv.11. 1.v.5,7. 1.vii.2. 2.ix.12. 2.xii.1,4.

Montanus, vide Arias.

R. Moses Haccohen, 3.ii.6.

R. Moses ben Majemon, vide Maimonides.

Muisius. Simeonis Muisii in 41. Psalmos priores commentarius historicus & litteralis, cum duplici interpretatione, Vetere & Novâ, octavo, Paris. 1625. 1.iii. 8,10.

Munsterus. Biblia Hebraico-latina, è Seb. Munsteri translatione; adjectis è commentariis Rabbinorum annotationibus haud pœnitendis, pulchrè & voces ambiguas & obscuriora quæque elucidantibus, fol. 2. volum. Basil. 1534. 3.iii.9. 3.vi.3,8. 3. vii.11. 4.vi.8. * 2.viii.8. 4.i.8. 4.ii.5. 4.ix.5. 4.xii.16. † 1.vii.10. 1.xi.10. 3.i.7. 3.ii.1.

Musculus. Wolfgangi Musculi Dusani, commentarii in Psalmos, editio postrema, fol. Basil. 1599. Epistola nuncupatoria ad Senatum Bernensem datur anno 1550. *Commentarii in Esaiam*, fol. Basil. 1570. Nuncupat Senatui Argentinensi, Bernæ, 1557. 1.v.7. 2.iii.10. 2.v.3. * 1.v.5. 2.v.12. 2.vi.1. 2.xii.4. 4.ix. 5,11. † 1.vii.2. 1.ix.1,7. 2.vi.1. 3. vii.3.

N.

Naziræi, 2.vi.1.

Nonnus, 2.ii.10,13. 3.iii.8. 3.vii. 8.

O.

Oecolampadius. Joban. Oecolampadii commentaria in Esaiam, Jeremiam, Ezechielem, & Prophetas minores, fol. Genev. 1558. *Exegemata in Job.* fol. Genev. 1567. *Commentaria in Danielem*, fol. Genev. 1567. Hujus viri opera nactus non sum, nisi post absolutum librum primum; quare ab initio secundi eo demum usus fui. 2.v.7. * 2.xi.10,12,18. 4.xii.6,8.

4.xii.6,8. † 2.ii.9. 2.iii.1. 2.vi.4.

Oleaster. *Hieronymi ab Oleastro commentarii in Esaiam*, fol. Parisi.1622. *Commentarii in Pentateuchum*, fol. Lugduni, 1588. * 1.v.4. 1.viii.5. 4.ii.10. † 1. viii 3. 2.iii.1,10,11. 2.x.10. 4.iv.2.

Oppianus, 3.i.11. 3.iv.8,9. 3.vi.1,10. 3.xi.3. In descriptione equi generosi pleraque è Jobi cap.39. mutuatus est, 3.xi.10.

Osiander. *Sacrorum Bibliorum pars prima, secundum Veterem seu Vulgatam Translationem, ad fontes hebraici textus emendata, & brevi ac perspicuâ explicatione illustrata continentur in hac prima parte Pentateuchus, Libri Historici, Job, Psalmi, & libri Solomonis*, fol. apud Matth. Beckerum, 1609. *Secunda pars, continens Prophetas omnes majores & minores*, folio, Francofurti, 1609. 2.iii.10. 2.xi.10. 3.vi.9. 3.vii 3. 3.x.12,14. 3.xi.9. * 1. v.4,8. 1.vii 3,11. 1.viii.5. 2.ii.12. 2. v.11. 2.vi.2. 2 viii.8. 2.xi.17. 2.xii. 4,16. 3.ii.7. 3.viii.5,6. 4.i.12. 4.xi. 3. 4.xii.6,8,10,17. † 1.vi.3. 2.i.8. 3.iv.9. 3.x.5. Lutherum passim sequitur. 4.iii 8.&c.

Ovidius, 1.ii.2. 2.ii.10,11. 3.ii.9. 3.iv.9. 3.viii.10. 3.ix.6. 3.x.8. 3.xi. 3. 4.viii.10.

P.

Pagninus. Versionis Pagnini eâ Editione usi sumus, de qua supra in Aria Montano. hæc Versio omnium Latinarum aliarumque, à renatis literis editarum, antiquissima est (sicuti Lutheri germanica omnes Recentiorum Versiones Vernaculas ætate antecedit) edita primum anno 1523. quanquam Joh. Franciscus Pius in epistola translationi Pagnini præfixa memorat, eam anno demum 1528. primò impressam fuisse, postquam Autor vigintiquinque annos ei elaborandæ impendisset: quòd si verum est, Versio Pagnini Versione Lutheri Germanica aliquanto recentior fuerit. *Thesaurus linguæ sanctæ, cum doctissimis quibusq; hebræorum scriptis quam accuratissimè collatus, & ex iisdem auctus ac recognitus, opera Joh. Merceri, & aliorum doctorum virorum*, magno folio, Lugduni, 1577. 3.vii.11. * 3.i.6. 4.ii.3,10. 4.x.13. † 1.vii.10. 1.xi.10. 2.iv.1,4. 2.viii.10. 2.x.10. 3.ii.7. 3.iv.8. 3.vi. 2. 4.iv.1,2. Kimchium passim sequitur, 1.x.10.&c. In Dictionario sæpe aliter transfert, quàm in textu, 1.ix.7. 2.xi.9. 2.xii.15. 3.i.1. 4 iii.5.

Palladius, Poeta, 2.x.12.

Papinius, vide Statius.

Paterculus, 2.ix.4.

Paulus Venetus, 4.iii.6.

Pausanias, 2.i.10. 2.ix.4. 3.i.5,11. 4.vii.2.

Pellicanus. *Conr. Pellicani commentarii in Mosen, & libros omnes historicos*, fol. Tigur. 1538. *Commentarii in Prophetas majores & minores*, folio, Tigur. anno 1582. Hunc nacti non sumus nisi post absolutos tres primos libros, 4 xii. 7,17.

Philostratus, 2.i.8.

Pindarus, 2.xii.6.

Piscator. Joh. Piscator scripsit commentarios in omnes totius Veteris Testamenti libros, in quibus distinctè proponuntur, Analysis logica singulorum capitum: Scholia in singula capita: Observationes locorum doctrinæ. In Mose, libris historicis, Proverbiis, Cantico canticorum, & 12. Prophetis minoribus, Versione utitur Junio-tremellianâ, non illa primitus à Junio ac Tremellio elaborata, sed à Junio interpolata, & quidem è postrema Junii immutatione. In Jobo, Psalmis, & Ecclesiaste Versioni isti per singula capita novam ac propriam è regione adjungit: in Prophetis quatuor majoribus propriam duntaxat Versionem usurpat, omissâ Junianâ. Isti commentarii multis separatis voluminibus in octavo prodierunt Herbornæ, ab

anno 1605. ad annum 1618. Antequam hos commentarios ederet, dederat Germanicam totius Veteris ac Novi Teſtamenti Verſionem, cum ſcholiis in ſingula capita; quod opus Herbornæ impreſſum anno 1604. tribus mag[illegible] voluminibus in quarto. 4.vi.3. 4.ix.1[illegible] * 1.v.8. 1.vi.4. 1.vii.9,11. 1.viii.5. 1.ix.9. 1.x.2,6. 2.ii.5. 2.iii.7. 2.v. 11. 2.viii.6. 2.ix.12. 2.xii.1,7,16. 3.vi.8. 3.viii.5. 3.ix.5. 3.x.13. 4.i. 4,8,9,11. 4.ii.5. 4.iv.2. 4.ix.16,19. 4.xi.4. 4.xii.16. † 2.i.8. 3.ii,7. 3.iv.3. 3.vii.3. 3.x.11,12. 3.xi.1,8. 4.x.8. 4.xii.6.

Plato, 3.vii.8.

Plautus, 2.iii.2. 3.v.7.

Plinius, 1.ii.3. 2.i.8. 2.xii.2. 3.i.2, 11,14,15,16. 3.iii.10. 3.iv.6. 3.x.5. 4.iii 4,7,10. 4.vi.11. 4.vii.2,5,8.

Plutarchus, 1.vi.7. 1.vii.6,8. 1.xii.6. 2 i.5. 2.vi.8,13,14. 2.x.9.

Pollux, 2.i.10.

Polyænus, 1.vii.13. 1.x.1. 1.xi.6. 1.xii.5. 2.i.10. 2.vi.12,13. 3.iv.9.

Polybius, 1.vii.5,8. 1.viii.8. 1.xi.2. 2.v.10. 2.vi.11. 2.ix.13.

Ptolomæus, 2.x.9.

Q.

Quintilianus, 1.ii.16.

R.

R*Euchlinus*. Dictionarium hebraico-latinum, cum grammatica hebræa, utraque valde manca & impolita, edidit anno 1506. in fol. 4.iii.8.

Rivetus. *Andreæ Riveti commentarius in Hoſeam, & in 53.caput Eſaiæ*, quarto, Lugd.Bat.1625. *Commentarius in Pſalmorum Propheticorum decadem ſelectam*, quarto, Ludg.Bat.1626. 4.x.5.

Roa. *Martini de Roa ſingularium ſanctæ Scripturæ pars ſecunda*, octavo, Lugd. 1634. 4.iii.3.

S.

R.Salomon, vide Jarchi.

Salmaſius, 4.vii.2,3.

Salvianus, 3.i.4. 3.v.7. 4.v.8.

Saluſtius, 4.vii.12.

Jul.Scaliger, 3.i.9.

Schindlerus. *Valentini Schindleri lexicon Pentaglotton*, fol. Francof. 1612. 2.v.2. 3.vi.6. 3.x.6. * 2.viii.12,15. 3.x.13. 3.xi.4. 4.i.4. † 3.ii.7. 3.xi.7.

Scholiaſtes Thucididis, 1.xi.5.

Seneca, Philoſophus, 1.ii.2.

Seneca Tragicus, 1.vii.13. 2.ii.10. 2.iii.11. 2.vi.15. 3.i.11. 4.iii.4.

Septuaginta. Hoc nomen ex recepta conſuetudine utimur ad ſignificandum Græcæ Editionis autorem, quiſquis tandem ille fuerit: qua de re etiam ſupra in *Græci* fuimus locuti. Hujus verſionis duabus editionibus uſi ſumus; unâ Romanâ, anno 1587. juſſu Sixti quinti facta; altera Francofurtenſi, quæ ferè Aldinas ac Frobenianas impreſſiones ſequens, librorum ac capitum ordinem ad eum modum diſpoſuit, quo ea in Latinis ac Hebraicis Bibliis nunc conſpiciuntur, omniaque Veterum Interpretum fragmenta, aliaque ſcholia, in Editione Romana contenta, repræſentat, unaque pleraſque differentias exhibet, quæ iſti Editioni cum Romana intercedunt. 2 i.4. 3 vi.6. 3.vii.10. 3.x.9, 10. 3.xi.7. 4.i.11. 4 iv.1. * 1.vii.3. 1.ix.6. 1.x 3. 1.xi.8. 2.i.6. 2.v.11. 3.i.7 3.vi 8. 3.xi.5. 4.i 8 4 iv.7. 4.viii.7. 4.ix.16. 4 xii.16. Nonnulla interdum liberius vertunt, ſed ſatis bene tamen ad ſenſum, ut נהר צר Eſa.59. 19. *ποταμὸς βίαιος*, 1.i.6. & 1.ii.5. שעה אל, 1.iii.5. שנורים Prov.5. 9. *βίος*, 4.ii.6. רוח קדים, *ἄνεμος βίαιος*, 4.viii.9. שעטה Jerem.47.3, *ὁρμὴ*, 3.iv.2. † 1.i.4. 1.iii.2. 1.iv.1. 1.v.4. 1.vi.2. 1.vii.3. 1.viii.10. 1.ix. 7,9. 2.i.2. 2.ii.2,12. 2.iii.8. 2.vi.1,4. 2.vii.11. 2.viii.1,6,9. 2.ix.11. 2.xi. 14.

14. 2.xii.7,15. 3.ii.1,5,10. 3.iii.2, 4,5,6. 3.iv.3,5. 3.vi.2. 3.vii. 1,3. 3.ix.4,5,9. 3.xii.1,2,9,10,11,12. 4. iii.1. 4.iv.2. 4.v.1. 4.ix.1. 4.x.1. 4.xii.9,11,14,17.

Servius, Autor minimè accuratus, 1. viii.7.

Sigismundus Liber, 3.i.11.

Sigonius, 1.vi.7. 2.ix.4.

Silius, 1.ix.9. 2.ix.4,6. 3.iv.8. 3.v. 9. 3.vi.10. 3.vii.10. 3.viii.10. 3. x.8. 4.iii.4. 4.vii.5. 4.viii.10.

Quintus Smyrnæus, vel Calaber, 2.vi. 13. 3.x.8.

Solinus, 3.i.15. 3.viii.3. 4.iii.7,9. 4.vi.11. 4.vii.5.

Statius, 2.ii.10. 2.vi.15. 3.iv.8. 3. vii.4. 3.x.8. In verbis sententiisque minimè limatus aut circumspectus, 3. vii.4.

Stephanus. Henricus Stephanus, 2.i.8. Ro. Stephani Thesaurus linguæ latinæ, 3.v.7.

Stephanus. Versionem Tigurinorum Robertus Stephanus anno 1545. junctim cum Versione Vulgata per columnas edidit in octavo, appositis passim ad locos quosque difficiliores scholiis locupletissimis ac doctissimis; quæ scholia cum ipsius solius opus essent in solidum, omnem tamen eorum honorem vir modestissimus in præfatione alteri transcripsit, Francisco Vatablo, literarum hebraicarum tunc ibi Professori Regio, acsi ex ejus prælectionibus sublectum esset, quicquid in iis boni continebatur: id quod etiam antea fecerat, quando ista scholia (eadem planè, nisi quod minus locupletia) ad textum Vulgatæ accommodata, ac cum ea sola impressa, vulgaverat: è qua editione vidimus Pentateuchum in quarto, cum hoc titulo, *Libri Mosis quinque, cum annotationibus & observationibus hebraicis haud pœnitendis, quæ prolixi commentarii vice esse possunt*. Parisiis, ex officina Rob. Stephani. præmittitur brevis præfatio ad lectores, in qua sic ait, *Constitueramus in tertia Bibliorum editione annotationes, ut antea semel à nobis factum fuerat, in interiori margine ascribere——verum frustra. tam magnum enim incrementum posteriores annotationes acceperunt, ut solæ jam seorsum volumen etiam maximum sibi postulent——eam accessionem nolim mihi acceptam ferri——hoc tantum præstitimus, ut nonnulla ex iis, quæ Professorum regiorum Professores exceperant, ad vos——typographicæ nostræ artis beneficio fidelissime permanarent——fruimini, utimini jam nostris collectaneis, & ab iis uberiorem fructum expectate, quam à brevibus illis scholiis, quæ olim in marginibus Bibliorum excudimus.* Ex his satis apparet, non Vatablum sed Stephanum esse autorem istorum scholiorum, quæ in Bibliis Vatabli (ita dictis, quia in præfatione Stephanus Vatablo scholia sua fert accepta) comparent. Sunt autem isto nomine duæ tresve editiones inter se diversæ. Prima est illa in octavo, anni 1545. nihil habens præter Versionem Vulgatam, ac Tigurinam, cum scholiis Stephani marginalibus. Postea Biblia tetrapla (habentia textum Hebraicum, Versionem Græcam, ex editione Complutensi, Latinam vulgatam, & Latinam alteram, non jam illam Tigurinorum, sed planè novam) prodierunt duobus voluminibus (adjuncto etiam tertio, Novum Testamentum continente) in magno quarto, cum iisdem illis prioris editionis annotationibus, sed hic illic immutatis, & hebraicas allegationes, quæ nullæ in priori, passim habentibus. Eadem editio, cum auctioribus etiamnum scholiis, anno 1586. ex officina Sanctandreana prodiit tribus voluminibus in folio, cum hoc titulo, *Biblia sacra Hebraicè, Græcè, Latinè. Latina interpretatio duplex est, altera Vetus, altera Nova, cum annotationibus Francisci Vatabli. omnia cum editione Complutensi diligenter collata, additis in margine, quos Va-*

tablus in suis annotationibus nonnunquam omiserat, idiotismis, verborumq́; difficiliorum radicibus. Neutri harum editionum ulla præfatio additur, aut quicquam toto opere comparet, unde constet, à quo hæc editio adornata, aut nova ista Versio profecta sit. nam quod in titulo scholia Vatablo rursus attribuuntur, nihili est. tantum enim abest, ut Vatablus secundis aut tertiis hisce scholiis manum adhibuerit, ut ne prima quidem ab eo profecta sint (sicut monstravimus) eaque sibi attribui indignè admodum tulerit, publicéque nihil illa ad se pertinere professus sit, cum multa Religionem Reformatam sapientia in iis sparsa sint, à qua ipse fuit alienissimus. Mihi dubium non est, quin Rob. Stephanus proprius istorum scholiorum (& fortassis etiam Novæ Versionis) autor fuerit, æquè ac præcedentium, idque ob testimonium Conradi Pellicani, qui in fine historiæ de vita propria (præfixa operibus ipsius, anno 1582. Tiguri impressis) ita scribit: *Principio Decembris anni 1549. mecum fuit Robertus Stephanus octo diebus, qui videns quæ hactenus transtuleram è commentariis Rabbinorum in sacros libros, rogavit obnixè ut in reliquis omnibus pergerem, idq́; non ad sensum tantum, sed ad literam quoq́;, pro hebraismis discendis. Statim igitur cæteros quoque Interpretes, qui partim Prophetas, partim omnes libros biblicos interpretati sunt, in latinam linguam translatos Genevam illi transmisi, ut insigniora ex illis excerpens, in lucem emitteret.* Novâ istâ Versione nos nuspiam usi sumus, quippe qui ex tribus istis editionibus Bibliorum Vatabli, uti vulgò vocantur, seu Bibliorum Stephani, uti nos rectius indigetamus, primam duntaxat, illam anni 1545. in octavo, ad manum habuimus, reliquas duntaxat vidimus, atque obiter inspeximus. 1.v.2,8. 2.ix.10. 3.iii.4. 3.vii.*6.* 4.x.5. * 1.vii.*9.* 1.viii.5. 1.ix *6.* 1.x.*6*,7. 1.xi.*9.* 2.viii.6,13. 2.ix.12. 2.xi.10,12. 2.xii.1, 3, 4, 9, 12. 14. 3.iii.2. 3.viii.5. 4.1.4. 4.ii.10. 4.x.18. 4.xi.9. † 1.vi 3. 1.xi.10. 2.x.10. 3.ii.1. 3.iv.3,8. 3.x.11,12. 3.xi.8. 4.iv.1.

Steuchus. Augustini Steuchi Eugubini, Episcopi Kisami, operum tomus primus & secundus, fol. Paris. 1578. Tomo primo ista (præter alios tractatus ad rem nostram non facientes) insunt: *Veteris Testamenti ad Hebraicam Veritatem recognitio, sive in Pentateuchum annotationes. In librum Jobi enarrationes.* Tomo secundo, *Enarrationum in Psalmos pars prima, qui est primus Psalmorum liber juxta divisionem hebræorum. adjectæ sunt aliquot explanationes nobilium Psalmorum*, 2.iv.1. 4.iii.8. 4.xii.3. * 2.viii.*6*,15. 2.xii.*6.* 3.vi.8. 3.vii.11. 3.ix.5. 4.xii *16.* † 2.viii 10. 4.xii.10.

Stewichius, 1.viii.7. 2.vi.10.

Strabo, 2.vi.15. 4.vi 11. 4.vii.2,3,5, 7,8,11. 4.viii 3.

Suidas, 2.i.8.

Symmachus, 1.viii.10. 2.viii.5. 3.vi.3. 4.i.11. 4.v.2. 4.viii.9,7. * 1.x.6. 2.v.11. 3.ii.1. 3.x.13. 3.xii.8. † 1.ix.7. 2.ix.11. 4.iii.1. Fidelis est & elegans Interpres, 4.iii.1. Elimati judicii, 3.x.1. nonnullam interdum libertatem ritè usurpat, 4.v.2. Symmachum sequi solet Hieronymus, 2.viii.5. 4.xii.3. &c.

Syrus. Translatio Veteris Testamenti Syriaca duplex est, una ex Græco facta, altera ex Hebræo. Illam ex Græco solam vidit Masius, eamque non totam, sed nonnullos ejus libros duntaxat, uti liquet è commentariis ipsius in Josuam, éque dictionariolo Syriaco, operi Bibliorum Regiorum inserto, quod *Peculium Syrorum* inscripsit. neque aliam notam habuit Arias Montanus, qui in admonitione ad lectorem de Syriacis Novi Testamenti libris sic infit: *Nam de Veteris Testamenti libris Syriacis non adeo laborandum, eò quòd ex iis fragmentis,*

gmentis, quæ mihi videre contigit, illam sacrorum librorum partem non ex hebraica & primæva lingua, sed ex Græca ab Origene permixta Versione ad Syros esse translatam cognoverim. Ast Editione istâ Syri nuspiam utuntur, sed in omni cultus divini parte alteram illam ex Hebræo conversam duntaxat usurpant, non Maronitæ modò, sed Nestoriani, Jacobitæ, omnesque in universum Syrorum sectæ, ubicunque terrarum degentes, sicuti Syrus scholiastes Gregorius in operis sui præfatione disertè testatur. Hujus laudatæ & antiquissimæ Translationis exemplar suppeditavit nobis munificentia Reverendissimi Præsulis Jacobi Usserii, Archiepiscopi Armachani, qui multo auro totum Vetus Testamentum (exceptis Psalmis, quia eos jam ante typis vulgatos habebamus) è libro Patriarchæ Antiocheni in monte Libano describi sibi curaverat anno 1527. per quendam Josephum filium Davidis. Est autem liber conscriptus charactere pulcherrimo, & qui cum optimis nostris Typographicis de elegantia facilè certet. Habent Syri suas capitum ac versuum divisiones, sed nequaquam ad nostrum modum. Namque Genesis ipsis habet versus 4509. capita 78. Exodus versus 3626. capita 44. Leviticus versus 2454. capita 19. Numeri versus 3521. capita 36. Deuteronomium versus 2796. capita 28. Josue versus 2167. capita 19. Judic. versus 4233. capita 11. Jobus 2803. capita 14. & sic de cæteris. Numerus versiculorum, quos ipsi פתגמא dicunt, singulis Pentateuchi libris subjicitur; sicuti in fine Pentateuchi enumerantur omnia cujusque libri capita, ipsi קפלאא, appellant, cum brevibus in singula summariis. Exempli gratiâ, capitis primi breviarium ita concipitur: מטל הויא דשמיא וארעא וכל מא דבהון דעבד אלהא, *De generatione cœli & terræ, omniumque quæ in ipsis, quæ fecit Deus.* secundi verò sic, מלתא ראזניתא על פרדיסא ועל בריתא דברנשא, *Sermo mysticus de Paradiso, & de creatione hominis.* & tertii hoc pacto, על מולדתא דקאין והבל וקורבנא דקרבו לאלהא ועל קטלה דהביל, *De nativitate Caini & Abelis, deque sacrificiis quæ obtulerunt Deo, ac de cæde Abelis:* & sic de cæteris. Habent & alias adhuc sectiones, quas צחחא appellant (cum alias hac voce *codex* & *exemplar* significetur) capitibus majores, utpote quarum triginta sex numerant in Genesi, viginti sex in Exodo, &c. Translatio hæc admodum exacta est & fidelis, & textus hebraici vestigiis ubique ferè admodum presse insistit, exceptis libris Paralipomenon, qui admodum fœdè habiti, plurima passim omissa, superaddita, immutata ac detorta habent, sicuti & Proverbiorum liber multis in locis à textu hebraico longè abit. In cæteris libris magnâ fide versatus est hic Interpres, ita tamen ut in locis difficilioribus, itidem ac alii Interpretes plerique, à vero sensu aberret haud raro, in quorum nonnullis ad Græcam Versionem interdum se accommodat; quod & Hieronymum, libros sacros ex Hebraico vertentem, subinde factitâsse, apertum est, ipseque alicubi profitetur. Quanquam autem elegantissimè scriptus est hic liber, puncta tamen & interpunctionum notæ haud raro perperam se habent (uti & in ipso opere alicubi monuimus, 1.viii.9) sive id nostri hujus exscriptoris vitio factum, sive altiorem originem habet, 1.i.3. 1.iii.2. 2.i.4,5. * 1.vii.10. 1.ix.1,6. 1.x.3,8. 2.i.6. 2.ii.11. 3.ii.1. 3.v.6. 3.vi.8. 3.vii.1. 4.i.4,5,7,8. 4.ii.4. 4.iv.4. 4.viii.7. 4.x.7. † 1.iii.7. 1.iv.4. 2.i.1,5. 2.ii.1,12. 2.iv.1. 2.vii.11. 2.viii.2,6,9. 2.ix.11. 2.xi.14. 3.ii.2. 3.iii.4,6. 3.iv.1,3,5. 3.vi.2. 3.vii.3. 3.x.12. 3.xi.8. 4.i.10. 4.ix.13. 4.xi.4,5. Græ-

eam

cam Versionem aliquando sequitur, 1.ix.7. 2.ii.2. 2.viii.3. 3.ii.1,10. 3.iii.2. 3.vii.1. 3.ix.8. 4.iv.2. 4.v.1,3. 4.xii.17. Textui authentico contra Græcam Versionem suffragatur, 1.viii.10. 1.ix.10. 2.xi.14. 3.ix.4,5. 3.xii.12. 4.iii.1. 4.ix.1. 4.x.1. 4.xii.1,9,10,17.

T.

Tacitus, 1.vi.6. 1.xii.12. 3.i.15.

Talmud, 2.x.5. 3.x.3.

Targum, vide Chaldæus.

Tarnovius. Johan. Tarnovii Exercitationes. Commentarii in duodecim Prophetas minores, 2.vii.10. 2.viii.11,12. 2.xii.7. 4.i.8.

Theodotio, 2.xii.8. 4.i.11. Verbis nimis superstitiose inhærere solet, 4.iv.2.

Theognides. Pleraque e libris sacris mutuatus est, 2.xi.4.

Theophrastus, 1.ii.2. 2.xii.2.

Thucidides, 1.vii.8. 1.xi.4,6. 2.vi.12,13. 2.ix.5.

Tibullus, 4.vi.11.

Tigurina. Anno 1543. Tiguri nova Bibliorum translatio Latina ex originariis linguis facta prodiit, adornata à Leone Judæ, (Verbi divini ibi ministro) quantum ad Canonem hebraicum attinet; ab aliis verò diversis, quantum ad libros Apocryphos & Novum Testamentum, quum Leo Judæ ante absolutum opus mortem obiisset. Prima hæc editio est in quarto, habens passim in margine scholia ad locos quosque difficiliores, eaque in libris Propheticis admodum locupletia; unde & Robertus Stephanus haud pauca transcripsit passim in suas adnotationes, quas huic Versioni apposuit, quum eam junctim cum Latina Vulgata ederet, sicuti supra monstravimus. Versio hæc, quanquam ab hominibus Reformatæ Religionis profecta, Theologis tamen Hispanis multo in usu est, qui & Biblia illa Stephani (Biblia Vatabli vulgò dicta) recudi fecerunt Salamanticæ, (expunctis duntaxat nonnullis, quæ minus illis placebant) id quod indignè ferens Jesuita Gretserus, peculiarem contra hanc Editionem tractatum scripsit, quo partis suæ Theologos ab ejus usu absterret, aliterque facientes acriter perstringit, multa in ipsam Versionem jaciens, ita tamen ut petulantiam Genebrardi, furiosè pro more suo in eam declamantis, ne ipse quidem approbet. Cum Gretsero & alii nonnulli idem argumentum tractaverunt, quibus omnibus Tigurini fortiter responderunt: cujus rei uberiorem historiam texere non est hujus loci, * 1.iii.11. 1.vii.3. 1.ix.6. 1.x.6,7,8. 2.ii.13. 2.iii.2,7. 2.viii.8. 2.ix.12. 2.xi.4. 3.iv.9. 3.xi.5. 4.i.8. 4.iv.2. 4.ix.5. † 1.vii.10. 3.i.7. 3.iv.2. 3.x.2. 4.iii.6. 4.viii.5.

Tremellius. Immanuel Tremellius anno 1563. commentarium edidit in Prophetam Hoseam (1.viii.5. 2.viii.9. 2.x.11. 2.xii.5,16. 4.xii.8.) postea verò sociatis cum Francisco Junio operis totum Vetus Testamentum de hebraico in latinum convertit, ac doctissimis scholiis, ad calcem capitum adjectis, illustravit: quam Translationem sub ipsius nomine semper allegamus, omissâ Junii mentione, ob rationem supra in Junio allata. Editio, qua usi sumus, est in quarto, facta Londini anno 1581. cum hoc titulo, *Testamenti Veteris Biblia sacra, Latina recens ex Hebræo facta, brevibusque scholiis illustrata, ab Immanuele Tremellio & Francisco Junio*. In Epistola ad Fridericum, Comitem Palatinum, exponunt causas, quæ ipsos ad faciendam hanc translationem impulerint, & rationem, quam in ea adornanda tenuerunt, 1.v.7. 2.ix.10. 3.iv.8. 4.iii.7. 4.ix.11. 4.x.5. * 1.iv.10,11. 1.v.4. 1.vi.4. 1.vii.11. 1.ix.6,9. 1.x.6,7,8. 2.i.5.

2.i.5. 2.vii.10. 2.viii.6. 2.xii.1, 5,7. 3.iii.9. 3.x.13. 3.xi.5. 4.i.8,9,11. 4. ix.16,19. 4.xii.2,16. † 1.ix.1. 2.i 8. 2.iii.7. 2.viii.9. 3.iii.5. 3.vii.12. 3. viii.4. 3.ix.5,6. 3.xi 7. 4.x.8. 4.xii. 6,10.

Triphiodorus, 2.vi.13.

V.

VAlera, vide Hispanica.

Valerius Maximus, 2.vii.9. 2.ix.6. 3.iv.7,9.

Valesius, 2 ix.13. 4.vii.2.

Varro, 1.vi 8.

Vartomannus, 3.i 4.

Vatablus, vide Stephanus.

Garcilasso de la Vega, 2.v.10.

Vegetius, 1.vii.5. 1.viii.4. 1.xii.5. 4.viii.4.

Vernaculæ. De Versionibus in linguas Vernaculas factis usurpavimus Germanicam Lutheri, Gallicam Veterem, Gallicam Genevensem, Italicam Vcterein, Italicam Diodati, Hispanicam Cassiodori de la Reyna, alteramque ejusdem Versionis editionem à Cypriano Valera recognitam, Anglicam Genevensem, Anglicam Regiam, & Belgicam. Sunt & aliæ præter istas Vernaculæ Editiones diversæ, è linguis originariis factæ (de aliis enim non loquimur) puta *Polonica*, quam Nicolaus Radzivilius, Palatinus Vilnensis, diversos homines doctos adhibens, ac propriis sumptibus sustentans, fieri curavit, propriisque expensis imprimi fecit anno 1562. *Hungarica* Translatio, à Caspare Carolo primum facta, postea secundâ curâ in lucem edita ab Alberto Molnar Szenziense Ungaro.: *Islandica*, facta à variis viris doctis, Lutheri Germanicam præcipuè secutis; cujus translationis historiam prolixè tradit Aragrimus in descriptione Islandiæ, pag. 155. ubi etiam docemur, Linguam Islandicam esse veterem Norvegicam sive Gothicam: *Cambrica, Britannica*, sive *Wallica*, quæ anno 1588. Londini prodiit: *Hibernica*, cujus Novum Testamentum ante multos annos prodiit, cum Wilhelmus Usserius, Dublinensis, Eques Auratus, à viro docto, quem domi alebat, eam fieri, ac propriis impensis excudi curavisset, ut popularibus suis, quos in densis errorum tenebris versari videbat ac dolebat, consuleret, viamque ad salutem iis aperiret; in quem finem etiam pleraque omnia exemplaria gratis distribuit; quem pium optimi viri conatum adversariorum malitia, aliorumque socordia, corrupit, ac infructuosum reddidit. Simili zelo motus Wilhelmus Bedel, Anglus ipse, sed Kilmoriæ in Hibernia Episcopus (ubi intra hos tres annos, ac initio novissimæ Rebellionis, supremum diem clausit) totum Vetus Testamentum ex Hebraico in Hibernicum transtulit, cum istius linguæ mediocrem cognitionem sibi comparâsset, haberetque ad manum viros Anglicè & Hibernicè peritos, qui omnia exactius limarent; quod opus, jam prælo paratum, unà cum instructissima optimi istius ac eruditissimi præsulis Bibliotheca, ad Rebellium Hibernorum manus devenit, ab iisque pro cætera barbarie ac rabie abolitum fuit. Istarum Translationum nos nullam habuimus, neque iis, si habuissemus, uti potuissemus, cum istarum linguarum (plurimum inter sese, ac ab omnibus aliis quæ nobis notæ, discrepantium) nullam calleamus.

Virgilius, 1.ii.3,4. 1.vii.13. 1 viii.6. 2.xii.11. 2.x.9,12. 3.i.14. 3.iv.8,9. 3.v.5,9. 3.vi.1,10. 3.vii.3,4,8,10. 3. viii.3. 3.x.5,7. 4.iii.9. Felicissima descriptio aquæ bullientis, 1.ix.9. currus subsultantis, 3.iii.8.

Vitalis Poeta, 2.x.12.

Vulgata Latina, vide Hieronymus.

X.

XEnophon, 1.vii.13. 1.xi.6. 1.xii. 3,4,5,6. 3.v.10. 3.vi.10. 3.vii. 10. 3.viii.10. 4.i.6. 4.viii.2.

Z.

ZOzimus, 2.ii.10.

Zuinglius. *Huldrici Zuinglii Annotationes in Genesin, Exodum, Esaiam, Jeremiam, una cum Psalterio per eundem latinitate donato*, fol. Tigur. 1581. Tertius hic est Operum Zuinglii tomus. In Esaia ac Jeremia Versioni Hieronymi Versionem suam per columnas appositam exhibet, ac ad calcem utriusque Prophetæ dat scholia in loca quæque difficiliora. scholiis in Esaiam præmittit præfationem, qua omnem Interpretationis suæ rationem prolixè exponit. Epistola dedicatoria, his Prophetis præmissa, data est Tigur. 15. Julii an. 1529. 1.viii.3. 3.vi.6. 3.vii.3. 4.x.5,9. * 1.iii.2. 1.v.4. 1.vii.3. 2.iii.2,7. † 2.ii. 9. 3.xii.1. 4.viii.5.



Index locorum Scripturæ.

	li.ca .§.
Genes.	
14.15.	4.xii.7.
27.39.	2.xii.3.
47.18.	1.x.3.
49.7.	4.xii.9.
49.22.	2.xii.12.
Exod.	
9.19.	1.x.5,9.
10.29.	2.iii.4
15.25.	1.iv.5.
16.13.	2.x.10.
17.12.	3.x.13.
17.15.	1.iii.2,3,4.
18.16.	1.ix.9.
Levit.	
26.25.	1.x.6.
Numer.	
11.30.	1.x.6.
11.31.	2.ii.6.
12.14,15.	1.x.7.
15.3.	2.viii.7.
16.29.	4.iv.3.
21.8.	2.iv.1.
26.9.	1.iv.3.
27.21.	4.i.12.
Deuter.	
4.19.	4.xii.2.
12.5.	1.v.6.
29.26.	4.xii.3,4.
32.5.	4.v.1.
32.20.	4.v.5.
33.6.	3.viii.5.
33.13.	3.xii.3.
33.17.	3.i.6.
Josue.	
2.6.	2.i.8.
18.2.	4.xii.16.
19.29.	4.ix.19.
20.4.	1.x.7.
Judic.	
1.34.	1.x.3.
5.22.	3.iii.5.
6.34.	1.viii.6.
9.9.	4.i.8.
14.5.	i.x.3.
15.9.	2.ii.6.
19.15.	i.x.8.
20.38.	1.xi.8.
1 Samuel.	
10.2.	2.ii.11.
13.3.	1.viii.6.
21.7.	3.ii.7.
25.6.	4.xi.4.
30.16.	2.ii.6.
30.24.	4.xii.13.
2 Samuel.	
1.21.	4.viii.7.
11.27.	1.x.7.
17.12.	2.x.7.
17.13.	1.x.6.
18.14.	2.iii.4.

19.29.

2 Samuel.

19.29. 4.xii.11.
21.19. 4.i.5.
22.32. 4.xi.12.

1 Regum.

4.29. 4.ix.9.
16.21. 4.xii.8.

2 Regum.

4.39. 1.x.3.
5.13. 1.ix.6.
7.9. 2.iii.4.

1 Paral.

10.3. 4.x.10.

2 Paral.

28.21. 4.xii.18.

Nehem.

8.15. 2.viii.6.
9.22. 4.xii.14,15.

Esther.

2.20. 1.ix.6.

Job.

3.14. 3.xii.11.
3.24. 4.ix.10.
7.9. 4.viii.7.
11.12. 4.viii.7.
12.18. 4.ix.14.
12.21. 3.ii.5.
15.26. 3.vi.8.
15.31. 3.10.14.
21.17. 4.xii.5,6.
23.6. 3.ii.4.
27.17. 4.xii.16.
27.20. 4.ix.10.
29.19. 2.xii.6.
29.24. 3.x.12.
30.21. 3.ii.4.
31.13. 3.ii.4.
31.25. 3.ii.5.

Job.

36.5. 3.ii.2.
36.31. 3.ii.1.
37.22. 4.i.10.
38.8. 2.x.8.
38.24. 4.xii.10.
38.29. 2.x.8.
39.12,13,14. 3.i.12,13.
39.13. 3.viii.2.
39.20. 4.xii.2.
39.22. 3.vi.
39.23. 3.vii.
39.24. 3.viii.& ix.
39.25. 3.ix.5,6.
39.26. 3.ix.7,8.& seq.
39.27. 3.x.
39.28. 3.x.
41.9. 2.xi.6.

Psalm.

9.7. 3.xii.
10.18. 2.i.6.
14.4. 4.viii.7.
17.14. 2.i.6.
19.6. 3.viii.9.
20.6. 1.iii.7,8,9.
20.8. 1.iii.10,11.
24.5. 4.i.14.
27.10. 1.x.7.
31.18. 1.x.3.
34.6. 1.iii.5.
35.19. 4.ii.12.
38.20. 2.xi.2,4.
48.8. 4.viii.5.& seq.
54.8. 2.viii.7.
60.6. 1.iv.
60.8. 4.xii.16.
65.6. 3.vi.5,6,7.
68.10. 2.viii.6.

Psalm.

68.14. 4.viii.7.
68.19. 4.xii.20.
68.31. 3.i.7. 3.iii.3.
71.9. 4.ii.12.
71.16. 1.iii.10.
72.3. 1.i.7.
72.16. 3.vii.3.
74.7. 1.x.3.
76.6. 3.iii.2.
77.4. 2.iii.9.
78.39. 3.x.13.
78.71. 1.i.7.
82.8. 1.i.7.
88.18. 4.ix.10.
96.9. 1.ix.11.
104.22. 1.x.6.
107.39. 4.x.7.
110.3. 2.viii,ix,x,xii.
128.3. 2.xii.14.
133.3. 2.xii.4.
139.17. 4 xi.2,5,7,10.
141.4. 2.i.7.

Proverb.

1.19. 4.x.6.
7.26. 4.xi.2,6,9,10.
11.28. 2.xii.11.
14.4. 3.i.13.
17.2. 4.xii.13.
17.14. 2.ii.12.
19.12. 2.xii.4.
24.11. 4.x.4.
29.24. 4.xii.13.
30.30. 3.ix.6.
31.3. 4.ii.8.

Eccles.

5.18. 1.i.14.
8.10. 2.iii.4.

Cantic.

2.15. 4.viii.7.
5.2. 2.x.9.
6.9. 2.xi.8,9.

Esa.

1.4. 4.v.5.
1.18. 4.i.5.
3.16. 3.vi.8.
5.26. 1.vii.
8.20. 2.xi.15.& seq.
10.13. 3.ii.
10.32. 1.viii.3.
11.3. 3.xi.4.
11.9. 4.ix.10.
11.10. 1.v.& vi.
12.4. 1.iii.10.
13.2. 1.viii.
16.8. 2.ii.6.
17.7. 1.iii.5,6.
18.3. 1.ix.
23.4. 4.ix.16,19.
23.10. 4.ix.
25.1. 3.xi.5.
26.3. 1.iii.11.
26.19. 2.xii.8.
30.17. 1.v.
31.1. 1.iii.5,6.
31.7. 4.ii.12.
31.8. 4.iv.7.
31.9. 2.vi.
32.14. 2.ii.13.
33.23. 2.ii.& iii.
33.23. 4.xii.17.
34.6. 3.i.7.& ii.8.
40.9. 4.v.11.
44.4. 2.xii.14.
46.12. 3.iii.1.
48.18. 4.ix.5.

Esa.

52.5. 4.x.6.
52.7. 2.v.12.
53.2. 1.v.5.
53.8. 4.x.
53.10. 4.xii.20.
53.12. 4.xi.& xii.
55.2. 4.iv.1,2.
58.8. 2.xi.6.
59.19. 1.i.& ii.& iii.& v.
62.6. 1.iii.11.
62.10. 1.v.2.
64.2. 1.ix.7,8,9.
66.12. 4.ix.10.

Jerem.

4.5. 1.x.6.
4.6. 1.x.2,3,4,9,10.
4.21. 1.x.1.
5.8. 3.v.
6.1. 1.x.4,9,10.
6.1. 1.xi.1,3,4,7,9.
6.1. 2.xi.10.
8.6. 2.viii.6.
8.16. 3.iv.1.
11.16. 4.i.7.
15.15. 4.x.6.
18.17. 4.viii.9.
22.20. 2.v.12.
41.7. 3.ix.5.
46.8. 4.ix.9.
47.3. 3.iv.2.
50.2. 1.vi.2.
50.9. 4.i.8.
50.11. 3.iv.3.& seq. ac v.9.
51.12. 1.xii.
51.40. 3.ii.8.

Threni.

2.13. 4.ix.10.
2.22. 2.xii.15.
3.7. 2.iii.8.
4.16. 4.xii.9.
4.17. 4.ii.12.
4.22. 3.xii.6.

Ezech.

7.14. 1.viii.6.
16.7. 2.xii.15,16.
16.27. 4.ii.12.1
19.8. 2.i.6.
26.3. 4.ix.10.
26.17. 4.ix.19.
27.7. 2.i.
27.12. 4.vi.10. & vii.8.
27.26. 4.viii.10.
27.27. 4.ix.19.

Daniel.

1.4. 3.viii.6.
10.8. 4.ii.1,2,3,4.

Hosea.

4.11. 4.x.6.
6.3. 2.xi.12.
6.4. 2.x.11.
10.2. 4.xii.6,8.
10.11. 3.iv.4.
12.14. 2.ii.6.
14.5. 2.viii.9.
14.6. 2.xii.5,12.
14.7. 4.i.7.

Joel.

1.14. 2.viii.6.
2.5. 3.iii.8.
3.2. 4.xii.11.

Amos.

1.11. 1.i.7.
4.5. 2.viii.6.

5.24.

Amos.
5.24. 4.ix.10.
6.12. 2.iii.8.
6.13. 4.iv.1.
8.8. 4.ix.5.
Mich.
5.7. 2.x.7. & xii.7.
6.11. 1.i.7.
Nah.
1.5. 3.ix.5.

Nah.
3.2. 3.iii.7.
Zach.
6.12. 2.xii.14.
6.13. 4.i.14.
7.5. 3.xii.2.
9.16. 1.vii.
10.3. 4.i.3.
10.8. 1.vii.11.
Malach.
4.2. 3.iv.3.



Index Capitum Libri primi.

CAP. I.

Hemistichii istius Esa.59.19. כי יבוא כנהר צר רוח יהוה נוססה בו variis translationibus propositis, atque rejectis, vera ac nova ejus interpretatio affertur; ad quam Aquilæ translatio, ritè ac pro mente ipsius intellecta, proximè accedit. *Beth* sæpe formare *accusativum*, plurimis exemplis docetur.

CAP. II.

Loco illo Esaiæ, qui præcedenti capite explicatur, quid sibi velit similitudo *fluvii angusti*, docetur; ac *flumen angustum* pro *flumine rapido* positum esse à Propheta: cujus rei ratio dilucidè exponitur.

CAP. III.

Docetur, quis istius membri, רוח יהוה נוססה בו sensus sit, si נסס accipiatur pro *vexillum usurpare* vel *gerere*; atque huic loco affines esse tres alios in Scriptura, Exod.17.15. יהוה נסי, Psal.20.6. ובשם אלהינו נדגל, & Psa 60.6. נתתה ליראיך נס quorum duo priores accuratè excutiuntur ac declarantur; præterea que, (occasione secundi) Psal 20.8. ואנחנו בשם יהוה נזכיר: Esa.12.4. הזכירו כי נשגב שמו: Esa.26.13. לבד בך נזכיר שמך: & Esa.62.6. המזכירים את־יהוה. explanantur etiam phrases הביט אל & שעה אל, nonnulli-que loci, in quibus illæ extant, obiter illustrantur.

CAP. IV

Versus sextus Psalmi sexti, נתתה ליראיך נס להתנוסס מפני קשט enarratur. קשט à Græcis aliisque pravè mutatum in קשת, ac si id sensui melius quadraret; quod contra se habere, ostenditur. Obiter exponitur Num.26.11. ויהיו לנס. Affixorum ellipsis. מפני sæpe significat *propter*.

CAP. V.

Videri nobis quod נסס Esa.59.19. significet *vexillum tollere*, & quod ibi dicatur, Spiritum Dei erecturum Messiam pro vexillo, scilicet ad congregandos fidelium cœtus: quæ expositio tum aliorum locorum collatione confirmatur, tum præcipuè istius, שרש ישי אשר עמד לנס עמים אליו גוים ידרשו qui locus diligenter excutitur: obiterque etiam exponuntur, Deut.12.5. אל־המקום תדרשו: Esa.14 30. והמתי ברעב שרשך: Esa.53.2. וכשרש מארץ ציה.

CAP. VI.

Vexilli usum in Oriente fuisse etiam extra bellum, atque in cœtibus popularibus convocandis, docetur ex Jerem.50.2. והשמיעו ושאו נס qui locus à plerisque malè intellectus, explanatur. Non videri quicquam tale à Græcis Romanis-ve usurpatum: & Vexilla, quæ à Romanis adhibita in Coloniis deducendis, in-que censu agendo, & in comitiis centuriatis, militaria potius quàm togatis cœtibus propria fuisse.

CAP. VII.

Enarratur Esaiæ 5.26. ונשא נס לגוים מרחוק ושרק לו מקצה הארץ והנה קל מהרה יבוא: itemque declarantur Esaiæ 49.1. לאמי' מרחוק: Esa. 7.18. וישרק יהוה לזבוב: Zach.10.8. אשרקה להם: & Joel.3. 4. מהרה קל. Multa de signi erectione, tum præliari, sive in pugnis committendis usitata,

de-que

de-que triplici ejus specie; tum profectionali, quæ ad significandum & indicendum iter adhibebatur.

CAP. VIII.

Versus secundus capitis 13. Esaiæ, על הר נשפה שאו נס הרימו קול להם הניפו יד ויבאו פתחי נדיבים exacte excutitur, genuinusque ejus sensus edisseritur. exponitur etiam Esa. 10. 32. עוד היום בנוב לעמד ינפף ידו הר בת ציון Vexillum Delectus habendi causâ erigi seu proponi solitum, uti ad Orientem, ita etiam apud Romanos.

CAP. IX.

Explicatur etiam Esa. 18. 3. כנשא נס הרים תראו וכתקע שופר תשמעו itemque Esa. 64. 2. כקדח אש המסים מים תבעה אש. *Caph præfixum*, & cognatas voculas כי ac כאשר nonnunquam duplicem intellectum habere, non aliter quam si iterata seu bis posita essent. *Enallage pluralis* pro *singulari*. *Infinitiva* Hebræi *impersonaliter* usurpant.

CAP. X.

Jerem. 4. 21. עד מתי אראה נס אשמעה קול שופר declaratur, uti & Jerem. 4. 6. האספו ונבואה אל־ערי המבצר שאו נס ציונה העיזו אל תעמדו. verbum העיזו tum hic, tum in aliis præterea tribus locis, pravè à multis Interpretibus confundi cum העז, ac si esset ab עוז; ab aliis autem exponi in *congregandi* notione, quum revera *subducendi* ac *se subducendi* significatum habeat. Etiam נאסף malè exponi vulgo, quum hic, uti & aliis multis locis, significet *se recipere*; sicut alibi, ubi passivum est, *recipi*: & אסף *ad se recipere*. *He finale* non semper significare *motum ad locum*, sed interdum quoque *in loco*. *Ellipsis verborum prægnantium*, qua verbum aliquod relinquitur ex altero verbo subintelligendum.

CAP. XI.

Jerem. 6. 1. ובתקוע תקעו שופר ועל בית הכרם שאו משאת exponitur, & in quem finem hic memoretur signi levatio, ostenditur. משאת esse generale vocabulum pro omni signo speculari: bene tamen reddi *Ignes*, quia ista Signi species, in significando hostium adventu maxime fuit usitata. eaque occasione *περὶ φρυκτῶν πολεμίων καὶ φιλίων* aliquammulta.

CAP. XII.

Enarratur Jerem. 51. 12. אל־חומות בבל שאו נס החזיקו המשמר הקימו שומרים הכינו אורבי׳, & quænam *signi erectio* hic intelligenda sit, inquiritur. Babyloniorum à Cyro obsessorum securitas ac socordia summa, ipsisque perniciosa. Signum in mœnibus turribusque captarum urbium erigi suetum: signum oppugnationis: signum præsidiarium.

INDEX

Index Capitum Libri secundi.

CAP. I.

EXcutitur pericopa ista שש ברקמה ממצרים היה מפרשך להיות לך לנס, ex Ezechielis capite 27. versu septimo. שש non esse *xylinum*, sed *byssinum* : & *byssum* non esse *sericum*, aut certum colorem, sed pretiosissimi lini genus, fulvi coloris, in Ægypto, India, & Elide provenire solitum. *lamed* sæpe efformat *gerundia in do* : & *mem* ac *beth* non rarò inserviunt *regimini* formando.

CAP. II.

Syriaca, Græca, Chaldaica, & Hieronymiana translatio istius loci Esaiæ, cap. 33. ver. 23. נטשו חבליך בל יחזקו כן תרנם בל פרשו נס examinantur, varii-que in iis errores notantur : & primum ejus membrum נטשו חבליך enarratur. Verbum נטש nunquam habere *laxandi* significationem, ut neque *deserendi* ; sæpe *diffundendi* ; nonnunquam *omittendi* ; ut & *dis-jiciendi*: quæ postrema significatio hic locum habeat. Casus navis desperatus, quæ ventis ac mari à gubernatore & nautis permittitur ; ejusq; in qua rudentes vi procellarum rupti sunt. Jobi 12.21. ומזיח אפיקים רפה obiter exponitur.

CAP. III.

Perioches istius ex Esa. 33.23. præcedenti capite enarrari cœptæ, reliqua pars, בל יחזקו כן תרנם בל פרשו נס explicatur, omnia-que ejus verba sigillatim atque exactè excutiuntur. כן sæpe est *adverbium*, significans *rectè*, *bene* : & verbum *possum* quandoque in altero verbo tacitè comprehenditur. Mali navium frequenter franguntur sævientibus procellis.

CAP. IV.

Vocabulum נס Num. 21.8. in historia serpentis ænei à Mose erecti, pravè à nonnullis *signum* aut *vexillum*, ab aliis verò minus accuratè *perticam* aut *palum* transferri, quum *malus* reddi debeat. *He præfixum*, seu הא הידיעה sæpe rebus indefinitis adhiberi, & quandoque Italorum, Hispanorum, ac Gallorum *un*, Anglico-que ac Belgico **a**, **een**, respondere.

CAP. V.

Explicatur Esa. 30.17. עד אם נותרתם כתרן על ראש ההר וכנס על הגבעה : itemque מבשרת ציון, Esa. 40.9. & וצעקי מעברים, Jerem. 22. ver. 20. Vox rabbinica כלונס & syriaca עדרא illustrantur. Mali speculares, ad varios usus : & privatim in Asia sub Persis & Macedonibus, itemque in Peruvia, ad perferendas velociter in Regiam novarum rerum significationes.

CAP. VI.

Esaiæ 31.9. וחתו מנס שריו enarratur, & vis vocabuli נס excutitur, ubi accipitur de signis tum militaribus, tum in altum sublatis ad significationes faciendas ; videri-que in utroque casu æque latè patere, ac Græcum σημεῖον aut σύσσημον, & Latinum *signum*: quæ voces de variis rebus, multumque inter se differentibus dicuntur ; & sicuti alia multa, ita etiam universum φρυκτῶν sive πυρσῶν genus sub se comprehendunt.

CAP. VII.

Prava Kimchii aliorumque opinio, *radici* נסס *altitudinis* & *elevationis* significatio-

nem primariò attribuentium, redarguitur: & periochæ istius Zach.9.16. כי אבני נזר מתנוססות על אדמתו verus sensus, nemini hactenus perspectus, struitur. Coronæ gemmeæ in signis militaribus. Luxus Regum Seleucidarum.

CAP. VIII.

In Psalmi 110. versu tertio vertendo multi magni-que errores à Græcis commissi, partim Syri, partim Hieronymi, atque aliorum Veterum Interpretum, Hebraicæ Veritati contra ipsos suffragantium, testimonio revincuntur. Prior istius versus pars, עמך נדבות ביום חילך, enarratur: & obiter exponuntur, Num.15.vers.3. לפלא נדר או בנדבה : Deut.23.23 כאשר נדרת—נדבה : 2 Regum 13.9. לא השאיר ליהואחז עם : Psal. 68.10. בנדבה אובהה לך : Psal.119.vers.108. נדבות : Hos.14.5. ואהבם נדבות : Amos 4.5. קראו נדבות השמיעו.

CAP. IX.

Ad pleniorem intellectum istorum verborum, עמך נדבות ביום חילך declaratur vetus Militiæ mos, qui è civibus exercitus conscribebat: & tota ratio Voluntariorum in isto militiæ genere explicatur. Proximum comma בהדרי קדש excutitur, & collatione ac declaratione simillimi loci, בהדרת קדש, Psal. 29.2. ac 96.9. illustratur.

CAP. X.

Posterioris partis versus tertii, è Psalmo 110. מרחם משחר לך טל ילדותך variæ Rabbinorum ac Recentiorum Interpretum explicationes adferuntur, & examinantur: in-que eo examine illustrantur sequentes loci: Exod.16.13 ובבקר היתה שכבת הטל סביב למחנה : 2 Sam.17.12 ונחנו עליו כאשר יפול הטל על האדמה : Jobi 38.29 מבטן מי יצא הקרח : Hosee 6.4. וכטל משכים הלך : Mich.5.7. והיתה שארית יעקב בקרב עמים רבים כטל מאת יהוה. Rorem sero vesperæ, ac noctis progressu, potius quam sub auroram, tellure cadere: & ילדות ætatis duntaxat vocabulum esse, neque eo, ut Latino *Juventus*, ac Græco νεότης, hominum istius ætatis ipsam multitudinem designari.

CAP. XI.

Hemistichii istius, מרחם משחר לך טל ילדותך prior pars, tribus primis verbis comprehensa, exponitur: itemque, per occasionem, Cant.6.9. הנשקפה כמו שחר : Esa.8.20. לתורה ולתעודה אם לא יאמרו כדבר הזה אשר אין לו שחר : Jerem.6.1. רעה נשקפה מצפון : & Hos.6.3. כשחר נכון מוצאו, enarrantur.

CAP. XII.

Altera istius hemistichii pars, טל ילדותך, enucleatur: una-que explicantur sequentes loci: Jobi 29.19 וטל ילין בקצירו : Psal.128.vers.3. בניך כשתילי זיתים : Esa.26.19. טל אורת טלך : Esa.44.4 וצמחו כבין חציר : Threni. 2.22. אשר טפחתי ורביתי : Ezech.16.7. רבבה כצמח השדה נתתיך ותרבי ותגדלי ותבאי בעדי עדיים : Ezech.19.2 רבתה גוריה : Hos.14.6. אהיה כטל לישראל : Mich.5.7 והיה שארית יעקב—כטל מאת יהוה : Zacha.6.12. ומתחתיו יצמח. Ros ubique quidem θαλερὸς ac vivificus, sed magis in æstuosis regionibus, in quibus etiam copiosior quàm alibi cadit.

INDEX

Index Capitum Libri tertii.

CAP. I.

Reemum, ראם non esse *Unicornem*, ut plerique interpretes putant, nec *Rhinocerotem*, quæ aliorum est opinio, sed genus bovis feri, & quidem non *Bonasum* nec *Bisontem*, sed *Urum*. periocha e Jobi cap. 39. de ראם agens, breviter exponitur; uti & Deut. 33.17. בכור שורו הדר לו. Voce אביר crebrò tum *caballi*, tum *tauri* significantur.

CAP. II.

Explanatur Esa. 10. ver. 13. ואוריד כאביר יושבים & Jobi 36.5. הן אל כביר ולא ימאס כביר כח לב—: item-que 1 Sam. 21.7. אביר הרעים: & Jerem. 51.40. אורידם ככרי לטבוח. Verus intellectus vocum אביר & כביר exponitur: & peculiaris quædam significatio verbi ירד & הוריד declaratur. Cædium magnitudo similitudinibus à mactatione pecorum petitis exprimi solet.

CAP. III.

Docetur, quam vim habeat phrasis אבירי לב Esa. 46.12. & Psal 76.6. Errores circa vocem אביר committi soliti in iis locis, ubi pro *Tauro* aut *Caballo* sumitur. Judic. 5.22. אז הלמו עקבי סוס מדהרות דהרות אביריו enarratur: uti & Nah. 3.2 וסוס דוהר ומרכבה מרקדה. Verbi Chaldaici פנק vera significatio eruitur. Peculiaris Hebræorum phrasis, ipsum *antecedens* usurpandi vice *relativi*.

CAP. IV.

Exponuntur tres loci Jeremiæ, cap 8. vers. 16. מדן נשמע נחרת סוסיו מקול מצהלות אביריו רעשה כל־הארץ: & 47.3. מקול שעטת פרסות אביריו: & cap. 50. vers. 11 כי תפושו כעגלה דשא ותצהלו כאברים: item-que Malac. 4.2. ופשתם כעגלי מרבק. Abundantiam & bonorum affluentiam luxus & libido plerumque consequuntur. Equus, animal valde libidinosum.

CAP. V.

Locus iste Jeremiæ, cap. 5. v. 8 סוסים מוזנים משכים היו איש אל־אשת רעהו יצהלו explanatur. Equi admissarii peculiari cura saginantur. Hinnitus equorum non tantùm ex libidine, sed & ex animi elatione & superbia: unde altera quoque expositio istorum verborum, ותצהלו כאברים, præter illam superiori capite allatam, deducitur.

CAP. VI.

Instituitur enarratio Periochæ ex capite 39. Jobi, de laudibus ac dotibus generosorum equorum tractantis, ac septem versibus comprehensæ. Primi versus (qui ipsius capitis est 22. aliis verò 19.) priore hemistichio, התתן לסום גבורה, omisso, utpote in quo nihil difficultatis, posterior ipsius pars, התלבש צוארו רעמה, enarratur: ipsiusque occasione explicatur etiam Jobi 15.26. ירוץ אליו בצואר: & Psal. 75.v.6 תדברו בצואר עתק: ac Esa. 3.16. נטוית גרון. Metaphoricus verbi לבש & הלביש usus, latissimè patens. Juba, inter præcipua Equi ornamenta, atque ad præbendum quoque generositatis indicium faciens.

CAP.

INDEX CAPITUM.

CAP. VII.

Periochæ istius versus secundus (cap. 23. aliis 20.) ita se habens, התרעישנו כארבה הוד נחרו אימה, explicatur, itemque Psal. 72.16. וירעש כלבנון פריו. Motus subsultorii, solis generosis equis peculiares.

CAP. VIII.

Versus tertii ex ista periocha (qui ipsius capitis est 24. aliis 21.) duo priora commata, יחפרו בעמק וישיש בכח, enucleantur: & Psal. 19. vers. 6. וישיש כגבור לרוץ ארח, ac Dan. 1.4. ואשר בהם כח לעמד בהיכל המלך, itemque Joelis 2.7. כגברים ירוצון, illustrantur. Equi generosi, dotium suarum sibi conscii, ac gaudium inde capientes, superbiori incessu se inferunt. Affixi ellipsis hebræis familiaris.

CAP. IX.

Versus tertii ultimum comma, יצא לקראת נשק: & versus quartus ישחק לפחד ולא יחת ולא ישוב מפני חרב——, ac quintus עליו תרנה אשפה להב חנית וכידון (qui sunt ipsius capitis, Jobi 39. versus 24,25,26. aliis 21,22,23.) percurruntur: atque etiam Prov. 30.30. ולא שב מפני כל—— explanatur. מפני sæpe idem valet, quod Latinis *metu*. Phrases Græcæ Latinæ-que, ad significandum occursum hostilem.

CAP. X.

Periochæ de Equis versus sextus (Jobi 39.27.) ברעש ורגז יגמא ארץ ולא יאמין כי קול שופר, enarratur: & obiter exponitur Gen. 24.17. הגמיאיני נא מעט מים, ac Jobi 15.31. אל יאמן בשוא, & cap. 29. vers. 24. אשחק אליהם לא יאמינו. Ardor generosiorum equorum in prælia ac certamina ruendi, præ quo quieti consistere ac loco se tenere nequeant.

CAP. XI.

Enarratur ultimus versus istius perioches, generosi equi laudes complectentis, qui est Jobi 39.28. aliis 25. ita se habens: בדי שופר יאמר האח ומרחוק יריח מלחמה רעם שרים ותרועה.

CAP. XII.

Versus septimus Psalmi noni, האויב תמו חרבות לנצח——וערים נתשת אבד זכרם המה, exponitur, aliter multo quàm hactenus factum. Figura, Rabbinis כפול הכנוי dicta: itemque altera, qua *substantivum* regitur à *substantivo synonymo*. Gemina verbi תם significatio. Frequens Græcorum hallucinatio circa vocum hebraicarum *vocales* sive *puncta*.

Index Capitum Libri quarti.

CAP. I.

VOcabuli הוד vera significatio exquiritur, in que ea vestigatione declarantur sequentes loci: Num.27.21. ונתתה מהודך עליו: Job.37.22. על אלה נורא הוד: Hos.14.7. ויהי כזית הודו: Zach.6.vers.13. והוא ישא הוד: & 10.3. ושם אותם כסוס הודו במלחמה. Decorus aspectus & incessus equi generosi & bellatoris. Præstantia Olivæ. Præpositio *mem* interdum *partem*, & על *in* significat. Duo *ellipsis* genera, Hebræis circa comparationes usitata. Peculiaris quædam verbi נשא significatio.

CAP. II.

Duæ speciales vocis הוד significationes, præcedenti capite reliquæ factæ, putà *Vigoris* & *Vehementiæ*, demonstrantur, & quatuor isti loci, Pro.5.9. פן תתן לאחרים הודך: Pro.31.3. אל תתן לנשים חילך: Esa.30.30. והשמיע יהוה את הוד קולו: ac Dan.10.8. והודי נהפך עלי למשחית, enarrantur. *Rectionis substantivorum* quoddam genus, in quo alterutrum nomen promiscuè *regit* vel *regitur*: & altera phrasis, Hebraicæ linguæ peculiaris, qua *affixa*, *nomini regenti* debita, *nomini quod regitur* adjunguntur: quæ tamen trajectio haudquaquam est perpetua, contra quàm nonnulli putant.

CAP. III.

Investigatur verus intellectus vocis פנינים, eaque nec *margaritas*, nec *gemmas* aut *carbunculos*, sed *corallia* significari, ostenditur.

CAP. IV.

Agitur de peculiari quadam Hebræorum phrasi, qua *negativam* præponunt *substantivis*; & illustrantur, Deut.32.17. יזבחו לשדים לא אלוה: Esa.55.ver.2. למה תשקלו כסף בלא לחם: ac Amos 6.13. השמחים ללא דבר.

CAP. V

Deut.32.5. שחת לו לא בניו מומם דור עקש ופתלתל, in quo loco exponendo plurimum variarunt Interpretes, excutitur, ac genuinus ejus sensus eruitur: obiterque etiam Esaiæ 30.9. בנים כחשים declaratur.

CAP. VI.

Tharsis non esse appellationem *maris* in universum, neque *maris Mediterranei* aut *Oceani*; neque *Tarsum* Ciliciæ Metropolim, aut ipsam *Ciliciam* ea denotari; uti neque *Africam*, *Tunetum*, aut *Carthaginem*; variis argumentis & conjecturis ostenditur.

CAP. VII.

Tharsis esse *Tartessum*, regiam olim ac florentissimam Hispaniæ urbem, ad ostia Bœtis sitam, ex eo demonstratur, quod præter nominis affinitatem, reliqua etiam omnia, quæ de *Tharsis* memorat Scriptura, in *Tartessum* plenissimè quadrant.

CAP. VIII.

Exponitur ratio, quare *Ophiræ*, Indicæ regioni, *Tarsisæ* sive *Tartessi* nomen secundario inditum sit; & quare אניות תרשיש, *naves Tartessicas* appellaverint Hebræi non eas modò, quæ Tartesso veniebant, aut Tartessum navigabant, sed omnes majores atque pulcriores onerarias sive corbitas. Enarratur versus octavus Psal.48. ברוח קדים

קדים תשבר אניות תרשיש. *Caph similitudinis* sæpe omittitur subintelligendum. Eurus ventus summè violentus ad tractus Orientis, ac crebro naufragiorum autor.

CAP. IX.

Esaiæ capitis vigesimitertii versus decimus עברי ארצך כיאר בת תרשיש כי אין מזח עוד. enucleatur, ac verus ejus sensus, à paucissimis adhuc perceptus, eruitur. Verbi עבר peculiaris quædam significatio, *pergendi seu proficiscendi*. *Ellipsis* particularum *motum ad locum* significantium. Duriores comparationes hebræis familiares: & similitudines ab aqua, mari, fluctibus, fluminibus, magnitudinem, copiamque & abundantiam iis significant. מעוז sæpe *munitionem* seu *munimentum* significat. Munitissimus Tyri urbis situs, & idem vetustissimis temporibus, priusquam à Nabuchodonosore expugnaretur, ac tempore Alexandri Magni: quare etiam ab Esaia, in hoc ipso capite 23. מעוז הים appellatur.

CAP. X.

Esaiæ 53.8.— מעצר וממשפט לקח ואת־דורו מי ישוחח enucleatur, veraque istius hemistichii sententia, paucissimis adhuc cognita, declaratur. exponitur etiam Psal. 107.39. מעצר רעה ויגון, & Jerem. 9. 2. עצרת בוגדי׳. Verbi לקח duæ significationes, *tollere de medio*, & *auferre*: מן, *ἀπό*. דור, *genus hominum*, *homines certi seculi*. Facinorosa Judæorum immanitas, Christum Jesum summâ obstinatione à Pilato ad supplicium exposcentium, præcipua causa mortis ac crucifixionis ipsius; his verbis apertissimè prædicta à Propheta.

CAP. XI.

Hemistichium illud Esa. 53. 12. לכן אחלק לו ברבים ואת־עצומי׳ יחלק שלל enarrandum suscipitur, & ברבים ac את־עצומים declarantur; & nomen עצום, uti & verbum עצם, quoties cum רב conjunguntur, uti & aliis compluribus locis, *multitudinis* ac *numerositatis* significationem habere, quod plerisque Interpretibus haud observatum, ostenditur.

CAP. XII

Reliqua ex prædicto hemistichio, אחלק לו & יחלק שלל enarrantur, omnisque varietas significationum verbi חלק digeritur atque edisseritur, ea-que occasione diversi loci obscuri, & hactenus parum intellecti, illustrantur atque explicantur.



ANIMAD-



ANIMADVERSIONUM SACRARUM LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Posterioris hemistichii Esaiæ 59.19. *variæ admodum interpretationes, in priori ejus membro.* 2. *Eadem discordia in altero quoque membro.* 3. *Verbi* נוססה *duæ expositiones, à præcedentibus differentes, allatæ à Jarchio. Syrus & Chaldæus verbum istud non transferunt, sed παραφράζουσι. Integri hujus hemistichii diversæ expositiones sub unum aspectum dantur.* 4. *Refelluntur nonnullæ istarum interpretationum. Græci posteriorem hujus hemistichii partem valde pravè verterunt.* 5. *Aliæ duæ hujus loci expositiones, præcedentibus longè probabiliores, ipsæ quoque rejiciuntur.* 6. *Nostra de hujus loci sensu atque interpretatione sententia.* 7. Beth *sæpe formare* accusativum *(quod hic facere, nos statuimus) multis exemplis docetur. nostra hujus hemistichii interpretatio.* 8. *Aquilæ interpretatio hujus loci, proximè ad veritatem accedit, si ritè intelligatur; sed mentem ejus, in posteriore membro, uti & Theodotionis, parum cepit Hieronymus, ac verba eorum haud bene reddidit. Istorum Interpretum superstitio nimis anxia in Hebraicis vertendis.*

POsterior pars versus decimi-noni capitis 59. Esaiæ, quæ ita se habet, כי יבוא כנהר צר רוח יהוה נוססה בו quanquam satis per se facilis & aperta; ob nonnullorum tamen ibi vocabulorum ambiguitatem, variè admodum accepta fuit ab Interpretibus, qui in ea explicanda non parum invicem dissident. Nequid enim dicamus de particula כי, quam alii *quum* vel *quando*, alii

 namque

namque vel *quia* exponunt (quod ad ſenſum parum refert, hoc quidem in loco) nomen צר aliis eſt *adjectivum*, ac *epitheton* τȣ̃ נהר, aliis *ſubſtantivum*. Et qui *ſubſtantivum* faciunt, partim in vulgatiore ſignificatione (qua eſt ſynonymum τȣ̃ אויב, ac *hoſtem* vel *inimicum* denotat) accipiunt, ut Syri, Targum, (quorum illi verterunt אלוצא, hic verò מעיקין, quod vulgò perperam legitur מעיקן) David Kimchi, Pagn. Munſt. Calv. Tremell. Oleaſt. Marin. Steph. Piſc. Marian. Schind. Gallica & Anglica utraque, & ambæ Italæ, Valera, ac Belgica: partim putant idem valere quod צרה *anguſtia, afflictio*, quomodo ſumitur hæc vox Pſal. 119. 143. צר ומצוק מצאוני, in qua ſententia ſunt R. Solomon & Abeneſra, ac Mart. Borrhaus. Qui verò faciunt צר *epitheton* τȣ̃ נהר, eorum alii id habent pro *participio* aut *nomine participiali*, ut Symmachus & Theodotio, quorum prior vertit, ὡς ποταμὸς θλίϐων, *velut fluvius premens*, ſeu, *arctans*; alter ὡς ποταμὸς ἀντιμαχόμενος, *quaſi fluvius oppugnans* (ita vertit Hieron. in comment. quum ἀντιμάχεσθαι non *oppugnare* ſignificet, ſed *repugnare*) vel ex aliorum relatione, ὡς ποταμὸς πολιορκητὴς, *tanquam fluvius obſeſſor*: alii autem id adjectivum faciunt, ubi rurſus variæ occurrunt interpretationes. Aquila enim vertit στενὸς *anguſtus*, ſimiliterque Forerius *arctatus*: Græci & Hieron. (quibus aſſentitur Zuinglius, Gallica, & Hiſpanica) βίαιος, *violentus*: Tigurini, *hoſtilis*; ſimiliterque Caſtalio, *Infeſtus*: Muſculus, *Fortis*: Lutherus autem, **aufgehalten**, *coërcitus*, ſeu *inhibitus*: id quod approbat etiam Oſiander, qui Hieronymi *violentus* explicat, *qui aliquamdiu cohibitus, poſtea ingenti impetu irruit, & omnia, quæ apprehendit, ſecum rapit*. Prout autem צר aliis eſt ſubſtantivum, aliis adjectivum; ita verbum יבוא ab his quidem conſtruitur cum nomine, quod vel ex præcedentibus ἀπὸ τȣ̃ κοινȣ̃ repetunt, vel aliter ſubaudiunt; ab illis autem cum ipſo צר conjungitur: prætereaque aliis vulgarem habet *veniendi* ſeu *adveniendi* notionem (quomodo exponunt plerique omnes, quibus accenſendus etiam Tremel. qui vertit, *invadere*) aliis verò aliam longè diverſam. Quippe memorat Kimchi, patrem ſuum בא hic accepiſſe eodem modo, ac ſumitur in ea phraſi, quum dicimus, באה השמש *ſol occidit*, ut nimirum בא idem hic ſit, quod שקע, *mergi*, quaſi dicat Propheta ישקע הצר ולא יראה עוד כמו הנהר שיכנס בים ולא יראה *mergetur hoſtis, neque amplius apparebit; quemadmodum fluvius, ubi mari illapſus eſt, non ultra comparet*. Et in hunc ſenſum vertit Munſterus, *quum abierit quaſi fluvius hoſtis*.

2. Rurſus רוח aliis *ventum* hic ſignificat; aliis, *ſpiritum*, in diverſo ac vulgatiore intellectu. Græci autem id ὀργὴν, *iram*, transferunt, ac neglecto

neglecto commate, id cum verbo יבוא construunt, ἥξει γὰρ ὡς ποταμὸς βίαιος ὀργὴ Κυρίου· ubi alii codices malè legunt, ὀργὴ παρὰ Κυρίου· sanè & Hieron. non legit hanc præpositionem, qui vertit, *Veniet enim quasi fluvius violentus ira Domini*. Deinde verbum נוססה alii dicunt esse *Piel* verbi נס *fugio*, quo casu significaret *fugare*: quomodo verterunt Pagninus, Munsterus, Calvinus, Oleast. Musc. Anglica Vetus, & Itala; etiam Tremell. qui tamen à reliquis in eo dissentit, quod non putet, ut ipsi, *Beth* hic formare *accusativum*, sed potius significare *contra* (ut alibi sæpe) ac proinde ellipticam esse orationem, quam conatus est supplere, ita vertendo, *Quum invadentem tanquam fluvium hostem Spiritus Jehovæ* [*flans*] *contra eum fugaverit*. Atque his omnibus præivit Rabbi David, qui in comment. scribit, נוססה ענין ניסה ושרשו נום אמר רוח יהוה תנים האר שלא יראה *Nosesa habet fugæ significatum, utpote derivatum à nus: sensus est, Spiritus Domini fugabit hostem, ut non amplius appareat*. In Dictionario verò נוססה בו exponit התרוממה על הצר *extollit se contra hostem*. Sunt verò qui licet נוסס à נס derivent, non tamen propriam *fugandi* significationem ei attribuant (utpote proposito ipsorum minus idoneam, quum verbum hoc ad fluvium referant) sed aliquantulum diversam, nimirum *impellendi*, quomodo verterunt Lutherus, Tigurini, Osian. & Hispan. idemque voluisse videtur Symmachus, qui vertit, ἐπείγει, *urget*, sive (uti Hieronymus, Symmachum more suo secutus, vertit) *cogit*; & Zuinglius, qui interpretatur *concitavit*: itemque Junius ac Piscator, qui transtulerunt, *contra eum incurret*: sub qua expositione נוסס non est *activum* (pro quali id habuerunt plerique eorum, qui id à נום deducunt, sed *neutrum*; tale-que est etiam Forerio, vertenti *fugit cum eo*; & Marino, *aufugit*, i.e. *citò currit, in eum*. Alii autem נוסס non à נם deducunt, sed à נם, significante *vexillum*, seu *signum militare*, ita ut significet *tollere vexillum*. *Beth* autem in בו hi volunt denotare *contra*. *Vexillum attollet contra ipsum*. ita verterunt Mont. Steph. Genev. Anglica nova, Valera, Diod. Buxt. Schind. Belg. in eundem ferè sensum accipientes cum phrasi illa Latinis historicis usitatissima, *signa inferre*. Etiam Kimchi in comment. (ubi primo loco נוססה deducit à נום, atque תנים exponit, uti modò vidimus) hanc derivationem agnoscit, atque cum istis consentit, quantum quidem ad sensum vocis, non verò quoad ipsam significationem. quippe sub hac derivatione נוססה בו exponit מכה בו *ipsum cædit*; additâ istius expositionis hac ratione (frigidâ admodum atque falsâ) מנהג העולם כי נושא הנם מכה בראשונה בחיל שכנגדו *moris vulgo*

vulgo est, ut Signifer auspicetur cædem oppositi exercitus. Mariana autem נוססה eodem ferè pacto intelligens, ac illi modo nominati, בו in longè alio sensu capit. quippe vertens, *Vexillum ponit in eo*, id explicat, *Ipse ductor est & antesignanus hostilis exercitus :* quam mentem videtur habere etiam Castalionis tralatio, *spiritu Jovæ vexillum ei impellente.* Aquila quoque & Theodotio videntur נוססה ita accepisse (quanquam de בו hi quoque à majori parte dissentiunt, idque itidem ferè ac Mariana exponunt ;) quandoquidem ille vertit, Πνεῦμα Κυρίου σύσσημον αὐτῷ · iste autem, Πνεῦμα Κυρίου ἐσημειώθη ἐν αὐτῷ · quæ Hieron. interpretatur, *Spiritus Domini signaculum ejus : Spiritus Domini signatus est in eo :* haudquaquam commodè, uti infra ostendemus.

3. Porro Rabbi Solomon aliam adhuc in hac derivatione affert τῷ נוססה significationem, ut nimirum idem valeat quod נפלאת *mirabilis fuit*, ab eo nimirum τῷ נס intellectu, quo pro *miraculo* passim à Rabbinis usurpatur. idemque Rabbi ait, posse etiam נוססה בו exponi, אוכלת בו כתולעת בעץ *corrodit ipsum, sicut vermis lignum*, quomodo נוסס sumatur Esaiæ 10.18. derivando ipsum à סס, significante *teredinem* ; sicuti in commentariis ad Esa.10. latiùs declarat. Syrus verò & Chaldæus (quorum ille vertit, רוחה דמריא תמככיוהי, *spiritus Domini deprimet ipsum :* hic verò, במימרא דיי יתברין *verbo Domini profligabuntur*) non tam verbum ipsum reddidisse, quam sensum duntaxat voluisse adumbrare videntur. Tanta est Interpretum in exponendis hujus loci vocabulis diversitas, unde totius periochæ hæ existunt translationes : *Hostis veniet instar fluminis, Spiritus Domini ipsum* * *fugabit* [* *deprimet, profligabit, arrodet*] *Hostis occidet instar fluminis, &c. Veniet tanquam fluvius* * *angustus* [* *violentus, hostilis, premens, obsessor, inhibitus*] *quem ventus Domini* * *impellit* [* *urget, cogit*] *Hostis veniet instar fluminis, Spiritus Domini tollet vexillum contra ipsum. Veniet tanquam fluvius* * *angustus* [* *violentus, &c.*] *Spiritus Domini signum ipsi erit*, vel *signabitur ipso. Ira Domini veniet ut fluvius violentus.* Quum autem non nisi una unius loci interpretatio vera esse possit, dispiciendum nobis est, quænam harum sit reliquis præferenda, & numquæ inter omnes exactè verbis hebraicis respondeat.

4. Sanè Aquilæ versionem nos cæteris probabiliorem, atque ad veritatem quàm proximè accessisse judicamus ; quod ut aliis quoque appareat, breviter declarandum est, ob quid reliquas versiones minus probas, neque admittendas censeamus. Profectò nonnullæ ipsarum

sunt omnino absurdæ, ac vix dignæ, quibus refellendis verba impendantur; uti illæ, quæ dicunt, quòd בא sit *mergi*, & נוסם *mirabile esse*, vel *arrodere*. namque contra omnem pugnat analogiam, ut à nomine נס fiat verbum נוסם. & illa significatio, qua נס pro *miraculo* accipitur, planè *rabbinica* est, prisco ac puriori hebraismo qualem in Bibliis habemus, ignota: ac proinde נסם, etiamsi à נס deducatur, non potest exponi, *miraculosum esse*. Sed neque illi audiendi sunt, qui נוססה à נום sive נס deducentes, id non *fugat*, sed *fugit*, exponunt; non modò quia istius formæ verba raro sunt *neutra*, tum præcipuè, quia sensus illam interpretationem planè respuit. namque & *fugæ* propriè dictæ omnino incommoda hic est mentio; & ut *fugere* sumatur pro *invadere*, vel *incurrere*, inauditum est ac valde invenustum. Etiam R. David נוססה exponens התרוממה haudquaquam audiendus est; quum iste intellectus omnino ab hac radice sit alienus: quod quia alicubi infra latiùs atque ex professo disputaturi sumus, impræsens de eo non ampliùs dicemus. Quantum verò ad בא, quanquam de sole occidente, aut fluvio in mare illabente dictum, satis commodè exponi possit per *mergi*; nunquam tamen significat *mergi* eo modo, ac hic volunt, atque de hominibus dictum. Sanè duobus illis locis, Esa. 57.2. יבוא שלום, & Prov. 11.8. ויבוא רשע תחתיו quibus solis cum aliquo colore illa interpretatio videtur posse adhiberi, nemo tamen nè Rabbinorum quidem hoc verbum ita exponere sustinet. Sed & illa planè aspernabilis est expositio, quæ רוח hic sumi vult pro *ira*; idque arguitur non tam ex discrepantia verbi, quod est *masculinum*, quum ipsum nomen sit *fœmininum* (namque hujusmodi constructionis anomaliæ non sunt infrequentes in hebraismo) neq; ex eo, quod רוח nusquam alibi *iram* significet (quod verum quidem est fortasse, sed consensu Interpretum non subnixum, quum nonnulli ipsorum & alibi hanc dictionem ita sumant) sed inde præcipuè, quòd hoc pacto nullum nomen relinquitur cum verbo נוססה construendum, sic-que pendentes relinquuntur duæ postremæ hujus versiculi dictiones, neque commodum sensum inde quisquam eliciat, non magis quàm ipsi Græci, qui eas absurdissimè verterunt, ἥξει μετὰ θυμοῦ, *veniet cum indignatione*: quæ versio nihil simile habet verbis hebraicis, quibus respondet, aut quibus substituitur potiùs; ideoque rectè admonet Hieron. hæc in hebraico non haberi.

5. Illa autem interpretatio, quæ dicit *venturum hostem instar fluminis, Spiritumq; Domini fugaturum eum, vel sublaturum vexillum contra eum*; non est quidem contemnenda, potestque ex verbis hebraicis

cis haberi, absque eo ut ulla ipsis vis fiat (quanquam de eo dubitare licet, quòd נוסס exponitur *fugare*; quia licet haud repugnante analogiâ, nusquam tamen alibi ita usurpatur, semperque in hoc sensu נוס ponitur; & ubi in aliis locis occurrit, omnino aliam habet significationem, atque à נס deduci apparet) sed sensum non adeo commodum efficit, ac ea, de qua mox dicemus, orationemque, quæ sub altera illa valde æquabiliter fluit, nimis vagam reddit & fluctuantem. Quum enim de hostibus, deque divina in ipsos vindicta, abundè dictum sit versu præcedente; minus conveniens erat, ut instituta in hoc versu de triumphali Dei adventu narratio, ac sequenti etiam versu continuata, istâ de hostium incursatione atque excidio insertione interrumperetur, atque turbaretur. Etiam illi, qui hæc sic exponunt, ut ב significet non *contra*, sed ὑπὲρ, *pro*, ac Spiritus Dei dicatur hostibus non *signa inferre*, sed *signum præferre*, verba textus haudquaquam habent repugnantia; sed sensus totius loci illis manifestè adversatur. non enim hic dicitur, Deum velle hostes suos, sive populi sui, adjuvare ac prosperare (quod illa expositio significat) sed eos ulcisci ac punire, populumque suum ex ipsorum manibus eripere ac liberare: sicuti ex vers. 18. ac 20. apparet.

6. Itaque verbum יבוא referendum putamus ad nomen aliquod præcedens, videlicet vel שם יהוה, vel כבודו, vel utrumque simul: nomen autem צר construendum cum נהר, utpote *epitheton* ipsius, atque *adjectivum*. nam qui id *participium* faciunt, aut *nomen participiale*, sensum duriorem reddunt, atque adeo inconcinnum. Quando autem צר est adjectivum, pro *hostili* aut *forti* nunquam sumitur; nihilque aliud quàm *arctum* sive *angustum* significat; ac proinde cæteris rectiùs Aquila & Forerius transtulerunt: quanquam & Græcorum atque Hieron. translatio, etiamsi verbum verbo non reddidit, sensum tamen optimè expressit, sicut ex post dicendis magis apparebit.

Quantum ad נוססה, putamus id esse *benoni* verbi נסס, quod participium etiam alibi in hoc ipso Propheta occurrit, nimirum cap. decimo, ubi habetur masculinum ejus, נוסס, quod à Davide Kimchi, Pagnino, Munst. Calv. Cast. Oleast. Buxt. Schind. Pisc. & Vernaculis præter Lutherum omnibus *vexillifer* exponitur, sumpto scilicet *participio* pro *nomine participiali*; quod frequentissimum est.

7. *Beth* autem in בו non significat *contra*, sed eodem modo sumitur, ac in sequentibus locis. Exod. 7. 20. וירם במטה quod Hieron. vertit, *& elevans virgam*, similiterque Græci, in editionibus vulgatis, ἐπάρας τὴν ῥάβδον (quum in Edit. Rom. pro eo legatur, magis κατὰ πό-

δα,

δα, sed minus recte, ἐπάρας τῇ ῥάβδῳ) Levit.24.16. ירגמו בו, Hieron.
lapidibus opprimet eum : Græci, λιθοβολείτω αὐτὸν· Syrus, נרגמוניה,
Num.11.17. ונשאו אתך במשא העם, Græc. συναντιλήψονται μετὰ σου
τὴν ὁρμὴν τοῦ λαοῦ· Hieron. *ut sustentent tecum onus populi.* Ruth.2.2.
ואלקטה בשבלים, Hieron. *colligam spicas.* 1 Reg.22 34. משך בקשת
Hieron. *tetendit arcum* : Græc. ἐνέτεινε τὸ τόξον. 2 Reg.17.25. ויהיו
הורגים בהם, Hier. *qui interficiebant eos.* 1 Par.21 17. למנות בעם
Syr. דאמנא עמא. 2 Par.17.9. וילמדו בעם, Hier. *erudiebant po-
pulum* : Græc. ἐδίδασκον τὸν λαὸν· Syr. ומלפין הוו לעמא. Job.16.5.
ואניעה במו ראשי, Hier. *moverem caput meum*, Græc. κινήσω κεφαλὴν
μου. Job.21.12. ישאו בתף. Græci, ἀναλαβόντες ψαλτήριον· Syrus, שקלו
פלגא, Hieron. *tenent tympanum.* Psal.141.7. ובקע בארץ. Syrus,
דצריוא ארעא. Psal.22.8. יפטירו בשפה, Hier. *dimittunt labium.* Psal.
46.7. נתן בקולו, *dedit vocem suam* : Græci, ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ· Syrus,
ארים קלה. Psal.72.3. בצדקה, Hieron. *justitiam* : Syrus, זדיקותה.
Psal.78.31. ויהרג במשמניהם, Hieron. *occidit pingues eorum* : Sym.
ἀπέκτεινε τοὺς λιπαρωτέρους αὐτῶν. Psal.78.71. לרעות ביעקב עמו ובי
שראל נחלתו, Hieron. *ut pasceret Jacob populum ejus, & Israel hære-
ditatem ejus* : Græci, ποιμαίνειν Ἰακὼβ τὸν δοῦλον αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τὴν κλη-
ρονομίαν αὐτοῦ. Syrus, למרעא ליעקב עמה ולאיסראיל ירתותה.
Psal.82.8. תנחל בכל הגוים. Syr. דאנת תארת לכלהון עממא, Hier.
hæredabis omnes gentes. Esa.8.21. וקלל במלכו. Hier. *maledicit regi
suo.* Sept. κακῶς ἐρεῖτε τὸν ἄρχοντα· Syrus, ונצחא למלכה. Prov.21.
29. העז בפניו, Hieron. *obfirmat vultum suum.* Prov.25. ver.20. שר
בשירים, Hier. *qui cantat carmina.* Prov.30.6. יוכיח בך. Sept. ἐλέγξῃ
σε, Syr. נכסך. Ecclesi.5.9. אהב בהמון, Hieron. *qui amat divitias* :
Syrus, ורחם ממונא. Thren.1.17. פרשה בידיה, Hieron. *expandit
manus suas* : Græci, διεπέτασε χεῖρας αὐτῆς. Syrus, פרסת אידיה. Esa.
11.6. נהג בם. Græci, ἄξει αὐτοὺς· Hieron. *minabit eos.* Ezec.35.13.
ותגדילו עלי בפיכם, Syrus, ואורבתון עלי פומכון. Psal.73.vers.8.
וידברו ברע, Syrus, ומללו בישתא : quomodo & Græcam editio-
nem, in qua nunc legitur ἐν πονηρίᾳ, olim habuisse, probabile facit
Vulgata Latina, quæ legit, *locuti sunt nequitiam.* Amos 4.11. הפכתי
בכם, Hieron. *subverti vos* : Græci, κατέστρεψα ὑμᾶς. Zach.11.1. ותאכל
אש בארזיך, Hieron. *& comedat ignis cedros tuas* : Græci, καὶ καταφα-
γέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. Mich.6.11. האזכה במאזני רשע, Hieron. *An
justificabo stateram impiam?* Quomodo igitur in omnibus his locis,
atque aliis præterea nonnullis (quos omisimus ideo, quia omnes illi
tres veteres Interpretes, quorum testimonio hic nostram istius præ-
positionis

positionis expositionem firmatam voluimus, aliò abeunt) *Beth accusativum* format: ita in hoc quoque loco idem facere existimo. Et cum נסס significet *vexillum tollo*, vel *gero*, & generalius, *vexillo utor*; נוססה בו vertendum, *ipsum tollit*, *gerit*, vel *usurpat vexillum*, id est, *ipsum tollit, gerit*, vel *usurpat loco vexilli*. Itaque totius loci genuina interpretatio hæc est: *Etenim veniet instar fluminis angusti*, *Spiritu Domini levante* | vel *gerente*, vel *usurpante* | *ipsum pro vexillo*.

8. Ad hanc interpretationem proximè omnium Aquila accessit, eamque adeo plenissimè exhibuisset, si mutatâ paululum verborum constructione, pro Πνεῦμα Κυρίου σύσσημον αὐτῷ, dixisset, Πνεύματι Κυρίου σύσσημον αὐτὸς, vel αὐτό. nunc enim expositio ipsius sonat, *Ipsum uti Spiritu Dei pro vexillo*: quum verba hebraica contra dicant, *Spiritum Dei ipso pro vexillo uti*. Quod si verò audiamus Hieronymum, vertentem σύσσημον per *signaculum*, vix umbram veri sensus Aquila repræsentaverit. sed verius est, Hieronymum deceptum fuisse, neque assecutum mentem Aquilæ, qui proprietatis Hebraicarum vocum callentissimus, non potuit ignorare, nullam *signaculi* sive (ut meliore ac latino vocabulo utamur) *sigilli* significationem esse in נס, in ullo-ve ejus *derivato*; quum vox diversissima, nimirum חותם, istum intellectum exhibeat. ac propterea credendum est, Aquilam hic σύσσημον, quod propriè *signum* denotat in latiori acceptione, sumpsisse pro ea *signi* specie, quæ alias Græcis σημαία, nobis *signum militare* dicitur, ac præter alia etiam *vexillum* sub se comprehendit. Dubito autem, num & in vertendis Theodotionis verbis Hieronymum ratio similiter fugerit, ac pro *signatus est*, non debuerit potius vertere, *vexillum tulit*. quanquam enim σημειοῦσθαι nunquam hoc significat in græcæ linguæ consuetudine; notus tamen est istorum Interpretum mos, qui passim (majore superstitione quàm judicio) ut dictiones hebraicas velut annumerent, ac totidem dictionibus græcis exprimant; sicubi vocabulum occurrit, cui in lingua græca nullum aliud ex adverso respondeat, vel nova de suo vocabula cudere solent, vel tritis quidem & usitatis, sed in longè alio usu, alium atque insolentem significatum attribuere: cujus rei nemo ignarus esse potest, qui in istis Interpretibus sit versatus. quare mirum videri non debet, si suspicemus Theodotionem hic verbo σημειοῦσθαι novè usum pro eo quod est σημεῖον, sive σημαίαν αἴρειν ἢ φέρειν, *signum tollere aut gestare*.

CAPUT

CAPUT II.

In loco illo Esaiæ, qui præcedenti capite expositus, נהר צר flumen angustum, *positum pro* flumine rapido; *quia alvei angustia solet fluviis rapiditatem conciliare. contrarium Quintiliani dictum castigatur.* 2. *Aliquot autorum testimonia de rapiditate amnium proveniente ab arctato ipsorum cursu.* 3. *Idem confirmatur testimoniis ab historia & experientia ductis, in Gange, Nilo, Pasitigri, Athesi, Araxe.* 4. *Spatiosis amnibus contra insolita rapiditas. Unde Pado, per apertum ac spatiosum alveum fluenti, sua sit violentia.* 5. *Ex prædictis colligitur, Græcos & Hier. etsi non ad verbum, ad sensum tamen rectè* נהר צר *vertisse* flumen violentum. *peccare Chaldæum, qui similitudinem hic desumptam putat à flumine exundante, Euphraten in ejus rei exemplum assumens: quia nimirum Euphrates, æquè ac Nilus, solet extra ripas suas statis temporibus diffundi. Herodoti contrarium dictum quomodo intelligi debeat.* 6. *Per similitudinem illam, ab angusto seu rapido flumine petitam, indicare voluit Esaias tum vim & impetum, tum celeritatem, qua Evangelii prædicatio orbem terrarum pervadere debebat. Forerius nobiscum sentit in hujus loci expositione.*

DIximus præcedenti capite, quomodo locus ille כי יבוא כנהר צר רוח יהוה נוססה בו interpretandus esset. sicuti autem interpretatio illa, à nobis allata, ex ipsis textus verbis fluit sponte, ita sensum quoque præbet optimum, ac præcedentibus aptissimè congruentem. Quod enim dictum erat, verum Dei cultum, gloriamque nominis ipsius per totum terrarum orbem, inde ab ortu usque ad occasum, propagatum iri; plurimum illustratur subjunctione horum verborum, prout à nobis exponuntur; quippe quæ velut causam reddunt istius rei, modumque ac rationem explicant, qui istuc futurum sit. quod ut magis appareat, utrumque hujus pericopes membrum paulò diligentius inspiciemus, atque à priori incipientes, eique caput hoc dicantes, alterum deinceps enucleabimus. *Veniet Dominus* [seu, *nomen Domini*: utrumvis enim ex præcedentibus repeti potest] *instar fluminis angusti*: hoc est, veniet cum magna celeritate, & magno impetu. parvo tempore totam terram pervadet, nullumque objicietur obstaculum, quod non impellat ac perrumpat. namque perniciter ferri, & obstantiā trahere, utrumque solenne est amnibus rapidis: amnes autem angusti, rapidi esse solent. quippe flumina etiam placidissima, ubi coarctantur, vel ripis coeuntibus, vel obstaculis in ipso

alveo objectis, magnam acquirunt rapiditatem. & Quintilianus, qui cap.4.lib.9. *vehementiorem* dicit *fluminum esse cursum prono alveo, ac nullas moras objiciente, quàm inter obstantia saxa fractis aquis atq; reluctantibus*, verò parum consentanea narrat; nisi hæc eo sensu dicta ab eo accipiantur, quomodo seipsum explicare videtur lib.12.cap.2. aiens, *Vis amnium major est altis ripis, multoq; gurgitis tractu fluentium, quàm tenuis aquæ, & objectu lapillorum resultantis:* quæ ipsa verba, licet superioribus multò circumspectiora, ne ipsa quidem exactissimæ sunt omni ex parte veritatis.

2. Sanè alii scriptores meliùs hanc rem perviderunt, marginum contractione, alio-ve objectu arctatis fluviis, multum acquiri rapiditatis; è quibus non nocuerit tres quatuor-ve audire. Theophrastus in tractatu de Vento: Σφοδρότερον γὰρ ἀεὶ [τὸ πνεῦμα] καὶ λαμπρότερον, τὸ διὰ τοῦ στενοῦ, καθάπερ ὕδατος ῥεῖθρον· ἐκβιάζεται γὰρ καὶ διωθεῖ μᾶλλον ἀθρόον· *vehementior enim semper ac validior spiritus, qui per angustum meat, itidem ac aquæ fluentum. confertius enim perrumpit ac sese impellit.* & Theophrasto clarius Seneca, *Quamdiu fluvio facilis & liber est alveus, primas quasq; aquas explicat. ubi saxa manu vel casu illata pressere venientem, tunc impetum morâ quærit, & quo plura opposita sunt, hoc plus invenit virium. omnis enim illa unda, quæ à tergo supervenit, & in se crescit, quum onus suum sustinere non potuit, viam ruinâ parat:* lib.6. quæst. nat. cap.17. Et adhuc clarius Senecâ Curtius, *Flumen quo latius fusum est, hoc placidius stagnat: quippe angustis ripis coercita, & in arctiorem alveum elisa, torrentes aquas invehunt: contra spatio alvei segnior cursus est:* lib.9. nec abludit illud Ovidii è 3°. Metam.

Sic ego torrentem, qua nil obstabat eunti,
Lenius & modico strepitu decurrere vidi.
At quacunq; trabes obstructaq; saxa jacebant,
Spumeus, & fervens, & ab obice sævior ibat.

Et istis addi potest Raschi ad Esa.38.12. כנחל המושך בין גדות נבוהין שאינו מתפשט ומתוך כך מימיו קלים לרוץ, *sicuti fluvius decurrens inter altas ripas, qui nequaquam diffunditur, unde fit ut fluentum ejus velociter feratur.*

3. Et rem ita se habere, planissimè attestatur oculorum fides, quâ constat amnes, quibus spaciosus ac liber cursus est, placidos ac sedatos incedere: contra, in arctum impulsos, violenter se præcipitare. & historici quoque ac cosmographi magno consensu id asseverant. Ita de Gange Plinius lib.6. cap.18. & Curtius lib.8. referunt, postquam mollius solum reperit, & per planities manat (ubi in tantum

stagnat,

stagnat, ut ubi minimum, octo millium; ubi modicum, centum stadiorum latitudinem habeat) eum valde lenem fluere. atque in universum de planis Indiæ eodem libro Curtius tradit, quòd inclytis amnibus placidum per campos iter præbeant. Similiter de Nilo memorat Plinius lib. 5. cap. 8. ubi insulis impingitur, ac per consequens coarctatur, velut totidem incitatum irritamentis, aut ubi montibus includitur, non alibi torrentiorem ferri. ast ubi eum accepit Ægyptus, lenem, & confractis aquis domitâ-que violentiâ se inferre; non quia spatio fessus eat (quæ faceta & poetica causa à Plinio ponitur) sed quia regio ea plana & aperta, liberum meanti spatium præbet. De Gange & Nilo eadem cum Plinio ac Curtio prodit Virgilius, Æneid. 9. aiens eos sedatos ac placidos fluere,

Ceu septem surgens sedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus.

Pasitigrin item Curtius scribit (lib. 5. cap. 3.) quamdiu sylvestribus ripis & saxis includitur, præcipitem devolvi: campis verò acceptum, clementiori alveo eos præterire, ac per mollius solum leni aquarum tractu labi. & in paneg. ad Constantinum dicitur Athesis, ubi saxis impeditur & arctatur alveus, asper ac vorticosus, impetuque ferox ire. Super omnia autem insignis est Pomponii Melæ lib. 3. de Araxe amne locus, qui quum hanc rem optimè ob oculos ponat, suisque coloribus velut ad vivum inprimis graphicè depingat, meretur hic ascribi, etiamsi paulò sit prolixior: *Araxes,* inquit, *Tauri latere demissus, quoad campos Armeniæ secat, labitur placidus & silens, neque in utram partem eat, quanquam intuearis, manifestum. quum in asperiora devenit, hinc atq; illinc rupibus pressus, & quanto angustior, tanto magis pernix, frangit se subinde ad opposita cautium, atq; ob id ingenti cum murmure sonansq; devolvitur:* & paucis interjectis, *Deinde ubi incurvus arcuatoq; amne descendit, fit tranquillus, iterumq; per campos tacitus, & vix fluens, in id littus elabitur.*

4. Contra, in spatiosis lateque fusis amnibus rapiditatem, ut rem planè extraordinariam, atque admiratione dignam, Scriptores proponunt. Curtius lib. 8. de Hydaspe, *Flumen quatuor in latitudinem stadia diffusum, profundo alveo, & nusquam vada aperiente, speciem vasti maris fecerat: nec pro spatio aquarum, latè stagnantium, impetum coercebat, sed quasi in arctum coëuntibus ripis, torrens & elisus ferebatur.* & sanè vix fieri potest, ut fluvius sit pariter latus & rapidus, nisi vel occulta saxa insint, (quod ibidem de Hydaspe scribit Curtius) vel per præcipitia & cataractas devolvatur, vel immensam aquæ copiam trahat: quæ

postrema causa obtinet in Pado ——*Quo non alius* (ut Virgilius de ipso canit) *per pinguia culta*

In mare purpureum violentior influit amnis.

quippe molli quidem ac campestri solo labitur; sed urgetur aquarum mole (sicuti ait Plinius) neque alius amnium tam brevi spatio majoris incrementi est: quandoquidem omni numero triginta flumina in mare defert, neque amnes tantùm navigabiles recipit, sed & lacus immensos in eum se exonerantes.

5. Ex hisce satis apparet, quid sibi velit hæc similitudo, qua *Dei nomen* dicitur *venturum instar fluminis angusti*; Græcosque & Hieron. licet verbum verbo non expresserint, accommodatissimè tamen ad Prophetæ mentem pro *flumine angusto* vertisse *flumen violentum.* Atque hinc clarum quoque fit, eos mentem Prophetæ parum assequi, qui hanc comparationem eò accipiunt, ac si de flumine exundante intelligenda foret; quod inter alios fecit Chaldæus, qui צר non pro *adjectivo* habens, nec pro fluminis *epitheto*, sed pro *substantivo*, ut ante diximus, verba illa יבוא כנהר sic circumloquitur, ייתון כשפע נהר פרת, *venient instar exundationis fluminis Euphratis.* Euphraten peculiariter nominat, quia isti amni, æquè ac Nilo, solenne est alveo exire, ac proximis utrinque campis latè superfundi, testibus Cicer. lib.2. de nat.deor. Curtio lib.5.cap.1.& Plin.lib.5.cap.26. ac lib.18. cap.18. quare etiam Esa. 66. 12. generale illud Prophetæ dictum כנחל hic Interpres eâdem istâ paraphrasi כשפע נהר פרת expressit. ut mirum sit, Herodotum planè contrarium affirmare, καὶ παραγίνεται ὁ σῖτος [ἐν Βαβυλωνίᾳ] οὐ κατάπερ ἐν Αἰγύπτῳ, αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ ἀναβαίνοντος εἰς τὰς ἀρούρας, ἀλλὰ χερσί τε καὶ κηλωνηΐοισι ἀρδόμενος, *Provenit in Babylonia frumentum, non quemadmodum in Ægypto, flumine sua sponte in arva ascendente, sed manibus atque canalibus irrigatum.* quanquam sanè fieri potest, ut utrique verum dixerint, Euphrate quidem exundante, sed nequaquam ita latè, ac Nilus facit, per totam regionem expatiante, neque tamdiu immorante.

Sed quanquam frequens est in Scripturis ista ab amnibus restagnantibus similitudo, ut Jerem.46.7,8. Esa.66.12. & inprimis Esa.8. ver.7.& 8. (ubi hanc allegoriam luculenter exequitur Propheta) huic tamen loco applicari non potest, utpote cum verbis ipsius pugnans, quoniam flumini ripas suas excedenti, ac vicinis latè se superfundenti, angusti appellatio nequaquam convenit: quum alioquin in isto quoque casu flumina summam rapiditatem, passim à Poetis decantatam, habere soleant, ob ingentem aquarum vim confertim in ea provolutam,

provolutam, ipsaque urgentem ac proruentem.

6. Præsentis igitur similitudinis fundamentum est (ut supra quoque diximus) tum incitatio atque pernicitas, tum vis atque violentia impellendi obstantia, ac secum rapiendi; quod adeo proprium hujusmodi fluminibus, ut inde rapidorum nomen iis indatur: multique sunt in eo adumbrando Poetæ. & Quintil. quoque, etsi paucis verbis, non ineleganter expressit, libri ultimi capite penultimo; ubi concitatum orationis modum rapido amni sic confert: *At ille qui saxa devolvat, & pontem indignetur, & ripas sibi faciat, multus & torrens, judicem vel nitentem contra feret, cogetq; ire quà rapit.* & similiter Curtius lib. quarto, de Tigri loquens: *Nec sanè alius ad Orientis plagam tam violentus invehitur, multorum torrentium non aquas modo, sed & saxa secum trahens.* Itaque hac similitudine non celeritas modò indicatur, quâ Evangelii prædicatio orbem terrarum pervasura esset, sed & adjuncta vis, omne impedimentum dis-jectura ac proturbatura.

Hoc pacto nobiscum hæc exponit etiam Forerius, qui cum posteriorem hujus loci partem longè à mente nostra, ac valde improbabiliter interpretetur, *spiritus Domini fugit cum ipso* (quod ita capit, ac si diceretur, ventum vehementem, flantem in eandem partem, quo flumen decurrit, impetum aquarum augere) genuinum tamen hujus loci sensum, quantum quidem ad priora verba (quæ vertit, *cum veniet quasi fluvius arctatus*) optimè assecutus est, eumque sic exhibet: *Adventum Domini rapidissimo flumini comparat, cujus impetus vento adjutus obvia quæq; prosternit, ut nihil sit, quod ejus impetum possit sustinere, aut cursum impedire. In omnibus itaq; locis Novi Testamenti, in quibus aut de vi & cursu Evangelii, aut de virtute Apostolorum, cui non erat qui resisteret, fit sermo, putato ad hunc Prophetæ locum fieri allusionem.*

CAPUT III.

1. *Quis sit sensus istius commatis,* רוח י׳ נססה בו, *si* נסס *sumatur pro* vexillum usurpare vel gestare, *nimirum, Messiam credentibus à Spiritu sancto prægestari instar vexilli. similis à vexillo metaphora etiam adhibita Exod.* 17.15. *Psal.* 20.5. *&* 60.6. 2. *Exod.* 17. 15. יהוה נסי *pravè redditum à Græco, Chald. Hieron. Pagn. aliisq;.* 3. נס *hic significare* signum *seu* vexillum, *major Interpretum pars rectè viderunt; qui tamen ipsi quoq; sensum loci haudquaquam sunt assecuti.* 4. *Nostra istius loci expositio.* 5. *Phrases Scripturæ, quibus planius id*

id exprimitur, quod hic figuratè dixit Moses, הביט אל *&* שעה אל. *quæ Græcorum phrases Hebraicis istis respondeant.* 6. *Phrases Latinis in eodem negotio usitatæ. vis hebraicæ phraseos* שעה אל *amplius explicatur.* 7. *Psal.*20.6. ובשם אלהינו נדגל *male versum à Græcis, Syr. Hieron. Lyrano. verbum* נדגל *satis bene intellexerunt Recentiores omnes.* 8. *Recentiorum duæ diversæ hujus loci expositiones.* 9. *Nostra ab utrisq; discrepans de loco isto sententia.* 10. *Expositio nostra confirmatur ex octavo ejusdem Psalmi versu,* ואנחנו בשם יהוה נזכיר, *cujus genuinus intellectus, à plerisque ignoratus, aperitur.* 11. *Verbum* הזכיר *de* invocatione *&* imploratione, *quomodo à nobis hic exponitur, usurpari etiam Esaiæ* 26.13. *&* 62.6. *quod tamen in istis quoq; locis perpauci animadverterint.*

QUamnam habeat mentem prius membum hemistichii illius ex Esaiæ 59. cujus veram interpretationem capite primo monstravimus, præcedenti capite explicatum est. Declarandum restat alterum רוח יהוה נוססה בו, quod duos diversos recipit sensus, prout verbum נסס accipimus vel pro *vexillum usurpare*, vel *gerere*, vel pro *vexillum tollere*. quum enim ipsum sit generale, ac propriè significet *vexillo uti* quovis modo, tam hoc quàm illo modo intelligi potest. Si prius eligimus, atque vel *vexillum gerere* interpretamur, vel generaliori vocabulo *vexillum usurpare*; sensus hujus *metaphoræ* erit, Fideles sive Credentes Christo Capiti suo (de quo hic agitur, & ad quem *affixum* in בו refertur) fideliter adhæsuros, ejusque vestigia atque ductum per omnia secuturos, sicuti milites, signum suum comitantes, pergunt quocunque ea ferri Ductor (cui hic assimilatur Spiritus sanctus) jusserit. Prætereaque quomodo vexillis tanquam certâ notâ distinguuntur militum globi, atque ab aliis dignoscuntur (unde quoque factum, ut *signorum* atque *insignium* nomen iis impositum fuerit) ipsique milites in ea intuentes, in quantovis tumultu à contubernalibus suis aberrare non possunt: ita Christum, sive Christi nomen, à Spiritu sancto instar vexilli prægestatum, atque præmonstratum (ministerio Apostolorum atque Evangelistarum, ab ipso afflatorum instinctorumque) suis fore signum ejusmodi, quo & apud alios insigniantur, atque notabiles reddantur (tum de nomine ipsius se appellando, tum præcipuè vitâ atque factis pro ipsius sectatoribus se approbando) & inter sese cognoscant, atque invicem uniantur, inque unum corpus veluti communi vinculo colligentur. Ne cui autem mirum videatur, quòd hic dicitur Messias (is enim per Deum seu Nomen

men Dei hic intelligitur) suis præbere vicem vexilli, iisque loco signi militaris prægestari; sciat duos trésve præterea in sancta Scriptura locos esse, ubi eadem metaphora atque loquendi forma usurpatur, puta Exod. 17. 15. Psal. 20. 5. & 60. 6. Sed quum omnes isti loci adhuc in tenebris cubent, & nonnulli quidem Interpretes in illis reddendis infelicissimè se gesserint; multi verò ad veritatem prope quidem accesserint, in genuinum tamen sensum non penetraverint: lucem, quam ab iis mutuari volumus ad hunc Esaiæ locum illustrandum, iis prius commodandam ducimus, ideoque sigillatim unumquemque ipsorum excutiemus.

2. Exodi 17. 15. narratur Moses, profligatis Amalecitis, ac partâ ex iis victoriâ, aram statuisse, eamque appellâsse יהוה נסי, ubi ante omnia observandum est, quanquam hoc cum Abenesra ita interpretari possumus, ac si subesset *ellipsis*, explenda hoc modo, *idque vocavit* [*Altare*] *Jehova nissi*, qualem *ellipsin* ipse statuit in omnibus consimilibus locis (qui complures sunt in Scriptura, præsertim in libro Geneseos) probabilius tamen videri, quod utrumque nomen, *Jehova*, & *nissi*, sit *nominativus*, subintelligendo in medio istorum *verbum substantivum*; quum nihil usitatius sit hebræis, quàm ut rebus personisque ejusmodi nomina imponant, ex integris profatis seu pronuntiatis conflata. Porro נסי Græci, quos sequitur Zuinglius, verterunt *καταφυγή μου*, *refugium meum*, tanquam si esset à נום, quod nequaquam fieri potest, non modò cum vocalibus illis, sed neque cum consonantibus: deberet enim & *vau* inseri inter *nun* & *samech*, & *mem* à fronte asciſci, ac pro נסי scribi מנוסי. Syrus verò, quum non satis assequeretur quid נסי sibi hic vellet, ipsam vocem hebraicam retinuit, נסי, quod & alibi fecit plus semel, ut vocabula minus sibi perspecta retineret ἀνερμήνευτα. Hieron. vertit *exaltatio mea*, similiterque Pagninus, *elevatio mea*: à qua interpretatione, etiam Cajetano approbata (quippe scribit ad hunc locum, *Cognominavit altare à Jehova exaltatore suo*) Steuchus quoque, Oleast. Ital. & Hisp. ac Valera non abhorrent: nititurque ea in recepta apud multos, etiam hebræos, opinione, quod huic *radici*, cum omnibus *derivatis*, non competat tantùm, sed & primariò insit *exaltandi* atque *extollendi* significatio: quod contra se habere, infra demonstrabimus. Nihilo autem melius Chaldæus נם hic pro *miraculo* accepit (namque verba illa, *Vocavit nomen ejus Jehova nissi*, paraphrasticè ita reddidit, ועבר עלוהי קדם י׳י דעביר ליה נסין, *& super eo coluit Jehovam, qui fecerat ipsi miracula*) idque sequuntur Raschi, Luth. Munst. Gallica: neque improbant

improbant Steph. Italus & Borrhaus. istam autem expositionem minimè admittendam esse, evincit ratio primo capite à nobis allata, quòd hic intellectus vocis נס sit merè Rabbinicus, atque ignotus in Scriptura, ubi פלא, ac interdum אות, מופת, & מורא, ad hunc usum adhibentur: quare etiam Calvinus, in comm. ad istum locum, jure hanc expositionem repudiat.

3. Ast Recentiorum longè maxima pars unanimiter statuunt, נס hic *signum* sive *vexillum* significare: iisque consentit etiam Arabs, vertens אלה עלאמי, nec non Baal turim, qui ad istum locum adnotat, נסי eandem hic habere significationem, ac Esa.49. vers.22. ואל־עמים ארים נסי (quum Masora utraque hic pravè tradat, diversas esse atque differentes istius vocis in duobus istis locis significationes) & Mosen vocare Deum נסי ודגלי *signum ac vexillum suum*. In tanto tamen illorum numero, qui rectè hanc vocem transtulerunt, vereor vix quenquam fuisse, qui veram hujus loci mentem assecutus sit; quum omnes, qui aliquam suæ translationi expositionem addiderunt, huc ferè inclinent, ut putent נס pro נסם sive נשא הנס hic positum esse. Hoc planè voluit Tremellius, ita locum hunc enarrans, *Qui per me populo suo in conflictu isto vexillum erexit, & perpetuo erigit*: quæ ipsa verba in scholia sua transcripsit Piscator. eodemque videtur spectare Borrhaus, *Alii vexillum vertunt: Dominum esse victoriæ vexillum, sub quo Israelitæ vincant hostes suos*; & Italus, *O, mia insegna, sotto laquale ho vinto Amalec.* apertissimè autem Osian. *Dominus fuit vexillifer noster in hac pugna: is signa feliciter intulit in hostes, & gloriosam victoriam reportavit.* neque multo obscurius Oleaster, *Si vertas vexillum, optime quadrat. nam sensus est, Dominus Dux meus in præliis, quemadmodum solet esse vexillifer iis qui eum sequuntur.*

4. Ego verò existimo longè aliter hæc accipienda, & Mosen istis verbis voluisse declarare ac profiteri, quomodo affectus esset erga Dominum, omnemque spem suam in eo repositam haberet; & ingruente quavis necessitate, in ipsum oculos conjiceret, ab eoque solo præsidium auxiliumque expectaret. quippe יהוה נסי *Dominus est vexillum meum* (i.e. *Dominus mihi est, quod militibus est vexillum*) hoc sibi vult: Dominum non aliter ob oculos habeo semper, quàm milites vexillum quod sequuntur: & sicuti militum catervis præferuntur vexilla, ita ipse in omnibus occasionibus atque actionibus, præsertimque malo aliquo premente, Dei nomen ac numen veluti præ me fero, easque solenni ipsius invocatione insignio. cujus rei quia luculentum ac præ cæteris notabile in hoc contra Amalecitas conflictu

specimen

specimen exhibuerat, ideo isti Altari nomen hoc imponere, inque eo perpetuum suæ illius in Deo fiduciæ monumentum erigere voluit.

5. Itaque יהוה נסי idem valet, ac si simplicius & planioribus verbis dictum esset, אל יהוה, *ad Dominum*, אראה, vel אביט, vel אשעה, quas omnes phrases in hoc negotio indifferenter hebræi usurpant : ut Psal. 34. 6. (ubi David omnes pios hoc semper factitâsse dicit, quod hic per יהוה נסי de se testatur Moses, addens etiam eximiam utilitatem quam inde perceperunt) הביטו אליו ונהרו ופניהם אל יחפרו : Esa. 22. 11. (ubi contra, popularibus suis objicit Propheta, quod ab illa virtute desciverint) ולא הבטתם אל־עשיה ויצרה מרחוק לא ראיתם & Esa. 31. 1. (ubi idem vitium Israelitis exprobratur) ולא שעו אל קדוש ישראל : itemque Esaiæ 17. 7. (ubi prædicitur Israelitas, à cladibus superstites, ita in hac parte, quomodo decet, animatos fore, neque patrum suorum, qui aliter fecerant, exemplum secuturos) ביום ההוא ישעה האדם אל־עשהו ועיניו אל־קדוש ישראל תראינה. Sept. Esa. 17. 7. & 31. 1. שעה אל verterunt πεποιθέναι ἐπὶ (quomodo etiam Hier. ipsos secutus, vertit Esa. 31. 1. *confidere super)* egregiè ad sensum, sed non exactè ad verbum ; quum Græci pro eo (uti & pro הביט אל & ראה אל, quæ omnia idem valent) dicant εἰς τινα, vel πρός τινα, βλέπειν vel ἀποβλέπειν (quo posteriore Aquila Psal. 34. 6. usus est) ut Soph. Antigona, Τί χρή με τὴν δύστηνον εἰς θεοὺς ἔτι βλέπειν; τίν᾽ αὐδᾶν ξυμμάχων; Eurip. Herc. Τίν᾽ ἐλπίδ᾽ ἐξιδμαείζῃ; πρὸς σὲ γὰρ βλέπω· ac ibidem, ἐς γὰρ σὰς χέρας βλέπει. Isocrates Panathenaico, Ἐν πολέμοις πολλοῖς γεγενημένοι, καὶ μεγάλαις συμφοραῖς ἐνίοτε περιπεσόντες, οὐδεπώποτε ἀπεβλέψαμεν πρὸς τὴν ἐκείνων φιλίαν καὶ συμμαχίαν. Lucian. περὶ ἐνυπν. ἂν δέ τι πράξῃς ἄξιον ᾖ, καὶ τοὺς φίλους ἢ καὶ τὴν πόλιν ὅλην καταλαμβάνῃ, εἰς σὲ πάντες ἀποβλέψον.). Xenophon 3°. Ἀναβ. οἱ στρατιῶται οὗτοι πάντες πρὸς ὑμᾶς ἀποβλέπουσι. & 4°. ἀπομνημ. ὁπόθεν δεῖ ἄρξασθαι ἐπισκοπεῖν ἑαυτὸν, τοῦτο πρὸς σὲ ἀποβλέπω, εἴ μοι ἐθελήσαις ἂν ἐξηγήσασθαι. & in oeconomico, ἐπειδὰν γὰρ ὁ μεταπωρινὸς χρόνος ἔλθῃ, πάντες που οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὸν θεὸν ἀποβλέπουσι, ὁπότε βρέξας τὴν γῆν, ἀφήσει αὐτοὺς σπείρειν. eodem sensu ἀφορᾶν εἰς dixit Pausanias in Arcad. Ἤδη τῶν ἀχαιῶν ἀφορώντων εἰς αὐτὸν, καὶ τὰ πάντα ἐκείνου ποιουμένων.

6. Latini, pro hebræis illis phrasibus, dicunt, *Oculos in aliquem conjicere* (quam phrasin Ciceroni sæpius, tum aliter, tum hoc quoque sensu, usurpatam, Maro sic extulit lib. 12.

Turne, in te suprema salus, miserere tuorum
——in te ora Latini, In te oculos referunt) & pressius, *intueri aliquem : In te unum, atque tuum nomen, se tota convertet civitas :*

te Senatus, te omnes boni, te socii, te Latini intuebuntur: tu eris unus in quo nitatur civitatis salus: Cic. somn. Scip. *spectare in aliquem*, ut Cic. 1. Offic. *Liberi totaq; domus, quæ spectat in nos solos, neque aliud ullum potest habere perfugium. Quotiescunq; tumultus aliquis exortus est, in me civium diriguntur oculi, meas spectant manus*, Seneca controv. 8. Hoc modo שעה אל vertit Castalio Esa. 22. *Neque in ejus autorem spectabitis.* alibi verò illam phrasin, uti & reliquas, vertit *intueri in*, quod interpretamentum etiam Tremellio & Piscatori aliquoties usurpatum, bonum est itidem, ac longè præferendum ei, quod & isti interdum, & reliqui passim adhibent in phrasibus illis transferendis, *aspicere ad*, & *respicere ad*: quæ minus exacta interpretatio, sensui tamen non multum obest; proindeque non obstitit Stephano, Esa. 31. 1. quo minus vim שעה אל optimè explanaret, *Respicere ad aliquem, pro, in eo spem nostram collocare. solemus enim oculos conjicere in eum, à quo auxilium speramus:* quomodo istam phrasin per בטח על explicat etiam Kimchius, cum in Diction. tum in comm. ad Esa. 17. & 31. similiterque Esraides Esa. 17. ישעה אל עשהו exponit, ירפה אדם עצמו על השם וזהו הבטחון, *applicabit se homo ad Deum, putâ fiduciâ* [*in ipsum.*] & Esa. 31. 1. לא שעו אל idem sic enarrat, לא הרפו עצמם לבטוח בשם, *non applicaverunt sese ad fidendum in Deo.*

7. Alter locus, ubi Deus vexillo comparatur, est Psalm. 20. ver. 6. in his verbis, ובשם אלהינו נרגל, ubi Græci, solenni sua hallucinatione, ac si non נרגל sed נגרל scriptum esset, verterunt *μεγαλυνθησόμεθα, magnificabimur*, eodemque ferè modo Syrus, נתתרים, *extollemur.* Sed & Hieronymum mirari licet, quid viderit, cur in sua translatione vocem נרגל verteret *choros ducemus*; quum nullius minus, quàm *chororum* significatio, comprehendatur in hoc verbo; (uti neque *exultandi*, quomodo Lyranus transtulit, aut *gratulandi*, quod alius quidam elegit) quod factum à nomine רגל *vexillum, tantundem valet*, inquit Calv. in comment. ad hunc locum, *ac vexillare, si apud Latinos receptum foret*; idque verbum ad ipsius interpretationem adhibuerunt Pagninus in Diction. Geneb. & Schindlerus. atque in hanc istius verbi vim consentiunt omnes Recentiores, de quibus Marin. Moll. Osian. Buxt. itemque Italus, Gall. Anglica utraque, Hisp. Valera, Luth. ac Belg. id verterunt *vexillum erigemus*: Musc. Jansen. Diod. *vexilla erigemus*, quomodo etiam Schind. interpretationem suam *vexillabimur* exponit: Pagninus (qui in Diction. *vexillabimur* declarat per *vexillum erigemus aut feremus*) *vexillum elevabimus*: Pisc. *vexilla attollemus*: Buc. *jactabimus signum*: Cast. *signa extollentes*: Trem. *vexil-*

lis

lis utamur : Genev. *marcherons à baniere desployee , incedemus expanso vexillo :* similiterque exponunt Rabbini, Esraides ירום דגלנו , *extolletur vexillum nostrum*, & Kimchius, נרים דגלנו ונסנו, *extollemus vexillum seu signum nostrum.*

8. Porro, per *vexilli erectionem seu elevationem* designari hic *triumphum*, plerique istorum putant. namque Jansenius *vexilla erigemus* exp. *triumphabimus* ; atque ita hebraicum נדגל interpretati sunt Munst. Muisius,& Genebr.(quorum illi נדגל ad verbum sonare aiunt *vexilla erigemus* ; alter verò, *vexillabimur*) & Buc. in paraphrastica translatione vertit, *Signa triumphantes extollemus*; similiterque Tigur. ac Steph. *Signa triumphantes erigemus.* neque aliter Tremell. *Vexillis utamur*, i. *ex conflictu & victoria ab hostibus triumphemus :* & Pisc. (qui rationem quoque istius expositionis adjungit) *vexilla attollemus vel erigemus* ; i.e. *triumphum agemus. nam victores erectis vexillis domum redibant.* atque Gallica , *Dresserons la baniere, c. en signe de victoire & triomphe :* itemque Ainsworthus, **We will set up the banner) or, display : which was for triumph and victory :** *Erigemus vexillum) aut, explicabimus : quod fiebat ob triumphum & victoriam.* istisque annumerari etiam debet Calv. qui נדגל reddidit *trophæum erigamus* (quum *triumphus* ac *trophæum* sint res cognatæ) necnon Cajetanus , qui aliquanto aliter quàm omnes prædicti quum transtulerit, *vexillo insigniemur*, eodem tamen cum istis pacto id exponit , *vexillum levabimus victoria :* Mollerus verò (qui illam de *triumpho* expositionem ipse quoque, ac priore loco, proponit, *Celebrabimus læti triumphum, ingrediemurque urbem erectis vexillis tanquam victores)* diversam affert explanationem, *Confidenter congrediemur cum hoste, certo sperantes victoriam :* eamque amplexi sunt populares mei , **Wy sullen de baendelen opsteken (ofte, laeten vliegen , voeren) tot een teecken van goeden moet , ende vertrouwen van victorie ende triumph** , *Vexilla erigemus (vel, expandemus, gestabimus) in signum fidentis animi, certæq; spei de victoria & triumpho.* eodemque spectat Osian. *hostibus fortiter nos opponemus.* & Steuchus quoque qui נדגל eodem ferè modo vertit ac Cajetanus, *Insignes, nobiles erimus*, id in hunc sensum trahit , *Signum in hostes explicabimus, vexillum proponemus.* etiam Jarchi videtur pertinere ad hanc classem , qui נדגל exponit נתאסף ונעשה חיל, *congregabimur ac strenuè nos geremus.*

9. Mihi neutra istarum expositionum placet, & tam hanc quàm illam puto plurimum abire à vera hujus loci mente ; quam ne assequerentur isti Interpretes , qui alioquin ipsius verbi דגל vim satis

perviderunt, fraudi ipsis fuit non animadversa peculiaris hoc loco constructio inter בשם & נדגל, quippe inter illa verba, *in nomine Dei nostri*, ac illa, *vexillis utemur*, vel *vexilla erigemus*, non majorem putant esse connexionem, quam Psal.44.6. *In nomine tuo calcabimus inimicos nostros*, aut Psal.89.17. *In nomine tuo exultabunt*, aliisve similibus in locis. quare hæc sic accipiunt, ac si dictum esset, *Vexilla illa nostra, quibus vulgo utimur in bello, gestabimus vel elevabimus in nomine Domini, id est, te nobis favente ac opitulante*; vel, *invocato nomine ejus*, ut Steuchus explicat: aut, ut Calv. & Moll. *agnoscentes gratiam Dei*: seu, *in honorem Dei*, ut Pisc. & Belgæ: vel, *in Deo confidentes, non in nostra potentia*, quomodo Osian. παρέργως. Ast ego pro certo habeo, בשם hic esse *accusativum*, atque à נדגל non aliter regi, quàm Esa.59.19. בו à נוססה regitur. ac proinde vera expositio est, *Et nomine Dei nostri utemur pro vexillo*: sive, *nomen Dei nostri pro vexillo* [seu, *instar vexilli*] *gestabimus* aut *præferemus*. quorum verborum sensus est, non tam quod Israelitæ dicant se vexillis suis sacrosanctum Dei nomen inscripturos (quanquam & istuc vero non absimile est, nisi si ridiculis Rabbinorum super arcano istius nominis usu somniis fidem adhibere est animus) quàm & interno cultu & externâ veneratione id celebraturos, atque ad omnia, quæ aggrederentur, favorem ipsius atque opem imploraturos: quo ipso non minus insignes futuri essent, quam militum globi vexillis, quæ sequuntur, insignes redduntur.

10. Hanc interpretationem nostram esse veram, & reliquis præferendam, quum ex eo colligi potest, quod haudquaquam verisimile est, verbum, quod simpliciter *vexillum usurpare, gestare*, vel *erigere* significat, sumi vel pro *pugnam inire atque hostes aggredi*, vel pro *victoriam reportare ac triumphare*: tum præterea non parum confirmatur verbis istis ex octavo hujus Psalmi versu, ואנחנו בשם יהוה אלהינו נזכיר, quæ sunt quasi repetitio quædam ejus hemistichii quod hic tractamus, verbo tantum נדגל mutato in נזכיר, quod & similem habet constructionem, atque *accusativum* regit interventu τοῦ *beth* (quomodo hoc ipsum verbum construitur quoque Jos.23.7. Esa.26.13. & 48.1. Amos 6.10.) & eodem ferè redit, si rectè accipiatur: quod tamen hic rursus non factum à plerisque Interpretibus, ambiguitate & πολυσημίᾳ ejus deceptis. quippe partim *recordari* vertunt, partim *memorare* & *commemorare*; alii, *in memoria habere*; nonnulli, *mentionem facere*; quum missis illis significationibus (quæ isti quidem verbo propriæ, sed huic loco haudquaquam idoneæ) potius vertere debuerint

buerint *celebrare* vel *invocare*. Namque הזכיר præter significationes illas, ab aliis Interpretibus hîc usurpatas, aliasque præterea complures (diversas quidem, sed inter sese tamen affines) dicitur etiam de *celebratione*, tum ea quæ fit *laudando* vel *gratias agendo* (ut 1 Paral. 16. 4. ubi cum הלל & הודות tanquam synonymis jungitur: Psal. 45. 18. & 71. 16. Esa. 63. 7. itemque Esa. 12. 4. הזכירו כי נשגב שמו, ubi manifesta trajectio, pro הזכירו שמו כי נשגב, à nemine animadversa est, nisi fortè à Cast. qui vertit, *Ejus tam sublime recolite nomen*) tum ea, quæ unicum auxiliatorem & servatorem agnoscendo, ac tanquam à tali opem præsidiumque exposcendo; quo sensu transferri potest *invocare*, quomodo hîc verterunt Græci, (ut quidem est in vulgatis Editionibus, ἐπικαλεσόμεθα, quod & vulgata latina tenuit, quum in Romana sit μεγαλυνθησόμεθα) itemque Stephanus & Muisius. Et hanc interpretationem altera aptiorem, ac sensui convenientiorem esse, etiam ex iis, qui secius hic interpretati sunt, nonnulli viderunt. namque Italus suum, *Haveremo in memoria il nome del Signore*, in scholiis marginalibus sic explicat, *Invocaremo il Signore, & in lui solo ci confidaremo*; similiterque Bucerus, Diodatus, & Jansenius: & Calvinus quoque in comm. habet quæ eodem spectent, sicuti & Kimchius נזכיר per נקרא exponit.

11. Eodem autem intellectu, quo nos hic sumimus verbum הזכיר, etiam alibi usurpatur, nimirum Esaiæ 26. 13. & 62. 6. quorum in priori loco, לבד בך נזכיר שמך verbum hoc *accusativum* (sicuti jam ante monuimus) itidem regit interventu *præpositionis beth*, ita tamen ut alterum quoque regat absque ea, nimirum שמך, quod positum est pro ושמך per *ellipsin* copulæ satis usitatam, hic tamen non animadversam nisi à Zuinglio, Luthero, Tigurinis, & Anglica Vetere; qui cum cæteris Interpretibus in eo lapsi, quod הזכיר hîc putaverunt denotare *Recordari, memorem esse*; in perspiciendo hoc defectu, & quòd *beth* in בך formet accusativum (quæ duo inter se connexa sunt, quibusque ignoratis haudquaquam est rectum hujus loci intellectum assequi) iis fuerunt oculatiores: **Wir gedencken doch allein dien und deines nahmens**: *duntaxat tamen tui nominisque tui recordemur*: **We will remember thee only and thy name.** Vera itaque istius loci interpretatio est, *Te tamen solum tuumque nomen implorabamus*. In altero loco, המזכירים את־יהוה rursus multi Interpretes vertunt *meminisse, memorem esse, reminisci, recordari*; alii verò *memorare, commemorare, reminisci facere, in memoriam revocare*; est & qui *annuntiare*, aliusque qui *admonere*. sed melius R. David הזכיר exponit per התפלל,

המפליל, quam expositionem etiam Diodatus in scholiis secundo loco exhibet *(che l' invocate con ardenti orationi)* nec non Mariana, *Custodes Deum semper reminisci & sollicitare precibus vult*, & Anglica Vetus, quæ interpretationem suam, **Ye that are mindfull of the Lord**, *Vos qui memores estis Domini*, explanat & corrigit hac marginali notâ, **He exhorteth the ministers never to cease to call upon God by prayer for the deliverance of his Church**, *Hortatur ministros ut nunquam cessent precibus Deum interpellare, quo Ecclesiæ suæ succurrat.* Jam si נזכיר Psal. 20. 8. ita sumatur, quomodo nos sumendum docuimus, & quomodo in istis quoque duobus Esaiæ locis sumitur; palam est eundem ferè sensum eo effici, ac in נדגל nos statuimus: propterea que nostram istius incisi ובשם אלהינו נדגל expositionem, hoc commate ואנחנו בשם יהוה אלהינו נזכיר non parum firmari: siquidem hujusmodi sententiarum repetitiones (modò in eodem aut proximo versu, modò in dis-junctiori) passim in Scriptura, præsertimque hoc Psalmorum libro, sunt creberrimæ ac valde familiares.

CAPUT IV.

Versus 6. Psalmi 60. malè redditus à Græc. Hier. Cast. ac קשט *veritas in* קשת arcum *pravè ab iis mutatum. refelluntur quæ à Genebrardo tuendæ illi mutationi dicuntur.* 2. *Alia istius interpretationis defensio, ab Agellio allata, refutatur.* 3. *Ejusdem Agellii altera istius translationis expositio, qua* signum *pro* miraculo *sumit, itidem coarguitur; & Num. 26. 11.* ויהיו לנס, *obiter exponitur.* 4. *Syri translatio hujus versus. Genebrardi invalida assertio, etsi* קשט, *non* קשת, *legatur, tamen de* arcu *debere intelligi.* 5. *Chaldaica istius versus interpretatio (minus bene intellecta à nostris) & ipsa neutiquam bona.* 6. *Recentiores quomodo* נס להתנוסס *interpretentur.* 7. *Multorum opinio,* victoriam & triumphum *istis verbis designari.* 8. *Alii adhuc sensus, istis verbis ab aliis attributi* 9. *Verba ista* מפני קשט *exponuntur, ac vera ipsorum mens ostenditur: & exemplis aliquot probatur, tum* ellipsis affixi secundæ personæ, *qualis hic in* קשט *statuitur, tum* מפני *interdum significare* propter. 10. *Nostra de verbo* התנוסס *sententia, ac quomodo id interpretandum putemus.* 11. *Genuinus sensus hujus commatis,* נתתה ליראיך נס להתנוסס *explicatur, ipsumque Deum Vexillo hic comparari docetur.* 12. *Cajetani*

tani interpretatio hujus versus, à nostra ac praecedentibus cunctis discrepans, examinatur.

DE tribus illis locis, in quibus Deum vexillo comparari dicebamus, duos explanavimus. restat tertius, qui est Psalmi 60. versus sextus, ita se habens, נתתה ליראיך נס להתנוסס מפני קשט ubi קשט *veritas* in קשת *arcum* imprudenter transformatum à Graecis, alios praeterea duos errores traxit, ut neque נס neque התנוסס rectè intelligerent. quippe hoc φυγεῖν, illud verò σημείωσιν reddiderunt, Ἔδωκας τοῖς φοβουμένοις σε σημείωσιν, τοῦ φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τόξου, *Dedisti metuentibus te significationem ut fugiant à facie arcus* eodemque modo vertit etiam Hieron. (duntaxat substituendo *signum* pro *significationem*) nec non Castalio, nisi quod *praeteritum* vice *imperativi* positum putavit: *Praesta tui metuentibus signum ad arcus effugiendos.* Ista autem interpretatio ex sensu ipso facilè refellitur. Nam quum Psalmus hic (qui εὐχαριστικὸς est & ἐπινίκιος, ob diversas victorias Israelitis, sub Davidis regno atque auspiciis, à Deo concessas) duabus praecipuè constet partibus, quarum posterior ipsas victorias, ob quas hic Psalmus compositus est, felicemque tunc temporis sub regno Davidico Reipublicae Israeliticae statum celebrat; altera verò & prior aerumnas & clades; quas extremis Sauli temporibus Israelitae perpessi fuerant, memorat (ut earum comparatione tanto illustrior reddatur beneficii divini magnitudo, in prosperitate atque hostium subjugatione ipsis tunc indultâ) hic versus, prout ab istis exponitur, ad neutram partem commodè referri potest. Non ad posteriorem; quia ut Deus populo suo salvam fugam praestiterit (id quod illa expositio efficit) sicuti haudquaquam magnificum est, quippe quod cladem habeat conjunctam; ita ab illius partis scopo planè est alienum. siquidem ibi David Dei beneficentiam depraedicat in eo, quod se suosque è variis praeliis atque bellis domum reduxerit victores; non quod fugae praesidio è strage ereptos, ab internecione liberaverit. Eademque ratio satis refellit Genebrardum, qui preces ac votum Davidis his verbis contineri putans, ait, *Quod Deum ab antiquis factis conciliet, & ad idem gerendum excitet*, q.d. *Qui dedisti olim signum cultoribus tuis, ut se servarent à malis imminentibus, qui monuisti olim velut signo & vexillo erecto, ut metuentes te arcus effugerent, sibique fuga consulerent, nunc idem mihi praesta.* Rex enim suos in bellum mittens, aut ipse ducens, non iis salvam fugam potissimum optaret, aut à Deo precaretur, sed gloriosam magis victoriam; & Deo potius in mentem revocaret.

quomodo

quomodo populum ſuum olim de hoſtibus victorem ſæpiſſime reddidiſſet, quam quomodo eum aliquando fugâ excidio ſubtraxiſſet.

2. Sed & ſi ad priorem hujus Pſalmi partem referamus hunc verſum, dicamuſque cum Agellio, *eum mala potius, quibus populus urgebatur, quàm bona narrare,* ne ſic quidem res ſuccedet cum iſta expoſitione. Quanquam enim contra eam non objiciemus, quòd illorum temporum miſeria, acceptarumque tunc cladium magnitudo, potius requireret ut diceret David, Iſraelitas arcui atque telis hoſtilibus objectos, iiſque obrutos atque confectos fuiſſe, quàm iis in fugam actos (quam objectionem omitto ideo, quia ſcio hujuſmodi μειώσεις quemadmodum aliis Scriptoribus, ita Sacris quoque haudquaquam inſuetas eſſe; adeoque eam ipſam cladem, ad quam in priore iſtius Pſalmi parte præcipuè reſpexit David, à fuga potiſſimum deſcribi, 1 Sam. 31. ver. 1. & 7.) ſatis tamen eam coarguit illa abſurditas; quod hinc ſequatur, Deum Iſraelitas velut ſigno dato de fuga capeſſenda monuiſſe. *Si ſignum pro vexillo accipiamus,* inquit Agellius, *hunc ſenſum in his verbis ineſſe putandum eſt: Dediſti metuentibus te ſignum, & levâſti vexillum, non quo ipſos hoſtes aggrederentur, & fortiter invaderent, ſed re in contrarium verſa atque inclinata fugerent potius à facie arcus ac ſagittariorum irruentium.* hoc autem abſurdum eſſe, idcirco pronuntio; quia in omni memoria inauditum eſt, ut milites ſigno dato in fugam ſe proripere jubeantur: & locus ille Jeremiæ, cap. 4. verſ. 6. *Levate ſignum in Sion, confortamini* [*fugite*] *nolite ſtare,* &c. quem fulciendæ iſti expoſitioni allegat Agellius, nihil ipſum juvat. etiamſi enim verum eſt, quod de eo ſcribit, *Non in id levari ſignum hortatur, ut occurratur hoſti venienti, ſed ut fugiant, & in tuta loca ſe recipiant:* longè tamen alia res eſt. Jeremias enim loquitur de ruris incolis, qui adventante hoſte monentur certo ſigno ex agris in urbes arceſque munitas ſe ſuaque conferre; cujus ſigni & admonitionis plurima ubique mentio, ac plurimus omni ævo atque apud omnes populos uſus. Pſalmus verò hic agit de copiis militaribus, deque exercitibus in expeditionem atque aciem eductis, צבאות, quos ſigno dato ad fugam cohortari, nulla uſpiam gens aut ætas uſurpavit. Atque hoc argumentum contra eos etiam facit, qui in bonum hæc accipientes, præcedenti paragrapho à nobis refutati fuerunt.

3. Nihilo autem magis ſtare poteſt alter ſenſus, quem his verbis aſſignat idem Agellius, *ſignum* ſive נס non pro *vexillo*, ſed pro *miraculo* accipiens, atque ita hæc παραφράζων, *Tanta fuit ſagittariorum vis, à quibus Saul & filii ejus obruti ſunt, ut ſigni atque miraculi loco numerandum*

dum

dum sit, quòd populus tuus & tui cultores evaserint : addensque, huic loco similem esse illum Num.26.9. *Factum est grande miraculum, ut Core pereunte, filii ejus non perirent.* sed locus iste è Numeris nullatenus similis est præsenti, prout habetur in Hebraico; siquidem verba illa, ויהיו לנס, quæ Hieronymus reddidit, *factum est grande miraculum,* non ad sequentia, quibus malè ea Hieron. copulavit, neque ad Coræ filios paternæ cladi superstites pertinent, sed ad ipsum Core reliquosque factiosos, inusitato pœnæ genere divinitus absumptos, quæ pœna eos fecit divinæ vindictæ in omne deinceps ævum insigne *specimen* ac *documentum,* sive *exemplum*; id quod נס hic, & non *miraculum,* significat; qua de tota re ampliter disseruit Sixt. Amama, Antibarb. lib.2. & in Censura Pentateuchi Vulgatæ Editionis, ut & alii nonnulli authores, ibi ab ipso nominati, præcipueque Cajetanus. Verùm etiamsi ista cohærerent quemadmodum Hieron. putavit, ac נס ibi *miraculum* significaret, nihil tamen iste locus faceret ad firmandam expositionem, hic ab Agellio allatam. namque, *& fuerunt in miraculum, & filii Coræ non sunt mortui,* pro, *factum est miraculo, ut filii Coræ non sint mortui,* quanquam valde durum, posset tamen quodammodo admitti, statuendo hic ejusmodi trajectionem, qualem interdum Hebræi usurpant. ast ut, *miraculum dedisti eis ut fugerent ab arcu,* dictum sit pro, *tam acriter eis institerunt sagittarii, ut miraculi loco sit, quòd eos potuerint effugere,* nemo, re bene perpensâ, sibi persuaderi patiatur; quum tam horrida sit atque distorta ista loquendi forma, ut omni probabilitate atque exemplo careat.

4. Syrus ut incommoda, hactenus memorata, istam versionem (qua קשט in קשת mutato, התנוסס pro *fugere* accipitur) sequentia, vitaret, *conjunctionem negativam* de suo addidit יהבת לדחליך אתא דלא נערקון מן קדם קשתא, *Dedisti timentibus te signum, ut non fugerent ab arcu :* quam lectionem esse veram, neque à librariorum incuria profectam, apparet è Gregorio, qui & ipse similiter legit, proindeque אתא exponit, *signum auxiliare*; ac præterea adnotat, negativam, quam Syriaca Editio legit, à Græca abesse, יו לא אמר דלא נערקון אלא דנערקון, *Græca non habet, ut non fugerent, sed, ut fugerent.* Laudandus sanè hactenus ille Interpres, quod majorem quàm Græcus, & qui Græcum secuti sunt, sensus rationem habuit; quum hæc versio ad prosperum tempus referri possit (accipiendo *non fugere,* usitatâ μειώσει, pro *resistere & superare*) Græca verò ad neutrum, sicuti ostendimus. Attamen & ipsa admitti nullo modo potest, quum constans Hebræorum codicum lectio ipsi refragetur : quod solum etiam

etiam contra omnes istos, qui קשט in קשת mutant, sufficere debet; sicui ea, quæ hactenus contra eos dicta sunt, non faciunt satis. Quod verò ad Genebrardum attinet, qui veram lectionem קשט retinens, nihilominus de *arcu* exponendum putat, *per antithesin sive permutationem literarum ejusdem potestatis & instrumenti*; debuerat considerare, ejusmodi antitheses non ita facilè admittendas, neque temerè ad eas confugiendum esse, ubi ipsæ per se non sunt admodum manifestæ. nam quod addit, non modò Veteres (quorum in hoc casu autoritas quanti facienda sit, nôrunt omnes eruditi) sed nec sententiam pati, ut pro *veritate* sumatur; in eo fallitur. ut enim frigidum sit, *fugere à facie veritatis, vel propter veritatem* (id quod libenter ipsi concedimus; imò frigidissimum esse, ultro fatemur) non tamen frigidum æquè est alterum quod apponit, *erigi propter veritatem*, sed sensus admodum bonus inde elici potest: & tamen aliam adhuc ac meliorem ista interpretandi viam habent, qui קשט de *veritate*, ut debent, intelligunt: sicuti infra planum faciemus.

5. Chaldæus hunc versum ita reddidit, יהבת לדחליך נסא לאתנסאה בה מן בגלל קושטיה דאברהם, quæ verba in Bibliis Regiis latinè transferunt, *Dedisti metuentibus te vexillum, ut exaltentur in illo, propter veritatem Abraham*: alii verò לאתנהאם vertunt *ad vexillandum*: quæ interpretationes mihi non probantur neque in נסא, neque in אתנסאה. Namque illud verbum neque ullo modo derivari potest à ניסא (quippe à quo אתנסםא, dicendum esset) neque probabile est, positum esse pro אתנשאה, quum nusquam alibi in Targum hujus permutationis, qua נסא pro נשא ponatur, exempla extent. namque Esa. 52.13. ubi pro Hebræo נשא nonnulli codices habent ינסי (unde etiam Munst. citat נסי *elevare*) aliæ editiones יסני melius legunt. נסא autem usurpatur quidem & alibi semel iterumque pro Hebræo נס, *vexillum* significante, putà Esa.49. 21.& 31.9. (ubi tamen fortasse sumendum potius pro *miraculo*, quum Hebræum נס illic exponat Raschi, וחתו מנסו מפני הניסין שיראו שהקב"ה עושה לישראל, *ob miracula, quæ videbunt Deum facere pro Israele*, qua explicatione haud dubiè ad Targum respexit, idque imitatus est, ut passim facere solet) plerumque tamen Chaldæo Interpreti significat *miraculum* vel *ostentum*; atque ita hic potius interpretandum duco ob verbum אתנסאה, cum quo hæc significatio optimè quadrat, illa verò *vexilli* nequaquam, si id habeamus pro passivo verbi נסי *tento*, pro quo omnino habendum id arbitror, astipulante etiam R.Solomone; qui hic quoque, ut alibi millies, solennem sibi morem

morem servans, Hebraica enarrandi ex Chaldaica Paraphrasi, להתנוסס sic enarrat, להיות מנוסים בהם אם יעמדו ביראתך, *ut tentarentur iis, num persistituri essent in timore tuo.* נס autem idem Rabbinus exponit נסיונות *tentationes*, in quo ipso non multum à Chaldæo abit; quum tentationes, quibus Israelitas olim solebat tentare Deus, ferè in miracula desinerent: quare etiam Exodi 15.25. & exploratio Israelitarum per sitim, & miraculum ad eam levandam aquasque edulcandas factum, utrumque verbo נסה, ושם נסהו comprehenditur. Hæc autem Chaldæi ac Raschii interpretatio stare nullo pacto potest, quum & נס *miraculum* Hebræis nunquam significet (sicuti jam antea plus semel monuimus) multoque minus *tentationem*; & התנוסס haudquaquam à verbo נסה queat deduci, (non magis quàm אתנסאה à נסס) à quo non aliud *hithpael* quàm התנסות formaveris.

6. Recentiores ferè omnes, sicuti נס pro *signo militari* seu *vexillo* accipiunt, ita התנוסס ab eo, non à נס sive נוס (ut Græci aliique) derivant. & nonnulli quidem per *vexillare* seu *vexillari*; Calv. Moller. Tremellius in margine, Buxt. in Dictionario, Buc. in comment. plerique verò *extollere, exaltare, elevare*, aut *erigere* vertunt. Rursus verò quidam habent pro *activo*, Osian. *ad elevandum*, i. *quod erigerent:* Pisc. *quod extollerent*; & sic major pars Vernaculorum, Luth. **Welches sie auffwurffen:** Amama & Belg. **om die op te werpen:** Gall. utraque, *à fin de l' eslever en haut:* Ital. *per alzarlo in alto:* Diod. *per ispiegarla in alto:* Hisp. utraque, *que alçen:* alii *reciprocum* putant: Lyran. & Pagninus *ut elevent se:* Zuinglius, *ut sese erigant:* Marin. & Arias, *ad elevandum se:* Tigurini in margine, & Steph. *ut sese rursus erigerent:* atque ita capio Kimchium, qui in Diction. hanc vocem exponit להתרומם ולהתעלות, *ut sese efferant atque extollant*; in comment. verò. ——להתגדל על אויבינו להרים ניסנו עליהם, *ut nosmet evehamus super hostes nostros, ac signum nostrum contra illos elevemus.* Sunt etiam quibus placet התנוסס hic esse *passivum*; quorum pars id referunt ad ipsum *vexillum*, Merc. in Diction. Pagnini *ut extollatur & agitetur:* Schind. *ad exaltandum*, i. *ut exaltetur & agitetur contra hostes nostros:* Angl. utraque & Ainsw. **that it may be displayed**; & horum interpretatio in idem recidit cum iis, quos modò dicebamus habere התנוסס pro *activo.* alii verò id referunt ad homines ipsos, qui hic per יראיך designantur: Pagninus in Diction. *ut exaltentur:* Mariana, *ut eleventur seu triumphent:* Jans. *ut triumphent & exaltentur.*

7. Porro Munst. ac Bucerus putant his verbis (quæ ipsi non ad

Davidis regnum, sed ad vetusta ante ipsum tempora referunt; quod & Genebrardum facere, supra § 1. apparuit) victoriam & triumphum designari. Munst.enim & vertit להתנוסס *ut triumpharent* (quomodo verterunt etiam Tigur.) & in notis ita scribit: *Sicut olim tuis clementer affuisti, victoriamq; contra hostes dedisti, ut jam insultarint hosti atq; triumpharint & vexillum in altum sustulerint.* Bucer.verò, qui paraphrasticè transtulit, *Sustulisti timentibus te signum, sub quo feliciter vincerent,* in comment. hæc habet, *Canit ut olim Deus populo, postquam pœnas scelerum dedisset, victoriam de hostibus donaverit. nam per datum signum, quod (ita ut solent victores) in altum sustollerent, & jactarent, amplam victoriam, à qua populus exultarit & triumpharit, significare voluit. nam victi signa sua aut demittunt, aut abjiciunt. proinde quum fortuna exercitus à signi conditione cognoscatur, & res salvæ sint dum illud in sublimi conspicitur; mutuatus hinc translationem, cecinit, Deum suis signum dedisse, & illud* להתנוסס *ad vexillandum, ad extollendum more victorum.* Ita hæc acceperunt etiam Maria. Jans. & Kimchius (uti ex ipsorum verbis paulo ante positis apparet) nec non Diodatus, qui interpretationi suæ, *per ispiegarla in alto,* hoc scholion apponit, *che era signo di vittoria è di triomfo.* atque huc tendunt etiam illa Musculi, *Id est, tu mihi hunc animum inspirâsti, ut ausus sim erecto adversus hostes nostros vexillo populum tuum liberare.*

8. Alii verò hæc de victoria ipsi quoque accipientes, latius tamen ea extendunt, atque amplius quid iis designari existimant; ita tamen ut nonnulla sit inter ipsos dissensio. Siquidem Osiander putat hæc verba, præter victoriam, denotare etiam dispersæ Reip. instaurationem & collectionem, *Dum rursus victorias nobis largiris, quasi vexillum erexisti, ad quod dispersus tuus populus confluat, fiatq; dissipata Resp. iterum unum quoddam & firmum corpus.* similiterque ferè ante Osiandrum Mollerus, *Nunc verò, inquit, factâ mutatione, & concessis crebris victoriis, erexisti vexillum, ad quod populus tuus, antea dispersus & disjectus || rursus se colligat || illud enim vexillum, quoties agitatur, signum est favoris & præsentiæ tuæ, in quod intuentes, in novam spem recuperandi regni eriguntur. quoties igitur educitur exercitus, toties res bene & feliciter geritur: non redeunt Duces amissis vexillis || sed vexillum, quod tu dedisti, semper agitatur, & militum animos accendit, ut alacriores pugnam ingrediantur, & victoriam reportent.* Piscator autem etiamsi victoriam non excludit, præcipuè tamen hæc intelligenda putat de ipso Rege Davide, cujus ductu & auspiciis Israelitæ victoriam consequantur: *Dedisti me populo tuo Regem, ad quem pii velut ad vexillum erectum*

ctum respiciunt, ejusque ductum sequuntur, & contra hostes animose expeditiones suscipiunt, & feliciter pugnant, sicuti testatur recens victoria de Syris. & ad eundem ferè modum Belgæ, **Gy hebt || oen baniere gegeven, om die op te werpen: makende my, tot der vromen troost, ten conink ende ons verleenende desen triumph van victorie,** *Dedisti || vexillum ad elevandum; faciendo me Regem, in bonorum solatium, ac nobis concedendo hujus victoriæ triumphum.* Ast Amama tantùm de Davide, Israelitis Rege imposito, hæc verba accipit: **Hy verstaet door de banier sich selven, den welken Godt ten Coninck gesalft hadde,** *Per vexillum intelligit seipsum, quem Deus in Regem unxerat.* Calvinus verò dispersorum collectionem, quam cum Victoria conjungunt Osian. & Moller. solam in his verbis intelligit, *Ait Deum erexisse vexillum ad recreandos animos, & colligendam dispersionem.* Ast Jans. utrumque hoc conjungit, atque ad pravam Græcorum interpretationem accommodare nititur, *Me in Regem super populum tuum unxisti, & quasi signum aliquod erexisti, ut hoc signo admoniti, fugiant arcum || & ad istud signum à te erectum fugitivi congregentur.* Italus autem *vexillum* exponit, *materia & occasione di sperare per l' auvenire, che tutte le cose saran mise in buon ordine, Materiam & occasionem sperandi in futurum, quod omnia ritè componentur:* idemque videtur sensisse Lyranus, qui *signum* exponit *verbum promissionis.*

9. Nomen קשט, quod *Veritatem* significat Syris (è quorum dialecto permulta passim in Psalmis vocabula usurpantur) Chaldæus ad Abrahamum retulit, בגלל קושטיה דאברהם, Esraides autem ad Israelitas, בעביר אמונתינו, *propter fidelitatem nostram.* Melius ad Deum refert Jarchi, לקשט מדותיך בעולם, *ob veritatem conditionum tuarum in mundo* [*gubernando*] & Kimchi, מפני אמתך: atque istos Novitii Interpretes unanimiter sequuntur, quorum non pauci pronomen *tuam* ad majorem perspicuitatem apposuerunt, Itala utraque, Gallica utraque, & Anglicæ ambæ. Convenit etiam istis cum Chaldæo & Esraide, מפני hic significare *propter*, quomodo & alibi sæpius hæc particula sumitur, ut Exod. 9.11. מפני השחין. Deut. 28.20. מפני רע. Jerem. 7.12. מפני רעת עמי. Jerem. 44.3. מפני רעתכם: quibus omnibus locis מפני à Syro redditur מטל, ab Hieronymo autem *propter.* & sic Hieron. id quoque interpretatur, 1 Reg. 5.3. & 8.11. itemque Ezech. 14.15. Talis autem *affixi ellipsis*, qualis hic statuitur, satis etiam est frequens, non modo in *prima* & *tertia persona* (quarum plurima exempla adduci possent) sed & in *secunda*, ut Psalm. 91.4. צנה וסחרה אמתו, *veritas ejus erit clypeus* [*tuus*] *ac parma:* Kimchi,

אמתו

ומחרה כצנה לך תהיה אמתו, *veritas ejus erit tibi tanquam clypeus & parma*. Græci malè סחרה habuerunt pro *participio*: hic tamen *affixi* defectus ipsos non fugit, ὅπλῳ κυκλώσει σε ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ. Esa. 1.15. איננו שמע. Græc. οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. Chald. לא רעוא קדמי לקבל צלותכון, *non placet mihi admittere preces vestras*. Kimchi, לא אקבל תפלתכם, *non admittam preces vestras*. Ezech. 7.9. וידעתם כי אני יהוה מכה. Syrus, דמחכי, *qui percussit te*: Targ: איתיתי עליכון מחא, *adduxi super vos plagam*. Notandum porro est, מפני קשט non cohærere cum להתנוסס, quod multi Interpretes putaverunt, sed cum נתתה, *vexillum* || *dedisti propter veritatem tuam*. veritas autem intelligitur divinarum promissionum, ad quas implendas Deus dicitur dedisse vexillum || *Propter veritatem*, i. *ut promissionibus tuis satisfaceres*, inquit Munsterus: similiterque Stephanus, *Ut ostenderes te veracem in promissionibus*: atque ita etiam à Kimchio, Lyr. Buc. Calv. Musc. Moll. Osian. Marian. Hisp. Diod. Am. Belg. hoc explicatur.

10. Quantum ad נס להתנוסס, nequaquam eos probare possum, qui verbo התנוסס attribuentes *extollendi, elevandi*, *erigendi* significationem, id ad ipsos homines referunt; quando quidem illum hujus *radicis* intellectum spurium, atque ab ea alienum puto, id quod infra alicubi fusius demonstrabitur. Qui verò eodem modo verbum hoc transferentes, ad signum seu vexillum referunt, satis bene transtulisse censendi sunt, dummodo rectè intelligantur. Etsi enim התנוסס non simpliciter *tollere* seu *elevare*, vel *elevari, tolli*-ve significat, sed *vexillum tollere tolli*-ve, sana tamen interpretandi ratio non patitur, ut *vexillum* hic cum verbo exprimatur, quia *Dedisti vexillum ad tollendum vexillum*, nimis absona esset interpretatio, ac κακοζηλίας nimium ineptæ. Itaque rectè fecit etiam Tremell. qui התנוסס aliquanto latius, atque in generaliori significatu (sub quo alter ille, *tollendi* seu *elevandi* etiam comprehenditur) accipiens, pro *vexillo uti*, quomodo & nos hic potius accipiendum ducimus, nihil tamen quàm *uti* dixit, *Dedisti timentibus te vexillum quo utantur*. quod si latina lingua unico verbo exprimere id totum posset, quod verbo התנוסס significatur, id commodè adhiberi posset eâdem ratione, quâ *servire servitutem, somniare somnium, pugnam pugnare*, ac similia, dicuntur. sed cum *vexillare*, seu *vexillari*, quod verbum nonnulli, ut supra diximus, hic adhibuerunt, non sit latinum, præstat ita, ac Tremell. fecit, interpretari.

11. Porro sensum horum verborum, quibus Deus metuentibus se dicitur dedisse vexillum quo uterentur, neque eum esse puto, quòd aut

aut victoria aut triumphus iis significetur (ob rationem initio paragraphi decimi præcedentis capitis indicatam) aut dispersorum congregationem (quia *gestare* vel *usurpare vexillum* aliud est quàm *ad vexillum congregari*) sed neque de Davide ea capio (quam tamen expositionem cæteris probabiliorem existimo) sed in eam partem hæc intelligo, quòd Deus ipse suis ad bellum proficiscentibus instar vexilli præiverit, numenque suum ac præsentiam ipsis exhibuerit; quum antea contrarium fecisset, exercitusque eorum atque expeditiones aversatus, iis se subtraxisset, prout vers.12. dicitur, הלא אתה אלהים זנחתנו ולא תצא אלהים בצבאתינו, *Nonne tu Deus, qui nos repuleras, neq; proficiscebaris cum copiis nostris?* Itaque *Timentibus te dedisti* [*temetipsum*] *pro vexillo quo uterentur*, puto ferè idem valere, ac si dixisset, Timentes te, dum in hostes vaderent, comitatus es, iisque præivisti, haud secus quam militibus vexillum solet præire. & quemadmodum milites, quamdiu vexillum suum vident, bono animo esse, idque impavidi atque alacres sequi consueverunt; sicuti contra, eo ex oculis ablato, trepidant, ac fugam potius quàm pugnam spectant: ita tu Deus Israelitas, manifesta illis favorabilis tuæ præsentiæ indicia præbens, ac temet iis vexilli instar ob oculos mentemque ponens, spe bonâ implevisti; hilaresque atque intrepidos, & ingentium animorum plenos, in hostem duxisti, unoquoque apud se dicente, ut est versu 14. באלהים נעשה חיל והוא יבוס צרינו, *cum Deo faciemus strenuè, ipseq; proculcabit hostes nostros.* Utramque hanc nostræ expositionis partem attigit etiam Mollerus, uti ex verbis ejus supra allegatis apparet. priorem verò, quæ & principalis est, sic satis assecutus videtur Tremellius, in eo tamen peccans, quod ad tempora victoriam insecuta refert hunc versum, quum ad præcedentia atque ad ipsam expeditionem potius pertineat. scholion ipsius ita habet, *Populum tuum, quem ante affixeras; tum luce promissionum tuarum, tum etiam opere, victoria hac recente contra Syros edita, ducendum recepisti, quasi præeunte vexillo tuo*: quæ explicatio melior esset, tribus mediis commatis ex ea sublatis.

12. Cajetanus hunc versum aliter, quàm vel nos, vel quisquam aliorum Interpretum, transferens, *Dedisti metuentibus te signum, ad insignitos esse à faciebus veritatis*, exponit: *Intellexit David, displicuisse Deo, quod ipse insignisset se facie vanitatis, faciendo sibi nomen subactâ Syriâ —— & propterea instructus à Deo, declarat divinam hanc instructionem datam esse —— metuentibus Deum, qui debent insignire se non facie, apparentiâ, vanitatis, sed veritatis, secundum quam debebatur memoria victoria*

ctoriæ Deo, non Davidi: quæ expositio admodum sanè mirifica est. quippe ut מפני præbeat vicem *beth instrumenti* (quod in ea supponitur) omni caret exemplo. & quanquam hoc non obstaret, durissimum tamen videtur, ut *insignire se facie veritatis* vel *veritate*, positum sit pro *Deo honorem debitum atq; victoriam ascribere.* Seposito autem isto errore, מפני קשט conjungendi cum התנסס (qui Cajetano cum aliis multis, uti supra ostensum est, communis, ipsum ad absonam istam expositionem adegit) non adeo aspernabilem esse hanc interpretationem, qua נס pro *insigni* seu *nota*, & התנסס pro *insigniri* accipitur; ex iis colligi potest, quæ supra capitis tertii paragrapho quarto, & fine paragraphi noni diximus. Sed quum non satis constet, an נס id *signi* genus, quod alias *insigne* vel *notam* Latini dicunt, atque an נסס vel התנסס *insignire* unquam significent; melius puto, ut interpretationi illi, quam nos attulimus, acquiescatur: quum & sensus plenior etiam atque aptior sub ea contineatur, & non modo נס, sed & התנסס alibi quoque ejusmodi significatum obtineant, qualis ipsis à nobis hic attribuitur.

CAPUT V.

Verbum נסס *Esa.*59.11. *idem valere.cum* נשא נס, signum tollere; *& κατ' ἀκολούθησιν positum esse pro* Cœtus congregare, *quia* vexilli erectio *ad cœtus contrahendos solebat adhiberi.* 2. *Esa.*62.10. Tollite populis vexillum, *positum pro,* vexillo sublato populos convocate. 3. *Christus in isto Esaiæ loco, & in aliis præterea, æque ac in* רוח יהוה נססה בו, vexillo erecto *comparatur.* 4. *Idem etiamnum clarius fieri in isto loco Esa.*11.10. שרש ישי אשה עמד לנס עמים אליו גוי' ידרשו, *in quo vertendo varii errores commissi à Græcis.* שרש *hic positum non pro* radice, *sed pro* surculo. 5. *Nomen* שרש *eodem modo sumi Esa.* 53.2. *etiam Esa.* 14.30. *ex nonnullorum sententia, sed quæ nobis non probetur.* 6. אליו ידרשו *pravè versum ab omnibus ferè Interpretibus. ista phrasis sign.* se conferre ad, *non hic tantum, sed & Deut.*12.5. 7. *Vis istius phraseos* דרש אל *à nonnullis, qui alioqui minus bene eam transtulerunt, sic satis intellecta & declarata.* 8. *à Kimchio & Jarchio malè exposita verba ista,* אשר עמד לנס עמים *quæ Steph. Osian. Pisc. Marian probè explicant.* 9. *Quidam illa ad Principatum Messiæ, & Credentium liberationem atque obedientiam extendunt, præter ipsius textus mentem.* 10. *Nostram istius*

commatis

commatis רוח יהוה נוססה בו *expositionem, collatione istius loci,* אשר עמד לנס עמים, *multum juvari & confirmari.*

DIximus quis istius commatis, רוח יהוה נוססה בו sensus sit, si verbum נסס accipiatur in generaliori significatu *vexillum usurpandi* vel *gestandi*, atque aliquot locos adduximus, in quibus ad eundem ferè modum Deus, ac ibi Messias, vexillo comparatur. Quanquam autem sensus, ex illa explicatione exsurgens, atque istorum locorum collatione illustratus, omnino bonus est, atque Prophetæ in ista periocha scopo satis congruit; ego tamen aliter illa exponenda esse existimo: putoque Prophetam, in usurpatione verbi נסס, præcipuè in animo habuisse peculiarem illum vexilli usum, qui phrasibus נשא נס & הרים נס exprimi alibi solet (quod mecum sensisse etiam omnes ferè illos, qui נססה à נס deducunt, ex iis, quæ cap. 1. dicta sunt, liquet) nihil enim est usitatius, quàm ut *generica* verba aut nomina ad unius cujuspiam speciei denotationem adhibeantur. Itaque comma hoc, רוח יהוה נוססה בו interpretans, *Spiritu Domini levante seu tollente ipsum pro vexillo*, sic intelligo, Cœtus fidelium atque Ecclesias in nomine Domini seu Messiæ, per efficaciam Spiritus sancti, prædicationi verbi co-operantis, congregatum iri; atque ad salutiferum θεανθρώπου nomen, à Spiritu sancto (id est, ab Apostolis aliisque Evangelii ministris & præconibus, Spiritu sancto instinctis) vexilli instar elevatum atque ostensum, Fideles undique concursuros. Quanquam enim propriè aliud est *vexillum extollere* seu *erigere*, aliud *convocationem facere*, seu *cœtus cogere*; *ex posteriori* tamen, ut vocant, sive καθ' ἀκολούθησιν (qua etiam supra vidimus *flumen angustum* pro *flumine rapido* in hoc ipso versu positum) hoc ex illo commodè intelligitur: quia *vexilli erectio* ad convocandos cœtus adhiberi consueverat. Quare plus semel, ubi de contrahendis in unum locum hominibus sermo est, unà *erectionis signi* seu *vexilli* mentio habetur, ut Esa. 11. 12. ונשא נס לגוים ואסף נדחי ישראל, *tolletque gentibus vexillum, & dis-jectos Israelitas congregabit*: & Esaiæ 49. vers. 22. אשא אל גוים ידי ואל־עמים ארים נסי והביאו בניך וג'ו——, *tollam ad gentes manum meam, ac populis erigam vexillum meum, ut adferant filios tuos.*

2. Ut autem minus nova aut mira videatur hæc nostra expositio, qua *tollet vexillum* seu *tollet pro vexillo*, interpretamur, *sublato vexillo, seu instar vexilli, hominum cœtus convocabit, atque in unum coget*, faciet locus iste Esaiæ, cap. 62. ver. 10. הרימו נס על העמים, *extollite populis vexillum*, quæ verba idem valere, ac si dictum esset, *sublato vexillo*

אמתו תהיה לך כצנה וסחרה, *veritas ejus erit tibi tanquam clypeus & parma.* Græci malè סחרה habuerunt pro *participio*: hic tamen *affixi* defectus ipsos non fugit, ὅπλῳ κυκλώσει σε ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ. Esa. 1.15. אינני שמע. Græc. οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. Chald. לא רעוא קדמי לקבל צלותכון, *non placet mihi admittere preces vestras.* Kimchi, לא אקבל תפלתכם, *non admittam preces vestras.* Ezech. 7.9. וידעתם כי אני יהוה מכה. Syrus, דמחכו, *qui percussit te*: Targ. איתיתי עליכון מחא, *adduxi super vos plagam.* Notandum porro est, מפני קשט non cohærere cum להתנוסס, quod multi Interpretes putaverunt, sed cum נתתה, *vexillum* || *dedisti propter veritatem tuam.* veritas autem intelligitur divinarum promissionum, ad quas implendas Deus dicitur dedisse vexillum || *Propter veritatem*, i. *ut promissionibus tuis satisfaceres*, inquit Munsterus: similiterque Stephanus, *Ut ostenderes te veracem in promissionibus*: atque ita etiam à Kimchio, Lyr. Buc. Calv. Musc. Moll. Osian. Marian. Hisp. Diod. Am. Belg. hoc explicatur.

10. Quantum ad נס להתנוסס, nequaquam eos probare possum, qui verbo התנוסס attribuentes *extollendi, elevandi*, *erigendi* significationem, id ad ipsos homines referunt; quando quidem illum hujus *radicis* intellectum spurium, atque ab ea alienum puto, id quod infra alicubi fusius demonstrabitur. Qui verò eodem modo verbum hoc transferentes, ad signum seu vexillum referunt, satis bene transtulisse censendi sunt, dummodo rectè intelligantur. Etsi enim התנוסס non simpliciter *tollere* seu *elevare*, vel *elevari, tolli*-ve significat, sed *vexillum tollere tolli*-ve, sana tamen interpretandi ratio non patitur, ut *vexillum* hic cum verbo exprimatur, quia *Dedisti vexillum ad tollendum vexillum*, nimis absona esset interpretatio, ac κακοζηλίας nimium ineptæ. Itaque rectè fecit etiam Tremell. qui התנוסס aliquanto latius, atque in generaliori significatu (sub quo alter ille, *tollendi* seu *elevandi* etiam comprehenditur) accipiens, pro *vexillo uti*, quomodo & nos hic potius accipiendum ducimus, nihil tamen quàm *uti* dixit, *Dedisti timentibus te vexillum quo utantur.* quod si latina lingua unico verbo exprimere id totum posset, quod verbo התנוסס significatur, id commodè adhiberi posset eâdem ratione, quâ *servire servitutem, somniare somnium, pugnam pugnare*, ac similia, dicuntur. sed cum *vexillare*, seu *vexillari*, quod verbum nonnulli, ut supra diximus, hic adhibuerunt, non sit latinum, præstat ita, ac Tremell. fecit, interpretari.

11. Porro sensum horum verborum, quibus Deus metuentibus se dicitur dedisse vexillum quo uterentur, neque eum esse puto, quòd aut

aut victoria aut triumphus iis ſignificetur (ob rationem initio paragraphi decimi præcedentis capitis indicatam) aut diſperſorum congregationem (quia *geſtare* vel *uſurpare vexillum* aliud eſt quàm *ad vexillum congregari)* ſed neque de Davide ea capio (quam tamen expoſitionem cæteris probabiliorem exiſtimo) ſed in eam partem hæc intelligo, quòd Deus ipſe ſuis ad bellum proficiſcentibus inſtar vexilli præiverit, numenque ſuum ac præſentiam ipſis exhibuerit; quum antea contrarium feciſſet, exercituſque eorum atque expeditiones averſatus, iis ſe ſubtraxiſſet, prout verſ.12. dicitur, הלא אתה אלהים זנחתנו ולא תצא אלהים בצבאתינו, *Nonne tu Deus, qui nos repuleras, neq; proficiſcebaris cum copiis noſtris?* Itaque *Timentibus te dediſti [temetipſum] pro vexillo quo uterentur,* puto ferè idem valere, ac ſi dixiſſet, Timentes te, dum in hoſtes vaderent, comitatus es, iiſque præiviſti, haud ſecus quam militibus vexillum ſolet præire. & quemadmodum milites, quamdiu vexillum ſuum vident, bono animo eſſe, idque impavidi atque alacres ſequi conſueverunt; ſicuti contra, eo ex oculis ablato, trepidant, ac fugam potius quàm pugnam ſpectant: ita tu Deus Iſraelitas, manifeſta illis favorabilis tuæ præſentiæ indicia præbens, ac temet iis vexilli inſtar ob oculos mentemque ponens, ſpe bonâ impleviſti; hilareſque atque intrepidos, & ingentium animorum plenos, in hoſtem duxiſti, unoquoque apud ſe dicente, ut eſt verſu 14. באלהים נעשה חיל והוא יבום צרינו, *cum Deo faciemus ſtrenuè, ipſeq; proculcabit hoſtes noſtros.* Utramque hanc noſtræ expoſitionis partem attigit etiam Mollerus, uti ex verbis ejus ſupra allegatis apparet. priorem verò, quæ & principalis eſt, ſic ſatis aſſecutus videtur Tremellius, in eo tamen peccans, quod ad tempora victoriam inſecuta refert hunc verſum, quum ad præcedentia atque ad ipſam expeditionem potius pertineat. ſcholion ipſius ita habet, *Populum tuum, quem ante afflixeras; tum luce promiſſionum tuarum, tum etiam opere, victoria hac recente contra Syros edita, ducendum recepiſti, quaſi præeunte vexillo tuo:* quæ explicatio melior eſſet, tribus mediis commatis ex ea ſublatis.

12. Cajetanus hunc verſum aliter, quàm vel nos, vel quiſquam aliorum Interpretum, transferens, *Dediſti metuentibus te ſignum, ad inſignitos eſſe à faciebus veritatis,* exponit: *Intellexit David, diſplicuiſſe Deo, quod ipſe inſigniſſet ſe facie vanitatis, faciendo ſibi nomen ſubactâ Syriâ —— & propterea inſtructus à Deo, declarat divinam hanc inſtructionem datam eſſe —— metuentibus Deum, qui debent inſignire ſe non facie, apparentiâ, vanitatis, ſed veritatis, ſecundum quam debebatur memoria vi-*

ctoria

ctoriæ Deo, non Davidi: quæ expositio admodum sanè mirifica est. quippe ut מפני præbeat vicem *beth instrumenti* (quod in ea supponitur) omni caret exemplo. & quanquam hoc non obstaret, durissimum tamen videtur, ut *insignire se facie veritatis* vel *veritate*, positum sit pro *Deo honorem debitum atq; victoriam ascribere.* Seposito autem isto errore, מפני קשט conjungendi cum התנסס (qui Cajetano cum aliis multis, uti supra ostensum est, communis, ipsum ad absonam istam expositionem adegit) non adeo aspernabilem esse hanc interpretationem, qua נס pro *insigni* seu *nota*, & התנסס pro *insigniri* accipitur; ex iis colligi potest, quæ supra capitis tertii paragrapho quarto, & fine paragraphi noni diximus. Sed quum non satis constet, an נס id *signi* genus, quod alias *insigne* vel *notam* Latini dicunt, atque an נסס vel התנסס *insignire* unquam significent; melius puto, ut interpretationi illi, quam nos attulimus, acquiescatur: quum & sensus plenior etiam atque aptior sub ea contineatur, & non modo נס, sed & התנסס alibi quoque ejusmodi significatum obtineant, qualis ipsis à nobis hic attribuitur.

CAPUT V.

Verbum נסס *Esa.*59.11. *idem valere cum* נשא נס, signum tollere; *&* *κατ᾽ ἀκολούθησιν positum esse pro* Cœtus congregare, *quia* vexilli erectio *ad cœtus contrahendos solebat adhiberi.* 2. *Esa.*62.10. Tollite populis vexillum, *positum pro,* vexillo sublato populos convocate. 3. *Christus in isto Esaiæ loco, & in aliis præterea, æque ac in* רוח יהוה נססה בו, vexillo erecto *comparatur.* 4. *Idem etiamnum clarius fieri in isto loco Esa.*11.10. שרש ישי אשר עמד לנס עמים אליו גוי' ידרשו, *in quo vertendo varii errores commissi à Græcis.* שרש *hic positum non pro* radice, *sed pro* surculo. 5. *Nomen* שרש *eodem modo sumi Esa.* 53.2. *etiam Esa.* 14.30. *ex nonnullorum sententia, sed quæ nobis non probetur.* 6. אליו ידרשו *pravè versum ab omnibus ferè Interpretibus. ista phrasis sign.* se conferre ad, *non hic tantum, sed & Deut.*12.5. 7. *Vis istius phraseos* דרש אל *à nonnullis, qui alioqui minus bene eam transtulerunt, sic satis intellecta & declarata.* 8. *à Kimchio & Jarchio malè exposita verba ista,* אשר עמד לנס עמים *quæ Steph. Osian. Pisc. Marian probè explicant.* 9. *Quidam illa ad Principatum Messiæ, & Credentium liberationem atque obedientiam extendunt, præter ipsius textus mentem.* 10. *Nostram istius*

commatis

commatis רוח יהוה נוססה בו *expositionem, collatione istius loci,* אשר עמד לנס עמים, *multum juvari & confirmari.*

DIximus quis istius commatis, רוח יהוה נוססה בו sensus sit, si verbum נסס accipiatur in generaliori significatu *vexillum usurpandi* vel *gestandi*, atque aliquot locos adduximus, in quibus ad eundem ferè modum Deus, ac ibi Messias, vexillo comparatur. Quanquam autem sensus, ex illa explicatione exsurgens, atque istorum locorum collatione illustratus, omnino bonus est, atque Prophetæ in ista periocha scopo satis congruit; ego tamen aliter illa exponenda esse existimo: putoque Prophetam, in usurpatione verbi נסס, præcipuè in animo habuisse peculiarem illum vexilli usum, qui phrasibus נשא נס & הרים נס exprimi alibi solet (quod mecum sensisse etiam omnes ferè illos, qui נוססה à נס deducunt, ex iis, quæ cap. I. dicta sunt, liquet) nihil enim est usitatius, quàm ut *generica* verba aut nomina ad unius cujuspiam speciei denotationem adhibeantur. Itaque comma hoc, רוח יהוה נוססה בו interpretans, *Spiritu Domini levante seu tollente ipsum pro vexillo*, sic intelligo, Cœtus fidelium atque Ecclesias in nomine Domini seu Messiæ, per efficaciam Spiritus sancti, prædicationi verbi co-operantis, congregatum iri; atque ad salutiferum θεανθρώπου nomen, à Spiritu sancto (id est, ab Apostolis aliisque Evangelii ministris & præconibus, Spiritu sancto instinctis) vexilli instar elevatum atque ostensum, Fideles undique concursuros. Quanquam enim propriè aliud est *vexillum extollere* seu *erigere*, aliud *convocationem facere*, seu *cœtus cogere*; *ex posteriori* tamen, ut vocant, sive *καθ' ἀκολούθησιν* (qua etiam supra vidimus *flumen angustum* pro *flumine rapido* in hoc ipso versu positum) hoc ex illo commodè intelligitur: quia *vexilli erectio* ad convocandos cœtus adhiberi consueverat. Quare plus semel, ubi de contrahendis in unum locum hominibus sermo est, unà *erectionis signi* seu *vexilli* mentio habetur, ut Esa. 11. 12. ונשא נס לגוים ואסף נדחי ישראל, *tolletque gentibus vexillum*, & *disjectos Israelitas congregabit*: & Esaiæ 49. vers. 22. אשא אל גוים ידי ואל־עמים ארים נסי והביאו בניך וג"ו———, *tollam ad gentes manum meam, ac populis erigam vexillum meum, ut adferant filios tuos.*

2. Ut autem minus nova aut mira videatur hæc nostra expositio, qua *tollet vexillum* seu *tollet pro vexillo*, interpretamur, *sublato vexillo, seu instar vexilli, hominum cœtus convocabit, atque in unum coget*, faciet locus iste Esaiæ, cap. 62. ver. 10. הרימו נס על העמים, *extollite populis vexillum*, quæ verba idem valere, ac si dictum esset, *sublato vexillo*

xillo date populis signum coeundi, clarum est; idque evincunt verba illa, פנו דרך העם & reliqua quæ in isto versu dicuntur de via munienda atque expurganda: quippe ista apertè significant, magnam hominum multitudinem in unum conventuram. & sicuti illis per ista verba prospicitur, ut iter inveniant patens atque expeditum, nihilque in eo offendant, quod ipsorum transitum impediat aut moretur; ita per hæc, *Erigite vexillum populis*, monentur, ad quorum curam id pertinet, ut illos convocent, atque coëundi signum dent; utpote omnibus in ipsorum adventum jam paratis, viæ-que, per quam transire debeant, difficultate atque asperitate omni jam sublatâ & complanatâ. Bene igitur Diodatus huic versui istud apponit scholion, *Come se dicesse, Voi habitanti di Jerusalem, uscite fuori, & acconciate il camino per quel gran numero di populo, ch'jo voglio racogliere è chiamar nella vostra città: significa il concorso de' Gentili nella Chiesa: Quasi diceret, O habitatores Jerusalem, exite, atque parate viam numerosæ illi multitudini, quam colligere volo atque convocare ad urbem vestram; significans concursum Gentium ad Ecclesiam*: quomodo ferè hunc versum etiam Belgæ mei enarrant: iisque concinit etiam Forerius, *Congregandos in Jerusalem significat filios Dei, qui erant dispersi.* & comma istud, *Erigite vexillum ad populos*, ritè Stephanus explicat, *Erecto vexillo vocate gentes ad vos*: necnon Italus, *Alzate la bandiera a i popoli, c. per congregarli*: atque Calvinus, *Eodem pertinet, quòd jubet signum tollere——convenient enim & concurrent signo sublato, & operas suas conferent ad populum reducendum*: similiterque Raschi, הרימו נסי אות הוא שיקבצו אלו ויביאו לי הגולים אצלם, *Erigite vexillum: Id erit signum, ut isti congregentur, atq; mihi adducant eos, qui apud ipsos exulant.*

3. Porro tam isto loco, quàm duobus illis fine præcedentis paragraphi allegatis, non parum juvatur nostra istius commatis רוח יהוה נססה בו expositio. quippe ut hoc, ita & illi de prædicatione Evangelii agentes (uti res ipsa indicat, & optimi quique Interpretes sentiunt) ac de Ecclesiis per id congregandis; eâdem loquendi formâ, quam nos hic statuimus, negotium id exprimunt. Namque & collectio Ecclesiarum in omnibus illis tribus locis declaratur per Vexilli erectionem: & uti hîc Esa. 59. Spiritus Domini dicitur vexillum illud erigere, ita in istis quoque Deo ista vexilli erectio tribuitur, non modò cap. 11. & 49. (quo utroque loco Deus proximè ac per se id faciens introducitur) sed & cap. 62. quanquam enim ibi Deus non dicit ארים *sustollam*, sed הרימו *sustollite*, res tamen eodem redit: quum ille, quo jubente atque imperante aliquid fit, jure pro ipso

effectore

effectore habeatur, atque haberi consueverit. Quod autem verba illa, רוח יהוה נוססה בו, prout à nobis exponuntur, ipsum Christum faciunt *vexillum*, quod à Spiritu Domini erigatur; id quoque ab istis tribus locis firmamentum accipit. siquidem admodum probabile est, in illis per *vexillum* non aliud quàm ipsum Messiam, & doctrinam de ipso, deque salute humano generi per ipsum parta, intelligi debere. Hieronymus Esaiæ 11. per *Vexillum* sive *Signum* intelligit *crucem Christi*; idemque facit Oleaster Esa.62. *(elevate vexillum sanctum crucis, seu prædicate Christi passionem, ut populus omnis videns beneficium Christi, ad fidem veniat)* & Forerius Esa.49. quanquam autem utrumque in idem recidit, & *crucem Christi* dicas, an *Christum*, an etiam *Evangelium de Christo crucifixo* (quæ est Borrhai expositio) parum aut nihil ad sensum interest; aptius tamen videtur, ut per *signum* sive *vexillum* ipse Christus, passus nimirum & crucifixus, intelligatur.

4. Sanè Esaiæ 11.10. Christus (in eodem hoc negotio prædicationis Evangelii, & congregationis Fidelium) claris admodum verbis *vexillo erecto* comparatur: שרש ישי אשר עמד לנס עמים אליו גוים ידרשו, quorum verborum sensus ut melius dilucescat, nonnulla, quæ alii circa ea peccaverunt, prius aperiemus. Græci in iis vertendis varios admiserunt errores. quippe transtulerunt, Ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτὸν ἔθνη ἐλπιοῦσι. *Radix Jessa, is qui consurgit ut imperet gentibus, super ipsum gentes sperabunt*, ubi culpandum est, & quod non ἱστάμενος *stans*, quàm ἀνιστάμενος *consurgens* potius dixerint (quanquam Aquila etiam ac Symmachus ἀνίσταται transtulerunt) & quod ידרש ἐλπίζειν reddiderunt. sed præcipuè eminet iste error, quòd לנס עמים interpretati sunt ἄρχειν ἐθνῶν, ac si pro נס (quod nullo modo ἀρχὴν, *imperium*, aut quicquam simile significat) נשיא legissent (quod *Principem* significat, ac plerumque ἄρχων ab ipsis transfertur) cujusmodi hallucinationibus passim boni isti viri mirum in modum sunt obnoxii. Sed ita, quomodo hodie legitur (לנס, non לנשיא) semper lectum fuisse, clarè testantur Veteres Interpretes, Syrus ac Chaldæus qui אתא, Aquila & Symmachus, qui εἰς σύσσημον, & Hier. qui *in signum* interpretati sunt. Ne hoc quidem mihi probatur, quod שרש ῥίζαν reddiderunt. quanquam enim hæc vox passim ac propriè id significat, hoc tamen loco alia ejus vis est. sed hoc quidem παρόραμα iis peculiariter imputandum non est, cum major Interpretum pars itidem hic lapsi sint, ac שרש *radicem* transtulerint. Significat autem hîc, נצר משרש, *surculum radice prognatum*, quomodo pro eo

eo dicitur primo hujus capitis versu (ubi etiam *synonymè* חשר מנוע dicitur) quod & animadvertit Kimchi, qui proinde שרש ישי ritè exponit היוצא משרש ישי, *id quod ex Jessai radice natum est*, addens præterea, כי ישי הוא השרש, *ipsum Jessæum esse radicem*, scil. Messiæ, quod & verum est, nimirum ad humanam Christi naturam relatum. Kimchium imitati Oleast. & Ital. verterunt, *Eum qui egredietur de radice Isai: Quello che uscirà de la stirpe d' Isai*: itemque Cast. *Isæam stirpem*, & Tremell. *Eum qui è radice Jischai stabit in signum populorum*. etiam Osian & Marian. Hieronymi *radix Jesse* ad hunc modum probè explicant, *Surculus natus è radice Jesse: Radix sumitur pro flore aut germine*. similiterque Borrhaus, *Radix Jesse) Messias, surculus benedictus de radice Jesse, de quo supra, & surculus de radicibus ejus*. quin ipse Hieron. in comment. versionem suam hoc pacto declarat, *Radix Jesse, & qui de ejus stirpe conscendet*: quemadmodum etiam Calv. in comment. *radicem* exponit *surculum ex mutilo trunco prodeuntem*: neque aliter Forerius, *Vides nomen* שרש, *quod alias radicem notat, hic abusivè accipi pro surculo, qui ex radice pullulat*. eodemque modo Zuinglius, *Radicem pro germine posuit per enallagen*.

5. Huic istius vocis שרש expositioni præterquam quòd sensus apertissimè favet, astipulatur etiam versus secundus capitis 53. ejusdem Prophetæ, ויעל כיונק לפניו וכשרש מארץ ציה, quæ duo commata quum sint ἀνἰσ͵ϛωχα (uti planum est, & observatum Kimchio, הענין כפול במלות שונות, *sententia est geminata per voces diversas*) ac שרש respondeat τῷ יונק, quod *stolonem* seu *plantam* significat; vel inde colligi potest, שרש hic non tam *radicem*, quàm *stirpem* vel *surculum* denotare. idque amplius apparet ex præpositione voci ארץ præfixa. si enim *radicem* ipsam, non *surculum* ex ea enatum, significaret, non מארץ, sed בארץ dicendum fuerat: quandoquidem radices non è terra prodire atque super eam consurgere, sed intra ipsam delitescere, atque incrementa sua in latus & deorsum trudere solent. Ista clarum faciunt, שרש in isto loco ita ut dicimus accipiendum esse: quod tamen hic rursus paucissimi Interpretes animadverterunt. omnes enim *radix* transferunt, præter Castalionem & Chaldæum; quorum iste eodem modo hic, atque Esa. 11. *stirpem* vertit: alter verò (qui alioquin in ipso totius loci scopo mirè cœcutit, de felici statu rebusque lætis hîc agi putans, idque non Messiæ, sed quorumlibet piorum) *arborem radices latè agentem*, אילן דמשלח שרשוהי על נגדין דמיין, *arbor quæ radices suas emittit ad fluenta aquarum*. Forerius quoque, quanquam in textu vertit *radix*, veram hujus vocabuli acceptionem

acceptionem perspexit, uti hæc ipsius in comment. verba testantur: שׁרשׁ, *radix, etsi propriè ea pars plantæ aut herbæ, quæ sub terra latet, dicitur; accipitur tamen abusivè pro ima parte rei, adeoque & pro ipso trunco, qui ex radice oritur, imò & pro ipsa planta, ut supra cap.* 11. *atque ita accipiendum hoc loco puto.* Etiam Esa.14.30. והמתי ברעב שרשך huc referendum, si credamus Græcis, Chaldæo, & Castalioni, qui שרש hic verterunt σπέρμα, בניא, *stirpem*; & Oleastrio, qui in comment. scribit, *Radicem,* i. *posteritatem, quæ vocatur radix, quoniam eos qui præcesserunt sustentat, ne omnino periisse videantur.* sed nihil impedit, quominus שרש hic in primaria significatione accipiamus; eamque hic aptiorem esse, satis ostendit collatio cum Jobi 18.17. Esa.5.24. Dan.4.12. Hos.9.19. Malach.4.1. necnon cum Prov.12.3,13. ac Esa. 37.31. & 40.24. quare bene omnino Mollerus, *Minatur Deus se immissurum siccitatem, qua arescant radices, & arbor deficiat: hoc est, fame se sublaturum non tantùm partem populi, tanquam arboris ramos, sed ipsum truncum & radicem:* à qua expositione non multum abludit etiam ista Musculi, *Per radicem intelligit vires ejus gentis quas fame erat, veluti radices arboris siccitate, perditurus.* & satis commodè etiam Borrhaus, *Metaphorâ radicis majores, parentes, & principes notantur, quibus perditis, reliquos quoq; interire; ut arboris scapus, cum ramis & foliis, moritur, mortuâ radice.*

6. Sicuti autem vocabulum שרש Esa.11.12. Græci minus bene interpretati sunt non soli, ita etiam in prava verbi ידרשו versione socios habent quamplurimos: quanquam nemo id eodem modo, ac ipsi, atque alius alio modo interpretatus est. Syrus vertit נעקבון עלוהי, *super ipso inquirent.* Hieron. *ipsum deprecabuntur*, pro quo Osian. reponit *colent, adorabunt.* Chaldæus ליה ישתמעון, *ipsi obedient*; quod retinuit etiam Kimchius, sed cum augmento, כלם יהיו נשמעים אליו || יכבדוהו ויעבדוהו, *omnes ei obedientes erunt, ipsumque honorabunt, ac colent:* Pagninus, Oleast. Hispan. utraque, *eum quærent:* Castal. *conquirent:* Munst. *illam inquirent*, cui concordat Lutheri & Belgarum, nae-vraegen: Forer. *in illam inquirent:* Calv. *requiretur à gentibus:* & Tigur. [*illam*] *requirent gentes.* similiterque Gallica, *requerront*; eodemque pertinet Genevesium *rechercher*, & utriusque Itali *ricercare*, ac Anglicæ utriusque, shall seek unto it. Harum interpretationum nonnullæ sunt ejusmodi, ut verbum hoc sub quacunque constructione eas haudquaquam admittat, utpote à sese planè alienas, non minus quàm ἐλπίζειν, quod pro eo hic Græci reposuerunt. Aliæ autem sunt quidem usitatæ istius verbi notiones, sed quando *accusativum*

sativum proximè aut per *lamed* regit, non quando id facit *præpositione* אל interveniente: quo casu longè alium ac peculiarem intellectum induit. ut ne dicamus nunc, nonnulla istorum verborum cum *accusativo personæ* durissimè ac barbarè conjungi. Porro quum דרש אל significet *sciscitari seu consulere* (dictum nimirum de oraculis, vatibus, ariolis, & similibus, quod ἐπερωτᾶν & χρῆσθαι Græci dicunt) ut Deut.18.11. Esa.8.19.& 19.3. hic non eam vim habet (quod putavit Pisc. qui vertit, *eam gentes consulent*; in eo tamen cæteris præferendus, quòd peculiaris constructionis, ab ipsis neglectæ, rationem habuit) sed ex alio intellectu explicandum est, quem præterea possidet, ac in quo usurpatur Deut.12.vers.5. אל-המקום אשר יבחר יהוה—תדרשו ובאת שמה, ubi דרש non significat *quærere, inquirere*, aut quidpiam simile, sed *tendere*, aut *se conferre*: id quod tamen cunctos latuit Interpretes, excepto duntaxat Castalione, qui cum istic Esa.11. valde inconcinnè verterit, *conquirere* (*Isæam stirpem conquirent gentes*) hic probè vertit, *petere*; *Locum, quem ipse elegerit——petitote: & eò profecti,&c.* ac fortassis Hieronymo, qui pro Hebraicis istis hæc tantùm habet, *Ad locum, quem elegerit Dominus,——venite*: qua breviatione non puto eum usurum fuisse, si דרש in vulgatiori significatu accepisset, neque pro *synonymo* τῷ בא habuisset.

7. Hanc notionem verbo דרש in isto Esaiæ loco competere, vidit etiam Forerius, qui licet in textu id *inquirere* transtulerit, in comment. tamen id per *confluere* interpretatur, addens insuper, *Verbum* דרש *constructum cum præpositione* אל, *ut hoc loco, peculiari phrasi significat, spe quadam conceptâ conferre se ad aliquem pro consilio seu auxilio*: quæ verba in eo vitiosa, quod duas diversas hujus phraseos דרש אל significationes confundunt, atque in unum conflant, prætereaque alieni quid admiscent; genuinum tamen sensum, quem in hoc Esaiæ loco habet istuc vocabulum, sic satis adumbrant. Eum verò expresserunt etiam Musc. & Tremell. quanquam phrasin ipsam non intellexerunt, eique significationem vel ab ipsa, vel ab hoc loco abhorrentem, attribuerunt: quod ne ipsis, uti reliquis ferè, fraudi esset, ad veram interpretationem, quam ipsa loci evidentia iis ingerebat, penitus excludendam; excogitaverunt *ellipses*, quarum ope illam, cum altera minus proba sociatam, exhiberent. Tremell. enim vertit, *Ad eum consultura* [*venient*] dicens in margine, hebraica ad verbum sonare, *ad eum consulent*: Musculus verò, *quærent gentes* [*ut*] *ad eum* [*veniant.*] In commentariis verò idem Musc. phrasin hanc per *se conferre, se recipere*, & *confluere*, melius explicat: quo postremo *confluendi* verbo

etiam

etiam Borrhaus Hebraicum ודרש אל interpretatur, *Gentes ad Messiam, ritu vexilli elevatum, & oculis omnium per Evangelii prædicationem expositum, certatim confluxuras*: similiterque Mollerus in comment. *darasch* per *confluere* & *confugere* exponit: quemadmodum Raschi quoque id per הקבץ *congregari* enarrat. & plerique eorum Interpretum, qui ודרש hic secius interpretati sunt, in enarrando loci sensu ea dicunt, ac si optimè ejus vim perspectam habuissent, ac ritè illud transtulissent: unde tantò magis confirmatur vera ac nostra expositio, ipsumque locum eam flagitare manifestò apparet.

8. Quantum ad verba illa, אשר עמד לנס עמים, David Kimchi ea sic exponit, והיה הוא לכל העמים כמו הנס בחיל שהלכו אחר נושא הנס כל החיל כן ידרשו כל הגוי' אל־המשיח, *Ipse erit omnibus populis, quod est vexillum in exercitu; ut quomodo totus exercitus vexilliferum sequitur, ita omnes nationes ad Messiam accurrant*: quam expositionem non esse probam, & aliunde ostendi potest, & ex verbo עמד abundè liquet. eo enim planum fit, non esse hic sermonem de vexillo, quatenus vagum ac mobile, & quatenus à signifero usurpari, atq; militibus prægestari solet; sed de eo, quod uno ac certo in loco statutum fixumque, & cujus elevatione, atque in excelsiori loco propositione, homines monentur, ut coëant, ac sese in unum locum conferant. Quare neque Rabbi Solomon satis hujus loci mentem cepit, verba ista לנס עמים sic παραφράζων, להיות עמים מרימי' נס להקבץ אליו, *ut populi tollant vexillum, ad congregandos se ad ipsum.* non enim dicit Propheta, populos sibimet-ipsis sublaturos vexillum, quò ad Messiam congregentur; sed ipsum Messiam fore instar vexilli, cujus erectione significetur populis, uti ad ipsum concurrant. Melius itaque Stephanus, *Quæ stat in vexillum populorum*, i.e. *ad quod populi undique congregabuntur*: & Piscator (cujus expositioni atque verbis inhærent hic Belgæ) *Erecta erit per prædicationem Evangelii tanquam vexillum, ad quod confluant sese-que aggregent, nempe per fidem, populi totius mundi*: ac Mariana, *Qui stat in signum*) *in vexillum, ad quod populi concurrerent*: itidemque Osiander, *Christus in Evangelio publicè propositus, erit instar vexilli erecti, ad quod populi certatim confluunt: ad Christum enim magno numero electi se aggregabunt militaturi sub ipso militiam spiritualem.*

9. Sunt verò, qui, præter congregationem, etiam aliud his verbis significari arbitrantur. Musculus enim iis insuper innui putat, Messiam à Deo constituendum caput ac principem populorum: *Illo tempore Messias non unius tantum Judaicæ gentis princeps erit, sed perinde erit*

erit atque signum universale, ad quod se populi castrenses conferunt omnes. sic omnibus totius orbis populis à Deo deputabitur princeps ac rex, ad quem se recipiant omnes. Signum bellicum ab ipso Rege constitutum, ac traditum populis, ad hoc est traditum & constitutum, ut ad illud omnes confluant, illudque sequantur omnes. sic Christus à Deo Patre——est erectus ac constitutus, ut ad ipsum confluant omnes, ipsumq; tanquam communem Ducem sequantur. Musculo quodammodo consentiunt Genevenses, *obedientiam* cum *congregatione* conjungentes, *Dressee pour enseigne des peuples) afin qu'ils s'assemblent tous vers le Messias, pour luy rendre obeyssance: Erecta in vexillum populorum) ut omnes se congregent ad Messiam, ad præstandam ipsi obedientiam.* & Forerius quoque istis accensendus videtur, *Crux Christi, sive ipse Christus, est illa virga de radice Jesse, quæ est in signum populis, ut tanquam ad vexillum invicti Imperatoris confluant gentes, ubi intellexerint, per crucem de morte & peccato Dominum triumphâsse, & damnatum mundi Principem.* Mollerus autem putat, *liberationem* istis insuper significari, *Utitur militari oratione, sumptâ metaphorâ à militibus, aut populis servitute oppressis, quibus si erecto vexillo signum liberationis ostendatur, cupidissimè ad id confluunt. ita igitur fore inquit, ut exhibito Messiâ omnibus nationibus & populis erigatur vexillum, ad quod quicunq; confugiant, liberi fiant à peccato.* Quanquam autem ista omnia sunt verissima, & Christum suos à servitute liberare, & Ducem ipsorum esse ac Principem, ac obedientiam ei ab eis deberi ac præstari; nihil tamen istorum his verbis, אשר עמד לנם עמים, significari puto, sed Ecclesiæ collectionem, ac Fidelium congregationem ad Christum, iis simpliciter denotari: ut rectè dixerit Forerius (aliquanto post verba modo allegata) *Congruit hic locus cum aliis Scripturæ locis, quibus multitudinem Gentium ad Christum congregandam Prophetæ, aliis licet verbis, prædixerunt.* & quare ita sentiam, ea est causa, quod illa ab erecto vexillo *metaphora* nuspiam ullum illorum sensuum habet, qui ipsi hic ab istis assignantur, sicut contra de cœtuum congregatione ut plurimum usurpatur. quanquam enim vera non est Jarchii sententia (ad quam alii quoque Rabbini propendent) congregationem innui putantis, ubicunque *signi erecti* fit mentio; quum diversis aliis occasionibus signi erectio adhiberi consueverit, & in Scriptura memoretur, uti infra planum faciemus: quoties tamen *metaphoricè* usurpatur hæc locutio in Sacris, cœtuum collectionem ferè significat; quia iste principalis erat signi erigendi usus, ac cæteris cunctis magis frequentatus.

10. Jam verò planum est locum istum שרש ישי אשר עמד לנם עמים

עַמִּים אליו גוים ידרשו. ita ut oportet, ac monstravimus, intellectum (ut nimirum eo dicatur, Messiam populis in sublimi propositum fore instar vexilli, ad quod undique concurrant) plurimum illustrare ac confirmare nostram istius commatis, רוח יהוה נוססה בו, expositionem; qua נסס accipientes pro *vexillum tollere* seu *erigere*, totum membrum ita interpretamur, ut sensus ejus sit, quod Spiritus Dei dicatur Messiæ nomen, sive ipsum Messiam, pro vexillo levaturus, atque hoc signo ad cogendam Credentium multitudinem usurus.

CAPUT VI.

Plerorumq; Interpretum opinio, Esa.11.10. reliquisq; locis præcedenti capite adductis, ubi Christus & Evangelium Vexillo erecto comparatur, metaphoram *esse à re militari desumptam.* 2. *Non esse necessarium ita sentire, quia ad convocandos etiam cœtus non bellicos Vexilli erectio in Oriente adhiberi consueverit, uti docet Jerem.*50 2. והשמיעו ושאו נס, *qui locus miserè truncatus à Græcis.* 3. *Variæ Recentiorum expositiones hujus loci, à vero aberrantes.* 4. *Genuinus ejus sensus aperitur, quem & de Recentioribus nonnulli ex parte perspexerint.* 5. *Errores nonnulli & ab istis admissi. sensus loci amplius declaratur.* 6. & 7. *Apud Græcos Romanos-ve non videri vexilli usum fuisse apud cœtus togatos, vel in convocandis iis, vel alio modo. Vexillum Romanis usitatum in Coloniarum deductione, ad militaria potius pertinere.* 8. *Idem videri dicendum de Vexillis, quæ in censu agendo lustroq; condendo, & quæ in Comitiis centuriatis Romæ adhibebantur.*

VErba illa Esa.11.10. אשר עמד לנם עמים, præcedenti capite explicata, continere *metaphoram* à re militari desumptam, non modò Kimchi & Jarchi, qui parum illa intellexerunt, sed & Musculus, Mollerus ac Osiander arbitrantur, uti apparet ex verbis ipsorum, ibi allegatis. Eadem est opinio Zuinglii, *Allegoria tracta est à signis militaribus, ad quæ miles spectat & congregatur. sic Christus & Dux & signum est, sub quo militamus:* Borrhai, uti hic ipsius sermo docet, *Gentes ad Messiam——confluxuras, militiæ Regni cœlestis nomine dato. figura loquendi à militari signo, ad quod milites se aggregant, mutuata est. Bellica igitur similitudo indicat, suum sub Messia Duce & Imperatore militantes bellum gerere, &c.* Ita etiam Oleastrius, *Dicitur Messias elevandus in vexillum populorum, quoniam ad eum omnes gentes currebant, quemadmodum*

dum milites ad vexillum : necnon Diodatus, *Christo doveva esser' innalzato a somma gloria, per accogliere a se etiandio i Gentili, come i soldati si raccolgono sotto alle loro insegne : Christus ad summam gloriam extollendus erat, ut congregaret ad se etiam Ethnicos, quomodo milites congregantur sub signis suis.* Similiter ad ejusdem capitis versum 12. Calvinus : *Levabit signum) quemadmodum signum in exercitu tollitur , ut milites coeant ——ita vexillum hic nobis proponitur, ad quod omnes coëamus, Evangelium scilicet,&c.* Et Esa.49.22.rursus Osiander *Curabo prædicari Evangelium de Jesu Christo , & quasi extentâ manu & sublato vexillo congregabo mihi populum & multitudinem spiritualium militum, qui sub meo vexillo in vera fide & pietate spiritualiter sunt militaturi.* Sed & Forer. ac Marian.ad Esa.62.10. tantundem profitentur. Forerius, *Allusio est ad militandi rationem. nam Christus Dominus , Imperator est. & qui in eum credunt, in militum numerum, datis nominibus, computantur.* Mariana, *Levate vexillum super populos) ut more militiæ sciant ubique Electi, quò debeant convenire, quos duces itineris sequi.*

2. Probabile admodum est quod isti dicunt , nolimque ipsis refragari ; præsertim quum Ecclesiæ primordia atque congregatio alicubi in Scriptura clarè expresseque copiarum bellicarum conscriptioni collectioni ve comparetur. Hoc tamen scio, non esse necessarium ut eò recurratur, fierique posse ut Propheta in istis locis, præcedenti capite ex ipso allegatis, ubi vexilli ad cogendos cœtus erigendi mentionem facit, nuspiam de vexillo militari cogitaverit. etsi enim hujusmodi erectio vexilli ad militiam præcipuè pertinet , ipsique quodammodo est peculiaris : in toga tamen, ad-que ad contrahendos inermes popularesque cœtus, usus ipsius quoque fuit in Oriente. fidem istius rei facit hic Jeremiæ locus, cap.50.vers.2. הגידו בגוי' והשמיעו ושאו נם השמיעו אל תכחדו אמרו נלכדה בבל, *Nuntiate in gentibus, ac publicate, & tollite vexillum : publicate, ne celaveritis : dicite, Capta est Babylon* : qui locus à Græcis indignè tractatus, ac non solùm secundo השמיעו, sed & integro illo commate, ob quod eum hic adducimus, ושאו נם , mutilatus est : hanc ipsorum vel negligentiam , vel malam fidem, unanimiter arguentibus Syro, Chaldæo, & Hieronymo, qui omnes Hebraicum textum verbatim & absque ulla tali detractione usurpaverunt : Syrus , חוו בעממא ואשמעו—ושקולו אתא ואשמעו : Chaldæus, חוו בעממיא ובסרו וזקופו אתא בסרו : Hieronymus , *Annuntiate in gentibus, & auditum facite ; levate signum ; prædicate.*

3. Sicuti autem à Græcorum injuria istum locum vindicavimus, ita

ita etiam à pravis aliorum expositionibus vindicandus est, ut sensus ille, quem nos ei attribuimus, & quem revera complectitur, elucescat. Etenim nonnulli perperam, & longissimè à Prophetæ scopo, eum intelligunt. De hoc numero est Stephanus, *Elevate vexillum) in signum scilicet victoriæ*; itemque Osiander, qui *levate signum* exponit, *Figite vexilla Cyri Persica in muris captæ urbis, ad testificandum, urbem à Persis jam captam*: etiam Mariana, qui duos intellectus, & ab Osiandrino differentes, & inter se non parum discrepantes, isti commati adsignat: *Levate signum) lætitiæ. festa fronde & floribus ornate domos. explicate militaria signa, ut fit in lætitia populari.* Diodatus quoque duobus modis comma illud explicans, neutro scopum tetigit: *Alzate la bandiera) come per dar signale della destruttion dell' imperio, che haveva soggiogati & oppressi gli altri: overo semplicemente, per dar auviso d'una cosa grandemente nuova e strana, Extollite vexillum) veluti ad dandum signum destructionis imperii, quod subjugaverat & oppresserat alios: vel simpliciter, ad significandam rem summopere miram & inusitatam.* Ista Diodati interpretatio, quanquam nec ipsa satis accurata, tolerabilior tamen est reliquis; quas satis convincit ipsa orationis series: quæ quum tota spectet ad nuntios cladis Babylonicæ, intempestiva hic est earum rerum mentio, quas ipsi commemorant. nuntiorum enim non est, talia facere, sed rerum gestarum ordinem pandere duntaxat, atque divulgare: id quod & Propheta iis hic præcipit, & repetitis sententiis iterum iterumque inculcat.

4. Quum autem verba illa, quæ membrum hoc ושאו נס proximè & antecedunt & consequuntur, sint injunctiones de vulganda ac disseminanda Babylonis expugnatione; colligi hinc potest, & ipso quoque aliquid, quod eodem spectet, significari. id autem nihil est aliud, nisi hominum convocatio: ut nimirum non viritim ac singulis narrata ista res à nuntiis, sed publicè atque in frequentibus conventibus declarata, tanto citius ac latius dideretur: ut *elevate vexillum* sit dictum pro *elevato vexillo hominum cœtus congregate*; *atque multitudinem auditorum, quibus Babyloniorum casum atque cladem exponatis, contrahite*: cujusmodi concisæ locutionis exemplum habemus etiam Esa. 62.10. de quo præcedentis capitis § 2. actum fuit. atque ex hoc more est etiam illud Lactantii, lib.2. Instit. cap.2. *Juvat ergo, velut in aliqua sublimi specula constitutum, unde exaudire universi possint, Persianum illud proclamare.* Hanc esse istius commatis mentem, viderunt quodammodo Tremell. & Pisc. quorum prior ita id enarrat, *Pronuntiantes tollite vexillum)* i.e. *fratres vestros in cœtus & congregationes sanctas*

ctas convocate, tanquam elato vexillo verbi Dei, ad communicandas cum ipsis promissiones Dei vobis expositas: Piscator verò sic, *Pronuntiate, ac tollite vexillum*) i.e. *invitate vos mutuo ad conventum, in quo prophetiam hanc indicetis.* Istos autem sequuntur etiam Genev. & Belgæ; *Levez l' enseigne) afin d' assembler tous les fidelles, pour leur faire contempler les justes jugements de Dieu sur les Babyloniens: Levate signum) ad congregandos omnes fideles, ut ipsis contemplanda exhibeatis justa Dei judicia in Babylonios.*——**Werpt een baeniere op) om elk een tot een opmerkinge te verwecken, ende insonderheyt Gods volck als door een teecken ofte signael by een te roepen:** *Levate vexillum) ad excitandam omnium attentionem, præcipueq; ad convocandum Dei populum veluti signo sive symbolo:* quæ Belgarum expositio melior foret, si prius membrum, *ad excitandam attentionem*, ex ea omisissent.

5. Sed & isti, & reliqui illi tres, quanquam in eo laudandi, quod melius aliis mentem Prophetæ perspexerunt atque expresserunt, nec ipsi tamen eam penitus aut ad plenum assecuti sunt, neq; viderunt *mimesin* sive *hypotyposin* esse, qua Propheta, ad summam prophetiæ suæ de Babylonis excidio certitudinem declarandam, repræsentat illud tempus, quando urbe recenter expugnatâ, amandandi erant in omnes partes nuntii cursoresque, qui ingentem hanc Cyri victoriam populis significarent, ac longè lateque notam facerent. Hoc non satis animadversum ab istis, in causa fuit, ut putarent prophetam Judæos Fidelesque hic alloqui, iisve prophetiam de Babylonis casu indicari jubere: utque Tremel. *præterita* in hoc versu usurpata,——חתו הבישו, חת, הביש נלכדה, in *futura* converteret; quod & Piscator, quanquam in textu secutus non est, in scholiis tamen approbavit. Eo autem magis miror, hæc eos latuisse, quia frequentes admodum sunt in Prophetis hujusmodi *mimeses*; & quidem in simillimo negotio plus semel illæ occurrunt, ut Esa. 48.20. Jerem. 31.10. & 48.17. atque alibi sæpius. Illud quoque probandum nequaquam est in Piscatore, secutisque eum Belgis, quod hic rursus similitudinem à re bellica desumptam putant in eo, quod de erigendo vexillo, deque convocanda isto signo multitudine hic dicitur. Etenim ex hoc loco, ritè intellecto & perpenso, apertè colligitur, hunc fuisse in Oriente morem, ut magnarum rerum nuntii, & quæ toti populo notificandæ essent, locis opportunis extollerent signum, cujus conspectu homines de coëundo monerentur, ac quibus sic in unum locum congregatis, mandata sua palam exponerent. quæ certissima conjectura, magnopere etiam confirmatur ex Esa. 40.9. ac 52.7. Nah. 1.15. Jerem. 22.20. de

quibus

quibus locis alibi copiosius acturi sumus. Porro quòd hic, æquè ac Esa.62.10. per vexilli erectionem putamus, cum Tremellio cæterisque modò memoratis, ipsam populi convocationem designari (quæ scilicet erecto vexillo fieret) id nobiscum censet etiam R.Solomon, qui ad verba ista ושאו נם, brevem hanc, ut solenne ipsi, notam apponit, סימן אסיפה הוא, *signum id est congregationis*: quod tamen testimonium majoris momenti esset, nisi hanc expositionem, de contrahenda hominum multitudine, omnibus locis, in quibus *signi erectio* memoratur, Rabbi iste accommodaret. Jam quum ex hoc loco discamus, usitatam fuisse apud plagas Orientis erectionem vexilli, ad convocandos cœtus etiam non militares: planum inde fit, quod paulò ante dicebamus, non esse necessarium, ut cum plerisque Interpretibus putemus, desumptam esse à re militari *metaphoram* in omnibus illis locis, ubi Christus vexillo comparatur, cujus erectione Ecclesia convocetur, Fidelesque ad ipsum congregentur.

6. Quòd si è Scriptoribus externis decidi deberet hæc quæstio, tunc sanè pronuntiandum foret secundùm eos, qui dictam *metaphoram* statuunt in istis locis. Quanquam enim in Græcorum Romanorumque scriptis creberrimè memoratur *vexilli signi-ve erectio*, atque ad multiplices & diversissimos usus adhibita legitur: nullibi tamen extra res bellicas, quod sciam, ejus mentio fit, aut vexillum omnino usurpatum proditur in ulla togatorum cœtuum convocatione, aut ordinatione. nisi quis huc referre voluerit vexillum illud, cujus apud Romanos in coloniis deducendis usus fuit, ac cujus mentionem invenimus in Philippica secunda: *Casilinum coloniam deduxisti, quò erat paucis ante annis deducta, ut vexillum videres, & aratrum circumduceres*: itemque in Agraria secunda, *Tunc illud vexillum campanæ coloniæ, vehementer huic Imperio timendum, Capuam à Decemviris inferetur*. Sed quanquam coloniarum deductio, Romanis usitata, pacis potius quàm belli operibus videtur annumeranda; vexillum tamen, in ea adhiberi solitum, omnino videtur militare fuisse. Priscis enim temporibus non inermes, ut postea factitatum, sed armis probè atque in militarem modum instructos exiisse, qui in colonias proficiscebantur, summopere verisimile est. nam quod de militari colonia scribit Tacitus, Annal.12. cap.32. *Colonia Camalodunum validâ veteranorum manu deducitur in agros captivos, subsidium adversus rebelles, & imbuendis sociis ad officia legum*; idem in civilibus quoque coloniis spectatum antiquitus fuisse (præsertim quæ procul ab domo inter infestas gentes mittebantur) ut totidem essent Reipub. præsidia adversus hostes, clarè testatur

Cicero

Cicero Agrariâ secunda, *Quo in genere est operæpretium diligentiam majorum recordari; qui colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocârunt, ut esse non oppida Italiæ, sed propugnacula Imperii viderentur.* & apud Halicarnasseum quoque, lib. 7. id pro præcipua coloniæ deducendæ causa memoratur, Αἱ δ' ἀποστολαὶ τῶν κληρούχων ἀναγκαῖαι ἐγίνοντο, κοινῇ δόξαν ὑμῖν ἅπασι, διὰ φυλακῆς ἔχειν χωρία εἰς φυλακὴν ἐπιτήδεια, *Coloniarum deductiones fuerunt necessariæ, quum omnium consensu decrevissetis, custodienda esse loca præsidiis idonea:* similiterque apud Livium, *S.C. fecerunt, ut quoniam civitas Ardeatium intestino tumultu redacta ad paucos esset, coloni eò præsidii causa adversus Volscos scriberentur,* lib. 4. ca. 11. unde etiam factum aliquando, ut vix invenirentur qui in colonias nomina darent, quia in stationem prope perpetuam infestæ regionis, non in agros mitti se, homines rebantur: cujus rei exemplum est apud Livium, lib. 10. cap. 21. eodemque pertinet, quod ejusdem libri capite primo legimus, Æquos summâ vi adortos expugnare coloniam Romanam apud ipsos collocatam, *quod agrè paterentur velut arcem finibus suis impositam.*

7. Jam qui tali proposito in colonias emittebantur, armatos fuisse, ipsa ratio dictat: & testatur etiam Halicarnas. lib. 1. ubi pertractans causas occasionesque, ob quas apud Græcos Romanosque introductus primitus, ac postea usurpatus fuerit ille mos colonias emittendi, de omnibus universim inquit, ἐξέπεμπον ὅπλοις κοσμήσαντες ἐκ τῆς σφετέρας, *armis instructos ex patria dimittebant.* Vexillum itaque, aliud-ve signum militare, necessario ipsis usurpandum fuit: quum haudquaquam decorum sit, ut agmen armatorum hominum, quacunque occasione eductum, & conjuges quoque liberosque trahens, absque ejusmodi insignibus incedat. quare etiam in militaribus coloniis servatum, ut Veterani emeritique, qui in illas scribebantur, ita ducerentur: sub vexillo quidem, quando minori numero, sparsimque collecti; cum omnibus autem consuetis signis, quando universæ legiones cum tribunis ac centurionibus, & sui cujusque ordinis militibus deducebantur. quod posterius apertè testatur Higinus, his verbis, *Multis legionibus contigit bellum feliciter transigere, & ad laboriosam agriculturæ requiem primo tyrocinii gradu pervenire. nam cum signis, & Aquila, & ordinibus ac tribunis deducebantur.* & Brutus, in oratione, quam post Cæsaris necem in Capitolio habuit ad populum, Veteranos jam deductos alloquens, Συνῴκιζον ὑμᾶς εἰς ταῦτα ἀθρόους, ὑπὸ σημείοις καὶ συντάξει στρατιωτικῇ, *Eò vos deduxerunt frequentes sub signis & ordinibus.* Et civiles quoque illas colonias non semper unico vexillo usas, sed interdum,

terdum, quando numerosius agmen ducebatur, plura habuisse, æquè ac militum globi nimis ingentes non solent sub uno signo ordinari, (quod enim Appianus scribit, decem Evocatorum millia ab Octaviano, ὑφ' ἑνὶ σημείῳ, *sub uno vexillo* habita fuisse, planè extraordinarium est) colligere licet ex isto Plutarchi loco, in vita Gracchorum, Περὶ τὸν Καρχηδόνος κατοικισμὸν, πολλὰ κωλύματα γενέσθαι παρὰ τοῦ δαιμονίου λέγουσιν· ἥ τε γὰρ πρώτη σημαία, πνεύματος ἀφαρπάζοντος αὐτὴν, τοῦ δὲ φέροντος ἐγκρατῶς ἀντεχομένου, συνετρίβη, *Coloniæ, quæ Carthaginem deducebatur, multa quæ adversarentur, divinitus facta sunt. namque primum signum, quum vento id abripienti signifer validè reniteretur, confractum est:* ubi enim primum signum vexillum-ve nominatur, ibi plura fuisse oportet. Atque ex his satis apparet, vexillum, coloniis deducendis adhiberi solitum, quanquam posteriori ævo, dicis causa, in imbellis quoque plebis deductione usurpatum fuit, primitus tamen atque origine militare fuisse, quandoquidem *sub eo coloni, in agros lege definitos, quasi exercitus aliquis deducebantur,* uti de hac re loquitur Sigonius, lib. 2. de Antiquo jure Italiæ: quo in libro tota Coloniarum civilium ratio, uti Militarium libro tertio, accuratè eruditeque pertractatur: unde etiam pleraque Veterum testimonia, hîc à nobis allegata, depromsimus.

8. Discimus etiam ex Varrone, lib. 5. de lingua lat. prope finem, in censu agendo atque lustro condendo Vexillum Romæ adhiberi consuevisse. sed indidem unà intelligimus, hoc quoque vexillum ad militaria referendum esse: siquidem populus, quem ita sub vexillo ad urbem ducebant Censores, simulacro quodam rei militaris, tantisper exercitus faciem induebat, ideoque à Varrone *exercitus centuriati* vocabulo indigitatur. Idemque respondere possumus de comitiis centuriatis, ad quæ sub signis convenire solitum populum Romanum, Dionysius libro septimo tradit. namque & centuriones suos tunc habebant, & reliqua veluti in bello fiebant, sicuti ibidem scribitur, Ἐκάλουν μὲν οἱ ὕπατοι τὴν λοχῖτιν ἐκκλησίαν——συνῄει δὲ τὸ πλῆθος εἰς τὸ πρὸ τῆς πόλεως ἄρειον πεδίον, ὑπό τε λοχαγοῖς καὶ σημείοις τεταγμένοι, ὥσπερ ἐν πολέμῳ, *Consules comitia centuriata quum indixissent, coibat populus in campum martium extra urbem, sub ductoribus & signis ordinati, tanquam in bello:* quæ satis ostendunt, totam illam rem exercitui, quam populari conventui similiorem fuisse. idque magis etiam confirmatur ex iis, quæ Dion libro 37. scribit, hunc morem, cum armis ad comitia centuriata conveniendi, introductum fuisse (humilibus adhuc rebus Romanis) ex metu, ne populum in ferendis suffragiis occupatum, aut ipsam urbem, aliqui ex hostibus vicinis subitò per vim adorirentur,

μήποτε

μήποτε ἐκκλησιαζόντων σφῶν κατὰ τοὺς λόχους, ἐπιθῶνται τινὲς τῇ πόλει, quare etiam, donec peracta essent comitia, præsidium in arce Janiculi excubabat; sicuti ibidem, & apud Gellium lib.15.cap.27.è Lælio Fœlice narratur. quod totum negotium Nicolaus Gruchius, in commentario de comitiis Romanorum, & in posteriore ad Sigonium responsione, plenius persequitur.

CAPUT VII.

Qualis Vexillorum Signorumve erectio phrasibus נשא נס *&* הרים נס *significetur.* 2.*Versus 26. capitis quinti Esaiæ enarrandus suscipitur. suspicio mendæ in* לגוים *refellitur.* 3. מרחוק *ibi habere vim adjectivi, uti & Esaiæ* 49.1. 4.*Varii sensus phrasi* נשא נס *hic attributi ab Interpretibus.* 5. 6, 7. 8. *De triplici signi erectione, in præliis committendis usitata: putà,* 1. *qua miles aliquamdiu ante de futuro prælio monebatur, ut animum corpusque ac sua omnia in id pararet:* 2. *quum jam arma capienda: &* 3. *quum jam concurrendum esset.* 9.*Nostra opinio, per signum populis erectum, nihil aliud hic, nisi adventum ipsorum significari.* 10. *Argumentum pro ista expositione, depromptum ex postremo istius versus hemistichio* והנה קל מהרה יבוא *adverbialiter hic capiendum esse* קל, *uti & Joelis cap.3. vers.4.* 11.*Alterum pro ista expositione argumentum, petitum à* ישרק לו. *per* שרק ל *hic significari non congregationem aut convocationem sed vocationem, seu adductionem, uti etiam Esa.7.vers.18. & Zach 10.vers.8.* 12.13.*Signi erectionem, hic memoratam, esse eam, quæ in significanda atque edicenda profectione, tam mari quàm terra, usurpabatur.*

VExilli erectionem, quanquam in pace quoque suum habuit usum apud Orientem, uti modò ostendimus, ad bellica tamen negotia præcipuè pertinuisse, multis Scripturæ locis planum fit; de quibus & deinceps agere constituimus, quum in singulis ferè nonnihil sit, quod declaratione indigeat. sed antequam istuc aggredimur, præmonendum duximus, phrases illas נשא נס & הרים נס non quancumque vexillorum signorumve elevationem significare, neque eam, qua signa humeris imposita sublimiter gestantur, qua-ve manibus in altum sublatâ ostentantur; sed illam, qua signa vexilla ve in edito aliquo ac longè circum conspicuo loco destituuntur, atque ita defixa ad tempus relinquuntur. quare etiam in aliquot locis, ubi hæ phrases usurpantur, montium

montium mentio fit, in quorum cacuminibus nimirum signa collocarentur. Etiam Græci Latini-que phrases hebraicis illis planè geminas in eodem negotio atque intellectu usurpant; Græci quidem, σημεῖον, ἢ σύσσημον, ἐξαίρειν, ἐπαίρειν, &,quod omnium frequentissimum est, αἴρειν· Latini verò, *signum vexillum-ve erigere, extollere, & tollere.* sed præterea, peculiarem hic phrasin habent Latini, *proponere signum* (ad cujus imitationem Plutarchus suum ἐκθεῖναι σημεῖον, quo in Fabio utitur, formavit) quæ in Cæsare, Hirtio, Livio sæpius obvia, ad alteram illam erectionem, quæ manibus brachiisque protentis fit, nunquam extenditur, extendi-ve potest; quum reliquæ phrases, modò memoratæ, de illa quoque interdum dicantur. Hebræas autem, quanquam ex ipsarum vocum vi ad eam quoque pertinere queant, vix aliter usurpari, quàm de ea erectione, qua signum in sublimi collocatum proponitur, diligens locorum consideratio, in quibus ipsæ occurrunt, satis planum facit.

2. Inter locos, quos nunc declarandos suscepimus, primus se offert Esa.5.26. ונשא נס לגוים מרחוק ושרק לו מקצה הארץ והנה מהרה קל יבוא, ubi nequaquam audiendus est Musculus, qui putat primitus scriptum fuisse לגוי, cui *mem* per imprudentiam postea adjecerint librarii, decepti sequenti voce, quæ ab eadem litera incipit, quanquam id arrisit etiam Zuinglio & Tigurinis, qui verterunt, *Levabit signum genti, &c.* Nam quod pro hac conjectura allegat, *postea constanter in tota hujus vaticinii prosecutione singularem numerum retineri,* nullius momenti est: quum notissimum sit, ejusmodi permutatione numerorum nihil frequentius esse in Prophetis. præterea que hìc peculiaris ejus ratio reddi potest, allata nimirum à Calvino, ut significetur, *varios istos populos non fore multitudinem confusam, sed instar corporis, cui caput certum præsit ac dominetur:* quomodo ferè hoc post Calvinum exposuit etiam Mollerus, לו *refertur ad gentes, per enallagen numeri. nam & sequenti versu utitur singularibus verbis, loquens de pluribus gentibus, tanquam de una, ut ostendat, non fore multitudinem confusam, quæ temerè in arma ruat, sed quæ sub unum caput colligatur, cujus ductu & consiliis regatur tanquam una gens.* Et sanè eodem *numero*, quo nunc in hebraico ista vox legitur, eam legerunt Veteres Interpretes omnes: Græci, ἀρεῖ σύσσημον ἐν τοῖς ἔθνεσι· Syrus, נרים אתא לעממא. Hier. *elevabit signum in nationibus:* Chald. יזקיף את לעממיא· duo quidem priores, ut istam *numerorum* inæqualitatem, in suis linguis non adeo usitatam, devitarent, omnia ad versum 30. *verba* ac *pronomina*, quæ in Hebræo sunt *singularis numeri*, in *pluralem* mutaverunt: sed Hierony-

mus ac Chald. ibi quoque nihil inverterunt, omniaque conformiter Hebraico textui exhibuerunt.

3. Quantum ad מרחוק, plerique id *procul* aut è *longinquo* transferunt, atque ita cum נשא נס conjungunt: cui expositioni suffragari videtur sequens hemistichium, in quo מקצה הארץ, (מרחוק לו ex adverso respondens atque æquipollens) omnino cohæreat cum verbo ישרוק, & ne habeat quidem nomen cum quo construatur; pronomini autem לו vix aptè copulari possit, quanquam aliter visum fuit Hisp. utrique, transferenti, *silvara al que està en el cabo de la terra.* Tametsi autem ob hanc rationem ferri potest ista interpretatio, ego tamen malim מרחוק construere cum לגוים, ita ut non sit *adverbium è loco,* quæ tritior est ipsius significatio, sed *in loco* (quam ferè vim habet, quoties cum verbis עמד, התיצב ac similibus jungitur) & inter utramque vocem subintelligatur verbum substantivum, seu participium ipsius, τοῖς ἔθνεσι τοῖς οὖσι μακρὰν, *gentibus quæ procul sunt,* seu *procul absunt,* i. *gentibus procul dissitis, longinquis, longè remotis.* atque in hac interpretatione nobiscum sentiunt Græci, ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς μακρόθεν, & de Recentioribus nonnulli: Zuinglius, *genti peregrinæ seu longinquæ:* Tigur. *genti quæ procul est:* Osiand. *inter gentes procul dissitas, gentibus longinquis.* & Mariana quoque, quum prius parum commodè vertat, *ad gentes à longè,* id statim exponit, *quæ procul ab Hierosolyma distant:* sicuti Belgæ quoque in scholiis hanc interpretationem exhibent. Et eadem planè *ellipsis* in hoc ipso Propheta rursus occurrit, cap. 49. vers. 1 והקשיבו לאמים מרחוק, ubi rectè Zuinglius, *populi longinqui:* Castal. *remoti populi:* Tigur. *populi qui procul abestis:* Osian. *remoti longissimè:* & Forer. in comment. *remotissimæ quæque nationes.* & sic de Vernaculis Gallica utraque, *peuples lontains:* Hisp. utraque, *pueblos lexanos:* & Italus uterque, *popoli lontani.* etiam Abenesra, לאמים מרחוק' היושבי' בארץ רחוק, *habitantes in terra longinqua:* & Kimchi, העמים שהם מרחוק, *populi qui longè absunt.*

4. Ipsum verò נשא נס quod attinet; in quatuor aut quinque diversos sensus id hîc trahitur. Tremellio idem valet, ac si dictum esset, *Gentes excitavit Deus, ut perficerent judicium ipsius, tanquam datis signis militaribus:* similiterque Diod. *chiamandole all' essecutione de' suoi judicii, Vocando ipsas ad executionem judiciorum suorum.* Rabbi Solomon *congregationem* eo innui putat, æquè ac Esa. 62. 10. ירמוז להם רמזים להתאסף נשיאות נס——הוא סימן לקיבוץ בני אדם, *significationem eis dabit, ut congregentur, ac contra ipsos veniant. erectio vexilli signum est ad contrahendos in unum homines.* Alii magis specialiter

cialiter de collectione copiarum ac conscriptione exercitus hæc intelligunt. Borrhaus, *Militari phrasi utitur. solent conducturi milites, qui mereant, militaria signa levare, ad quæ scripti milites nomina dent, & militiæ sacramento se obligent:* Musc. *Quum dicendum esset, Evocabit gentes ad militiam, dixit, Levabit signum gentibus:* Osiander, *Deus conscribet exercitum è gentibus longinquis.* eademque videtur mens Zuinglii, *Quum Hebræi signum levare interim dicant de quovis signo ac symbolo dando, interim verò pro, signum militare proferre ac proponere, ut milites nomina dent, transtulimus, Et signum dabit peregrinæ genti:* itemque Forerii. *Describitur Deus, quasi Dux belli, qui signum jubet erigi, & sono tubæ milites convocat:* & Marianæ, *Ii sunt Babylonii, quos ad signa & bellum vocavit Deus.* Calvinus de signo pugnæ accipit: *à gentibus longinquis talem cladem eventuram dicit, & longinquitatem non fore impedimento, quominus vexillum erigens Dominus, momento Assyrios ad stragem edendam emittat. est autem metaphorica locutio, quoniam sublato signo milites ad nutum Ducis manus conserere, & in prælium ruere solent:* ita etiam Oleaster, *Significat Deum vocaturum Chaldæos & Assyrios, ad eos debellandos: & loquitur more Ducis, qui vexillo elevato vocat ad prælium milites.* & non absimilia affert Anglica Vetus, **He will make the Babylonians to come against them at his beck, and to fight under his standerd,** *Faciet Babylonios ad nutum suum venire contra ipsos, & pugnare sub vexillo suo.* Etiam Mollerus, quanquam expositioni tertio loco propositæ præcipuè adhærescit, Borrhaum secutus, hanc tamen ipsi quoque admiscet, *Solent, conducturi milites qui mereant, levare signa, seu vexilla expandere, ad quæ colligantur milites ex variis provinciis, & ubi nomina dederint, militiæ sacramento se obstringant. iidem proposito signo in prælia ruunt, & manus conserunt. Eò igitur initio hujus versus respiciens, inducit Deum quasi classicum canentem, & colligentem ad signum, quod erexit, copias militares, quas postea in Judæam immittat.*

5. Sanè istius signi, cujus erectione seu propositione daretur prælii committendi significatio, militesque ad conflictum vocarentur, multa passim est in Scriptoribus mentio, è quibus plurima testimonia collegit Lipsius De Milit. Rom. cap. 12. post quem non pigebit aliquid de hoc negotio dicere, quia ipse, diligentissimus aliàs hujusmodi rerum vestigator ac ordinator, omnia in unum acervum redegit, neque diversa tempora, variosque fines, in præliari isto signo proponendo observatos, secrevit aut notavit. Nos autem triplicem istius signi differentiam animadvertimus. Primum satis magno ante committendum prælium spatio proponebatur, quo admoniti de futuro con-

 flictu

flictu milites, sese bene præpararent, animosque & corpora ac arma quàm optimè curarent. Quippe Ducis est providere, ut milites animis prius firmatis, & corporibus quantum fieri potest refectis, in aciem educat: idque passim observatum legimus. Polybius lib. 3. cap. 112. de Varrone Consule, Τῇ δ' ἐχομένῃ δεῖ παρασκευάζειν καὶ θεραπεύειν παρήγγειλε γίνεσθαι πᾶσι· τῇ δ' ἑξῆς ἐξέταττε τὰ στρατόπεδα, καὶ δῆλος ἦν μάχεσθαι σπεύδων, *Sequenti die jussit ut omnes sese pararent atque curarent. postridie autem copias in aciem eduxit, apparebatque eum pugnæ committendæ avidum esse.* Herodotus in Calliope, de Mardonio: Ταῦτά σφι εἴπας, δεύτερα ἐσήμαινε παραρτέεσθαί τε πάντα, καὶ εὐκρινέα ποιέεσθαι, ὡς ἅμα ἡμέρῃ τῇ ἐπιούσῃ συμβολῆς ἐσομένης, *Hæc quum ipsis dixisset, deinceps injunxit ut omnia expedirent atque parata haberent: postridie enim prælium esse conserendum.* Curtius lib. 4. cap. 13. de Alexandro, *Sic incitatos, ad corpora curanda dimisit.* & Syllanus, ad oppugnanda hostium castra ducens, jamque iis propinquans; priusquam ea aggrederetur, *considere militem, atque cibum capere jubet*, Livius 28. 2. Idemque autor lib. 26. cap. 39. ait Martium milites suos, quos sequenti nocte in hostem ducturus erat, hortatum (quum iis consilium suum prius exposuisset) *Irent, corporaque curarent, ut castra hostium integri vigentesque irrumperent.* post quam adhortationem, *reliquum diei* (ait Historicus) *expediendis armis, & curatione corporum consumptum.* Julianum quoque, contra Alamanos pugnaturum, huic rei diligenter providisse, libro 16. narrat Marcellinus. plura ejusmodi exempla videri possunt apud Livium lib. 9. ca. 32. & lib. 21. cap. 54. & 55. & lib. 23. cap. 35. alibique passim apud ipsum atque alios historicos. Certè consilium Ulyssis, de milite jejuno ad dimicandum minime educendo (quod prolixè atque elegantissimè Ἰλ. τ. exequitur Homerus) salubertimum est, omnibusque rei militaris peritis probatissimum; quia alioqui, si diutius duraverit prælium, metuendum est (uti ibidem egregiè hoc exponitur) ne vires militem, fame simul ac prælio fessum, deficiant: id quod Asdrubalis exercitui evenisse memorat Livius (lib. 28. cap. 15.) quem matutino tumultu oppressum coëgerat Scipio, priusquam cibo corpora firmarent milites, in aciem exire. & lib. 27. cap. 15. scribit idem autor, Marcellum milites suos pugnaturos *jussisse cibo corpora firmare, ut si longior esset pugna, viribus sufficerent.* Et rectè Vegetius lib. 3. cap. 11. *Veteribus seculis mos fuit, parco cibo curatos milites ad certamen educere, ut citatiores sumpta redderet esca, & longiore conflictu non fatigarentur inedia.*

6. Ob has igitur causas, aliquot ante horis de futura dimicatione per propositum signum milites præmonebantur, nimirum primâ statim

tim luce: de quo Plutarchus in Antonio, Ὡς ἑώρα τοὺς Πάρθους κύκλῳ περιχεομένους, καὶ προσπεσεῖν καθ' ὁδὸν αὐτῷ ζητοῦντας, ἐξέθηκε μὲν τὸ τῆς μάχης σύμβολον ἐν τῷ στρατοπέδῳ, καθελὼν δὲ τὰς σκηνὰς, ὡς ὁ μαχεσόμενος, ἀλλ' ἀπάξων, παρημείβετο τὴν βαρβάρων τὴν τάξιν, *Quum videret Parthos undique circumfundi, ipsumque in itinere aggredi quærentes, pugnæ signum in castris proposuit. postea tamen detensis tabernaculis, tanquam non pugnaturus sed profecturus, barbarorum aciem prætergressus est*: & rursus in Marcello, Ἅμα δὲ ἡμέρα προὔκειτο ὁ φοινικοῦς χιτὼν, ὡς εἴωθε, μάχης ἐσομένης σύμβολον, *Ipso diei ortu proposita fuit purpurea tunica, in signum futuræ pugnæ.* atque isti loco germani sunt duo alii, qui ex ejusdem autoris Fabio ac Bruto à Lipsio allegantur. Quod igitur Isidorus scribit (lib.19.cap.22.) tunicam russatam, quæ indicium atque admonitio esset futuræ pugnæ, solere ante principia poni pridie quàm dimicandum esset, non habet veritatem, saltem perpetuam. interdum tamen ita factum, præsertim quando diluculo & sub ortum diei pugna erat ineunda, credibile est: quum tunc omnino necessarium fuerit, ut præcedenti die milites sese ad prælium parare monerentur. & exemplum habemus in Scipione, qui pridie ejus diei, quo *vixdum satis certa luce* Pœnorum exercitum aggressus est, *tesseram vesperi per castra dedit, ut ante lucem viri equique pransi essent; armatus eques frænatos stratosque equos teneret.* ubi quod tesseræ tantum, ac nulla signi propositi mentio fit, ex eo non sequitur, signum propositum non fuisse: quum historici persæpe in hoc negotio, aliisque ubi ejus usus erat, mentionem ejus omittant, utpote rei pervulgatissimæ, atque ex ipsa gestorum serie per sese intelligendæ. ob quam causam tesseræ quoque ac classici mentione, ubi ea opportuna erat, sæpissime supersedent. & tamen non improbabile est, signi erectionem in hoc casu (uti & in reliquis, ubi adhiberi consueverat) haud adeo solennem fuisse, quin subinde omissa fuerit, classico duntaxat & tesserâ (quæ & cum ipsa usurpari sueta) provinciam istam explentibus.

7. Præter hoc signum, cujus erectione milites aliquanto ante de futuro prælio monerentur, legimus etiam de altero; quo proposito, jam arma capere, atque in ordines ire oporteret. Hujus ordinis est locus Lipsio allegatus è Cæs.2.Gall. *Cæsari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum, quod erat insigne cum ad arma concurri oporteret*; & quos præterea ex libro de bello Hispan. & ex Livii lib.6. cap.12. adducit. huc quoque pertinet istuc Halicarnassei lib.6. Ἐπειδὰν τὰ σημεῖα ἤρθη παρ' ἑκατέρων τῆς μάχης, προῆλθον εἰς τὸ μεταξὺ χωρίον ἀμφότεροι, καὶ ἐξέτασσον τὰς δυνάμεις· *pugnæ signo apud utrosque sublato, in medium*

campum

campum ambo progressi, acies instruebant. & probabile est, de hoc quoque signo intelligenda Livii verba lib. 10. cap. 40. & lib. 23. cap. 29. & lib. 25. cap. 37. huc quoque refero illud ex ejusdem autoris lib. 36. cap. 18. *Luce primâ signo pugnæ proposito, instruit aciem Consul:* qui tamen locus fortasse primæ classi adjudicandus fuerit. atque idem dicendum de isto quoque loco, lib. 9. cap. 32. *Sole orto signum pugnæ propositum est, armatiq́; in aciem procedunt.*

8. Tandem de tertio adhuc in hac re signo legimus quod non nisi militibus jam armatis, atque in acie stantibus, extollebatur, ac quo conspecto scirent milites sibi jam concurrendum esse, atque initium pugnæ faciendum: idque tam in navali, quàm in pedestri pugna. De hoc signo locus est egregius apud Polybium, lib. 2. cap. 66. Σύνθεμα δ' ἦν τοῖς μὲν Ἰλλυριοῖς, τότε ποιεῖσθαι τὴν ἀρχὴν τῆς πρὸς τὸν λόφον προσβολῆς, ὅταν ἴδωσιν ἀρθεῖσαν ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Ὄλυμπον τόπων σινδόνα· τοῖς δὲ Μεγαλοπολίταις καὶ τοῖς ἱππεῦσι παραπλησίως, ἐπὰν φοινικὶς ἀρθῇ παρὰ τοῦ Βασιλέως, *Pro signo datum erat Illyriis, ut collem aggredi inciperent, quum ex partibus Olympi viderent sindonem in altum sublatam. Megalopolitis autem & equitibus similiter, quum à Rege sublata foret vestis punicea.* Inter locos etiam illos à Lipsio citatos, ubi modò diximus, sex sunt, ad hanc rem insignes, unus ex Ammiani lib. 27. alter ex Hirtio de bello Alex. tertius ac quartus ex Thucid. lib. 1. atque ejus scholiaste, quintus ex Halicarn. lib. 10. & sextus è Polyæni libro secundo. Istis locis alios adhuc addimus ex propria observatione. Cæsar 3. Civ. *Tertiæ aciei totique exercitui imperavit, ne injussu suo concurreret: se, quum id fieri vellet, vexillo signum daturum.* Thucyd. lib. 7. Οἱ Ἀθηναῖοι ἐπέπλεον αὐτοῖς· οἱ δὲ Κορίνθιοι τὸ μὲν πρῶτον ἡσύχαζον· ἔπειτα ἀρθέντος αὐτοῖς τοῦ σημείου, ἐπεὶ καιρὸς ἐδόκει εἶναι, ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους, καὶ ἐναυμάχουν, *Athenienses adversus ipsos profecti sunt. Corinthii verò, quum primò quievissent, postea sublato iis signo, quum opportunum videbatur, contra Athenienses progressi, navale certamen conseruerunt.* Dionys. lib 6. Καὶ ἐπειδὰν τὰ σημεῖα ἤρθη τῆς μάχης, πρῶτος ὁμόσε τοῖς ἐναντίοις ἐχώρει, *quum pugnæ signa sublata essent, primus in hostes ivit.* Et lib. 8. Ἐπειδὰν τὰ σημεῖα ἤρθη τῆς μάχης, διασπάσαντες κατὰ πολλὰ μέρη τὸν χάρακα ἐμπίπτουσιν αὐτοῖς, *Signis pugnæ sublatis, vallum in pluribus locis vellentes irruunt in eos.* rursusque eodem libro, Προελθόντων ἐκ τοῦ χάρακος τῶν Ἑρνίκων εἰς τὸ πεδίον ἐν τάξει, καὶ τὰ σημεῖα ἀράντων τῆς μάχης, ἀντεξῆγε καὶ αὐτὸς τὴν δύναμιν, *Quum Hernici è castris in campum acie ordinatâ prodiissent, ac signa pugnæ sustulissent, ipse quoq́; copias produxit.* Diodorus lib. 19. Ὧν Εὐμένης ὁρῶν τὴν προθυμίαν, ἦρε τὸ σύσσημον, δι' οὗ παρεσήμαινε τοῖς μὲν σαλπιγκταῖς τὸ πολεμικὸν σημαίνειν,

σημαίνειν, τὴν δὲ δύναμιν ἀλαλάξαι πᾶσαν, *Quorum* [*militum suorum*] *alacritatem conspiciens Eumenes, signum sustulit, quo & tubicines excitavit ad classicum canendum, & copias ad tollendum universim clamorem.* ubi notari potest ordo inter signi erectionem & classicum, ut nimirum ista præcedat, hoc sequatur. id quod observare etiam licet ex altero ejusdem authoris loco, lib.13. Τοῦτον τὸν τρόπον αὐτῶν ἐξηρτυμένων, οἱ μὲν ἡγεμόνες αὐτῶν ἦραν τὸ σύσσημον τῆς μάχης, οἱ σαλπιγκταὶ δ' ἀφ' ἑνὸς παραγγέλματος ἤρξαντο σημαίνειν τὸ πολεμικὸν, *Hoc pacto quum utrique instructi essent, Duces signum pugnæ sustulerunt, tubicinesque confestim classicum canere cœperunt.* Plutarchus Antonio, Ὡς δὲ τὸ σημεῖον ἤρθη, καὶ προσεφέροντο μετὰ κραυγῆς, *Quum sublato signo, pedem inferrent cum clamore.* Libanius, in ecphrasi pugnæ terrestris, Θήξαντες δ' οἱ στρατηγοὶ ταῖς παρακλήσεσι τῶν μαχουμένων τὰς γνώμας, ἐκέλευον αἴρειν τὰ σημεῖα, καὶ ἤρξαντο τοξόται τῆς μάχης, *Quum Duces cohortando militum animos acuissent, jusserunt signum tolli* [malè Interpres, *signa inferri*] *statimque sagittarii initium pugnæ fecerunt.* Ammianus lib.19. *Quidam ex eis——marha, marha, quod est signum apud eos bellicum, exclamavit. Eumque secuta incondita multitudo, vexillo elato repentè barbaricio, ululans ferum in ipsum Principem ferebatur.* Atque ex hoc more est, quòd Appianus 2. Civil. scribit Attilium à quodam satellitum, qui magno numero Gracchum comitabantur, interfectum, Οὔτε σημείου τινὸς ἐπαρθέντος, οὔτε προστάγματος πω γεγονότος, ἐκ μόνης τῆς εἰς Ἀττίλιον Γράκχου δριμύτητος εἰκάσας ἤδη τὸν καιρὸν ἥκειν, *Quum neque signum aliquod sublatum, neque aliter id imperatum esset, ex sola Gracchi in Attilium torvitate suspicatus tempus* [*incipiendæ cædis*] *venisse.* atque ad hoc signum respici quoque puto istis Ammiani verbis, extremo libro 31. *Gothos, dispersos per varias civitates & castra, datis tectioribus literis ad eorum rectores Romanos, universos, tanquam vexillo erecto, uno eodemque die mandavit occidi.*

9. Jam quum tantopere usitata fuerit illa pugnæ committendæ per vexillum erectum significatio, & sermo hic sit de copiis bellicis à Deo in Judæam immittendis ad pugnas & strages edendas; haud improbabilis est eorum opinio, qui de signo præliari hic loqui Prophetam putant. Sed & illi haud aspernandi, qui signum collectionis aut conscriptionis militum intelligunt: quum magni exercitus, & procul in expeditionem ducendi, non soleant sponte coire, ac temerè confluere, sed certâ solennique ratione atque ordine convocari ac congregari. & in hoc quoque negotio familiarem fuisse signi erectionem, infra docebimus: sicuti ipsius usum, in aliorum cœtuum adunatione, jam supra monstravimus. Ego tamen malim hunc locum ita capere,

ut

ut per signum populis erectum propriè ac proximè nihil aliud, nisi ipsorum adventus significetur. nobiscum sentit Stephanus, ita exponens, *Erecto vexillo vocabit Babylonios contra Judæam* : & Pisc. *adducit hostilem exercitum*. Etiam Esraides ונשא׳ כאלו ישא נם לכל גוי עד שיבא להלחם עם ישראל, *Et eriget*, i.e. *quasi eriget vexillum omni genti, ut veniat ad bellandum cum Israele*. & Kimchi, ונשא נס׳ כאלו האל ישא להם נם וכאלו ישרוק להם שיבאו לא״י להחריבה ועניינם שיעיר את־רוחם לבוא מהרה, *Et eriget signum*, i.e. *Deus quasi eriget ipsis vexillum, & quasi sibilabit ipsis, ut veniant in terram Israelis ad vastandam ipsam : quo significatur, quod animum ipsorum excitabit ad veniendum cito*. similiterque Belgæ (qui tamen vocem *vexillum* aliene de ipso hostili exercitu exponunt, **een leger der vyanden**) **hy sal haer een teycken geven, datse comen, ende het Jootsche volk overvallen : ofte, salse aenlocken, ende tegen het Jootsche volk opmaecken**. *Signum ipsis dabit, ut veniant, & populum Judaicum invadant: sive, illiciet, ac contra Judæos pertrahet*. & Raschi quoque ac Anglica Vetus hunc sensum attingunt, diversæque expositioni admiscent, sicuti ex verbis ipsorum supra allatis apparet.

10. Cur autem hanc expositionem potius sequendam arbitrer, duæ sunt rationes. una petita est ex ultimo hujus versus commate, והנה מהרה קל יבוא, ubi קל (ut hoc prius expediamus) neque est *adjectivum*, sicuti multi putaverunt, inter quos Abenesra, qui vult esse תואר הבא : & si esset, non tamen deberet verti *levis*, quomodo verterunt Pagn. Munst. Calvin. Cast. For. Moll. Oleast. Marian. Hisp. utraque; sed potius *velox*, sicuti transtulit Luth. (**schnell**) Trem. Pisc. & Pagn. in Dict. quod utrunque conjunxerunt Zuing. Tig. & Mariana. Sed revera est *adverbium* uti nobiscum existimavit Syrus, reddens קללאית, & Kimchi, exponens בקלות : itemque Hieron. Borrh. Merc. in Dict. qui *velociter* reddunt : quomodo etiam Angl. Vetus, **with speed** : Nova, **swiftly**; & Belg. **snellyck** vertunt. Græci quoque pro adverbio habuerunt, sed minus bene verterunt κούφως, pro ὠκέως. Gallis autem, Genevensibus, & Diodato, licuit *legerement*, *leggermente* vertere, quia istæ voces, æquè ac Hebræum קל, propriè quidem *levitatis*, sed præterea etiam *celeritatis* seu *velocitatis* intellectum habent. Ista autem vox קל non hic tantùm adverbialiter sumitur, sed & Joelis 3. ver. 4. (aliis vers. 9.) ibi quoque cum מהרה ἐν παραλλήλῳ juncta קל מהרה אשיב גמולכם, eandemque significationem habens : sicuti animadverterunt tum è Vernaculis plerique (Hisp. utraque *presto* : Ital. *subito* : Diod. *tosto* : Genev. *vistement* : Anglica

glica

glica utraque, **swiftly**) sed & Græci, ὀξέως: Syr. בעגל: Hieron. & Drus. *cito*: Castal. *celeriter*: Marinus, *festinanter*: quæ versiones præferendæ illi Stephani, qui *festinus*, & Schindleri, qui *celer*, alteriusque qui *velox*, uti & Pagnini, qui *leviter* vertit: multò autem magis Munsterianæ, *leve est ut velociter reddam*, & Tigurinorum, *Facile est ut velociter rependam*, necnon Gallicæ Veteris, quæ adhuc aliter, & vocabulum hoc cum præcedentibus connectens, *Si vous me rendez la pareille, c'est chose legere: je vous rendray, &c.* Quum autem his verbis קל מהרה יביא haud dubiè declaretur effectus, quem priore versus parte sibi propositum habet Propheta; satis patet, nihil aliud ibi innui, nisi procurationem adventûs hostium, ad quos in Judæam vocandos, signum erigi jubeatur.

11. Hoc autem amplius etiam confirmatur ex secundo hujus versus membro, ושרק לו מקצה הארץ, quod cum priori, ונשא נס לגוים מרחוק, synonymè conjunctum sit, eandemque sententiam sub aliis verbis iteret, vix potest ad ullam earum expositionum, quas modò memoravimus, trahi, aliter-ve quam de simplici advocatione commodè intelligi. Itaque Osiander Hieronymi *sibilabit ad eum* ita exponit, *ut sibilo suo eum in Judæam vocet*: idemque sibi vult hoc Borrhai scholion, *Deum etiam potentissima regna facile sibilo oris sui vocare quo velit*; & Piscatoris, *Sententia est, sibilando ad unamquamque ex illis gentibus, advocabit illam huc ad vos invadendum.* atque ad hanc mentem Lutherus ושרק לו vertit, **er wird dieselbige locken**, *alliciet ipsos*: & Castal. *eos sibilo vocabit*: ac Tremell. *sibilans advocaverit ad se.* Sunt quidem qui *convocationem* ac *congregationem* potius quàm *vocationem* hîc intelligant, ut Jarchi, ושרקן אף הוא סימן לקיבוץ, *Et sibilabit) etiam hoc est signum congregationis*: & Mollerus, *Sibilabit ei)* i. *sibilando convocabit istum, q.d. minimo negotio evocabit milites, quemadmodum scilicet pastores sibilo convocant oves*: ac Mariana, *à locis remotis convocabit eos.* Sed istam expositionem redarguit Esa. 7.18. וישרק יהוה לזבוב—ולדבורה, ubi quum ipsa locum habere vix possit, nostra unicè quadrat, sicuti apparet quum ex ipso textu, & ex eo quod statim subjungitur; ובאו, tum ex consensu Interpretum. quotquot enim hanc vocem vel liberius transferunt, vel appositis scholiis commentariis-ve explicant, eam non de *convocatione*, sed de *vocatione* intelligunt; uti videri potest apud Steph. Calv. Castal. Borrh. Moller. Osian. Oleast. qui omnes שרק *sibilo vocare, sibilo adducere*, aut *sibilo evocare* exponunt. Objici potest Zach.10.8. אשרקה להם ואקבצם, ubi שרקה videtur apertè poni pro signo congregationis,

in-que eam sententiam ierunt plerique Interpretes. Steph. *Sibilabo eis*) i. *quasi sibilo congregabo* : Marian. *id est, ut sibilo eos convocem* : Ital. *jo gli fischiarò*) *gli aunnarò facilmente con un fischio* : Genev. *je les siffleraj*) *je les appellerai pour s'assembler vers moi* : similiterquè Chaldæus, אכלי לכנשא גלותהי, *exules ipsorum vocabo ad congregandum se.* Etsi autem negari non potest, quin ista expositio huic loco optimè quadret, non esse tamen necessariam, alteramque hic quoque adhibendam existimamus: id quod nobiscum nonnulli quoque Interpretes putaverunt. nam Drusius *sibilabo eis* παρασυρίξω, *sibilo advocabo eos* : & Raschi ita scribit ad hunc locum, אשרקה להם׳ כדרך השולקים לסימן אות לבוא אליו הטועה בדרך, *Sibilabo eis*) *more illorum, qui sibilant ut signum ad se veniendi dent iis, qui à via aberraverunt.*

12. Itaque ונשא נם לגוים nihil aliud valet, quàm quod Deut. 28.49. (ubi eadem res tractatur, eædemque minæ Judæis intentantur) omisso figurato loquendi genere dicitur, ישא יהוה עליך גוי, *adducet Dominus contra te gentem.* Quod siquis quærat, quomodo ad militiam pertineat signi erectio cum isto intellectu, quem nos ei hic attribuimus; sciat hic allusum ad *signum expeditionale* seu *itinerarium.* Hoc dico signum, quo admonebatur miles de castris movendis, deque itinere ingrediendo, sive expeditione suscipienda: cujus in Oriente atque apud Persas usum, discimus ex Curt. lib. 3. cap. 3. *Patrio more Persarum traditum est, orto sole demum procedere. Die jam illustri, signum è tabernaculo Regis buccinà dabatur. super tabernaculum, unde ab omnibus conspici posset, imago Solis Crystallo inclusa fulgebat.* & apud Macedones quoque, quum prius non usurpassent, id ab Alexandro institutum fuisse, idem narrat libro quinto: *Tuba, quum castra movere vellet, signa dabat, cujus sonus plerumque, tumultuantium sonitu exoriente, non exaudiebatur. Ergo perticam, quæ undique conspici posset, supra prætorium statuit, ex qua signum eminebat, pariter omnibus conspicuum.* & de hoc signi genere capiendus est etiam Marcellinus lib. 24. ubi naves militesque, ad trajiciendum flumen destinati, signo erecto memorantur emissi, *Retento secum classis robore firmiore, quam in tres diviserat partes, unam cum Victore Comite quiete prima noctis emitti disposuit, ut flumine raptim transmisso ripæ occuparentur hostiles. Quod quum acri metu territi duces concordi precatu fieri prohibere tentarent, neq; destinationem flecterent principis: sublato vexillo, ut jussum est, evolant è conspectu quinq; subito naves.* & post pauca, *Eo momento turbati quidam milites, veritiq; ne post signum remanerent erectum, scutis —— proni firmius adhærentes —— per voraginosum amnem velocitatem comitati sunt navium.*

13. Ab ista autem signi sublatione, qua milites monentur ut ad iter se accingant, aliquantum diversa est illa, qua milites jam incedentes redduntur certiores, quod iter capessere, & quam in partem pergere debeant: qua de re loquitur Xenophon 7. παιδείας, Ὁ δὲ Κροῖσος νομίσας ἤδη ἐγγύτερον τῶν πολεμίων εἶναι τὴν φάλαγγα——ἦρε τοῖς κέρασι σημεῖον, μηκέτ' ἄνω πορεύεσθαι, ἀλλ' ἐν τῇ χώρᾳ στρέφεσθαι, *Crœsus ratus phalangem jam hostibus propinquam esse, cornibus signum sustulit, ut ne amplius ad superiora procederent, sed in loco se converterent.* Sed & in mari ac classibus usurpatam legimus hanc signi sublationem, signumque è prætoria navi ostensum, utroque hoc officio simul fungi solere, ut eo tota classis moneretur & de itinere suscipiendo, & quorsum cursus dirigendus esset. De hoc signo, quod plerumque erat fax accensa, Seneca in Agamemnone,

Signum recursus regiâ ut fulsit rate,
Et clara lentum remigem monuit tuba,
Aurata primas prora signavit vias,
Aperitq; cursus, mille quos puppes secent.

Et Virg. 2. Æneid.

Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat——
Littora nota petens, flammas quum regia puppis
Extulerat.——

Itemque 3. Æneid.

Dat clarum è puppi signum: nos castra movemus,
Tentamusque viam, & velorum pandimus alas:

necnon Dio (agens de Cleopatra aufugiente è pugna Actiaca) αὐτή τε εἰς φυγὴν ἐξαπιναίως ὥρμησε, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὑπηκόοις σημεῖον ἦρε, *ipsa fugam repentè arripuit, & subditis ut idem facerent signum sustulit:* qui locus planissimè videtur adversari ei, quod nos supra, capitis quarti § 2. diximus, *Inauditum esse, ut fugæ signum daretur.* sed nos ibi de Ducibus ac militaribus viris locuti sumus, quum hic sermo sit de fœmina, ea-que non virili & dimicatrice, quales multæ fuerunt, sed una omnium delicatissima atque dissolutissima, quæ Antonium comitata non ut pugnæ socia, sed spectatrix futura, ac non tam ad bellum, quàm ad certam victoriam & triumphum, non est mirum si inexpectatâ hostium fortitudine exterrita, quanquam in neutram adhuc partem inclinante exitu, omnia contra rationem egit, ac non modò ipsa in medio certaminis calore fugam arripuit, sed & suis sequendi signum dedit. Videtur quidem huic Dionis loco similis iste Polyæni è libro quinto, ubi non jam de fœmina, sed bellico Duce narratur, quod

quod σημεῖον ἄρας, ἀκρίτου ἔτι τῆς ναυμαχίας οὔσης, ἀπῆλθεν ἐς τὸν λιμένα, *Pugnâ adhuc ancipiti, signum tollens* [*ut reliquæ naves se insequerentur*] *ad portam abiit*. sed neque expressa hic fugæ mentio; & historiam propius intuenti apparebit, non fugæ hoc signum fuisse, sed receptûs, quo nihil frequentius in re militari. De navali itineris signo iterum loquitur idem Polyænus li.6. ἐκέλευσεν ἄραι τοὺς λαμπτῆρας, οἷς αἱ τοῦ Διονυσίου νῆες εἵποντο, *jussit extolli faces, quas Dionysii naves sequebantur*. etiam istud Herodoti, lib.7. cap.128. Ἐσβὰς ἐς Σιδωνίην νέα, ἀνέδεξε σημήιον καὶ τοῖσι ἄλλοισι ἀνάγεσθαι, *conscensa Sidonia navi, reliquis quoque navibus proficiscendi signum extulit*, planissimè huc pertinet. Brissonium enim, qui de signo tuba dato intelligit (lib.3. de regno Persarum) redarguit verbum ἀνέδεξε, quod propriè significans *monstravit, ostendit*, nequaquam tubarum clangori convenit, sed signum istud aspectabile ac visui expositum fuisse convincit.

CAPUT VIII.

נשפה Esa.13.2. quod Chaldæus tranquillum, *Græci* campestre, *& Hieron.* caliginosum *reddidit*, excelsum *potius significare*. 2. על הר נשפה שאו נם *à nonnullis ita exponi, ut per* הר נשפה *Babylon intelligatur: quo casu* שאו נם tollite signa, *dictum esse pro* sublatis signis incedite: *ad quam phrasin multa è Græcis Latinisq; Scriptoribus adferuntur*. 3. *Istâ interpretatione admissâ, quis sensus sit reliquæ partis ejusdem versus*, הרימו קול להם הניפו יד: *quorum verborum occasione, atque ad ipsa amplius illustranda, declaratur Esa.10.32.* עוד היום בנוב לעמד ינפף ידו הר בת ציון. 4. *Alia istius sententiæ explicatio, quâ* הר נשפה *de Babylone accipitur*. 5. *Probabiliorem esse eorum opinionem, qui hæc non de Babylone, sed de monte propriè dicto intelligunt, atq;* על *non pro* contra, *ut præcedentes, sed pro* præpositione in loco *habent. vulgaris ac vera sententia, per vexilli erectionem hic denotari militum collectionem; quod de collectione per Delectum peculiariter intelligendum sit*. 6. *Diversis aliis Scripturæ testimoniis confirmatur ille mos. erigendi vexillum ob Delectum. etiam tubæ clangorem in hac re adhiberi consuevisse*. 7. *Romanis quoque usitatam fuisse istam consuetudinem, proponendi vexillum Delectûs causâ*. 8. *Istorum verborum* הרימו קול להם הניפו יד ויבאו פתחי נדיבים *expositio nova. veræ præcedentium verborum expositioni congruens, affertur. Per* נדיבי' *hic videri intelligendos Præfectos militares infra summum*

mum constitutos. 9. הר & נס collectivè *posita esse*, & pluralium *vim habere.* 10. *Insignis Græci Interpretis error in vertendo isto membro* ויבאו פתחי נדיבים.

PRoximus locus, in quo militaris vexilli signi-ve erectio memoretur, itidem est in Esaia, cap.13.vers.2. על הר נשפה שאו נס, ubi Solomon Jarchi נשפה exponit בוטח ושוקט *securus ac tranquillus*, secutus, ut moris ipsi est, Targumistam, qui הר נשפה transtulit, כרכא דיתב' שליוא, *urbem quæ tranquilliter degit*, respiciens nimirum ad certum hujus vocis in Chaldaica lingua intellectum, cujus exemplum hic à Kimchio è Talmude affertur, אכלום בעליהם שלש שנים בשופי, & plura ejusdem generis in locupletissimo Buxtorfii Dictionario exhibentur. Græci נשפה reddiderunt πεδινὸν, *campestrem*, ipsi quoque respicientes ad Syriacam linguam, in qua שפי *æquare* & *complanare* denotat: in quo sensu ab Interprete Syro usurpatur pro ישר Esa.45.2. pro פנה Mal.3.1. & pro סלל Esa.57.14. itemque Prov.15.19. ubi דרך סלולה redditur אורחתא שפין: sicuti etiam Esa.40.4. nomen שפיא pro Hebræo מישור usurpatur. Sicuti autem Græci, ita ipse quoque Syrus ex suæ linguæ usu נשפה interpretatus est, טורא שפיא, *montes plani.* Nonnulli ex Hebræis, uti discimus ex Abenesra, deducunt נשפה à נשף, quos secutus est Hieron. vertens *caliginosum.* Ast ipse Esraides mavult significare נבוה *altum*, quomodo & Kimchi in Diction. exponit; in comment. verò ad hunc locum, גבוה ונשא *altum editumq;*. atque istis Recentiores omnes (præter Forerium duntaxat, qui ex nuda conjectura נשפה pro montis *nomine proprio* habet) accedunt, & *excelsum, editum*, aut *eminentem* vertunt. Et ista expositio mihi quoque præ cæteris arridet: tum quia נשפה multò probabilius à שפה quàm à נשף derivatur, tum quod in ista derivatione *excelsitatis* notionem reliquis præferendam & sensus loci convincit, & cognatum vocabulum שפיים adfirmat. Hoc enim octiès in Esaia ac Jeremia obvium, semper *loca eminentia edita-ve* significat, sicuti vel ex sola locorum inspectione omnibus statim patet, quare etiam Recentiores Interpretes cum Rabbinis unanimitèr in illam expositionem ierunt; quum Veteres mirificè in isto vocabulo hallucinati sint: qua de re alibi plura dicturi sumus.

2. Quod autem Chaldæus הר vertit כרכא *urbem munitam*, id ideo factum, quia על accipiens non pro *super*, sed pro *contra*, per הר נשפה putavit ipsam Babylonem *metaphoricè* designari, sicuti Jerem.51. vers.25. perspicuè *montis* appellatione afficitur, atque הר המשחית

in-que eam sententiam ierunt plerique Interpretes. Steph. *Sibilabo eis)* i. *quasi sibilo congregabo.* Marian. *id est, ut sibilo eos convocem*: Ital. *jo gli fischiarò) gli adunarò facilmente con un fischio*: Genev. *je les siflerai) je les appellerai pour s'assembler vers moi*: similiterque Chaldæus, אכלי לכנשא גלותהי, *exules ipsorum vocabo ad congregandum se*. Etsi autem negari non potest, quin ista expositio huic loco optimè quadret, non esse tamen necessariam, alteramque hic quoque adhibendam existimamus: id quod nobiscum nonnulli quoque Interpretes putaverunt. nam Drusius *sibilabo eis* [illegible], *sibilo advocabo eos*: & Raschi ita scribit ad hunc locum, אשרקה להם׳ כדרך השולקים לסימן אות לבוא אליו הטועה בדרך, *Sibilabo eis) more illorum, qui sibilant ut signum ad se veniendi dent iis, qui à via aberraverunt.*

12. Itaque ונשא נם לגוים nihil aliud valet, quàm quod Deut. 28.49. (ubi eadem res tractatur, eædemque minæ Judæis intentantur) omisso figurato loquendi genere dicitur, ישא יהוה עליך גוי, *adducet Dominus contra te gentem*. Quod siquis quærat, quomodo ad militiam pertineat signi erectio cum isto intellectu, quem nos ei hic attribuimus; sciat hic allusum ad *signum expeditionale* seu *itinerarium*. Hoc dico signum, quo admonebatur miles de castris movendis, deque itinere ingrediendo, sive expeditione suscipienda: cujus in Oriente atque apud Persas usum, discimus ex Curt. lib. 3. cap. 3. *Patrio more Persarum traditum est, orto sole demum procedere. Die jam illustri, signum è tabernaculo Regis buccinâ dabatur. super tabernaculum, unde ab omnibus conspici posset, imago Solis Crystallo inclusa fulgebat.* & apud Macedones quoque, quum prius non usurpassent, id ab Alexandro institutum fuisse, idem narrat libro quinto: *Tuba, quum castra movere vellet, signa dabat, cujus sonus plerumque, tumultuantium sonitu exoriente, non exaudiebatur. Ergo perticam, quæ undique conspici posset, supra prætorium statuit, ex qua signum eminebat, pariter omnibus conspicuum.* & de hoc signi genere capiendus est etiam Marcellinus lib. 24. ubi naves militesque, ad trajiciendum flumen destinati, signo erecto memorantur emissi, *Retento secum classis robore firmiore, quam in tres diviserat partes, unam cum Victore Comite quiete prima noctis emitti disposuit, ut flumine raptim transmisso ripæ occuparentur hostiles. Quod quum acri metu territi duces concordi precatu fieri prohibere tentarent, neq; destinationem flecterent principis; sublato vexillo, ut jussum est, evolant è conspectu quinq; subito naves.* & post pauca, *Eo momento turbati quidam milites, veritiq; ne post signum remanerent erectum, scutis—proni firmius adhærentes—per voraginosum amnem velocitatem comitati sunt navium.*

13. Ab

13. Ab ista autem signi sublatione, qua milites monentur ut ad iter se accingant, aliquantum diversa est illa, qua milites jam incedentes redduntur certiores, quod iter capessere, & quam in partem pergere debeant : qua de re loquitur Xenophon 7. παιδείας, Ὁ δὲ Κροῖσος νομίσας ἤδη ἐγγύτερον τῶν πολεμίων εἶναι τὴν φάλαγγα —— ἦρε τοῖς κέρασι σημεῖον, μηκέτ' ἄνω πορεύεσθαι, ἀλλ' ἐν τῷ χώρᾳ στρέφεσθαι, *Crœsus ratus phalangem jam hostibus propinquam esse, cornibus signum sustulit, ut ne amplius ad superiora procederent, sed in loco se converterent.* Sed & in mari ac classibus usurpatam legimus hanc signi sublationem, signumque è prætoria navi ostensum, utroque hoc officio simul fungi solere, ut eo tota classis moneretur & de itinere suscipiendo, & quorsum cursus dirigendus esset. De hoc signo, quod plerumque erat fax accensa, Seneca in Agamemnone,

Signum recursus regiâ ut fulsit rate,
Et clara lentum remigem monuit tuba,
Aurata primas prora signavit vias,
Aperitq; cursus, mille quos puppes secent.

Et Virg. 2. Æneid.

Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat——
Littora nota petens, flammas quum regia puppis
Extulerat. ———

Itemque 3. Æneid.

Dat clarum è puppi signum : nos castra movemus,
Tentamusque viam, & velorum pandimus alas :

necnon Dio (agens de Cleopatra aufugiente è pugna Actiaca) αὐτή τε εἰς φυγὴν ἐξαπιναίως ὥρμησε, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὑπηκόοις σημεῖον ἦρε, *ipsa fugam repentè arripuit, & subditis ut idem facerent signum sustulit* : qui locus planissimè videtur adversari ei, quod nos supra, capitis quarti § 2. diximus, *Inauditum esse, ut fugæ signum daretur.* sed nos ibi de Ducibus ac militaribus viris locuti sumus, quum hic sermo sit de fœmina, ea-que non virili & dimicatrice, quales multæ fuerunt, sed una omnium delicatissima atque dissolutissima, quæ Antonium comitata non ut pugnæ socia, sed spectatrix futura, ac non tam ad bellum, quàm ad certam victoriam & triumphum, non est mirum si inexpectatâ hostium fortitudine exterrita, quanquam in neutram adhuc partem inclinante exitu, omnia contra rationem egit, ac non modò ipsa in medio certaminis calore fugam arripuit, sed & suis sequendi signum dedit. Videtur quidem huic Dionis loco similis iste Polyæni è libro quinto, ubi non jam de fœmina, sed bellico Duce narratur,

 quod

quod σημεῖον ἄρας, ἀκρίτου ἔτι τῆς ναυμαχίας οὔσης, ἀπῆλθεν ἐς τὸν λιμένα, *Pugnâ adhuc ancipiti, ſignum tollens [ut reliquæ naves ſe inſequerentur] ad portam abiit.* ſed neque expreſſa hic fugæ mentio; & hiſtoriam propius intuenti apparebit, non fugæ hoc ſignum fuiſſe, ſed receptûs, quo nihil frequentius in re militari. De navali itineris ſigno iterum loquitur idem Polyænus li.6. ἐκέλευσεν ἆραι τοὺς λαμπτῆρας, οἷς αἱ τοῦ Διονυσίου νῆες εἵποντο, *juſsit extolli faces, quas Dionyſii naves ſequebantur.* etiam iſtud Herodoti, lib.7. cap.128. Ἐσβὰς ἐς Σιδωνίην νέα, ἀνέδεξε σημήϊον καὶ τοῖσι ἄλλοισι ἀνάγεσθαι, *conſcenſa Sidonia navi, reliquis quoque navibus proficiſcendi ſignum extulit*, planiſſimè huc pertinet. Briſſonium enim, qui de ſigno tuba dato intelligit (lib.3. de regno Perſarum) redarguit verbum ἀνέδεξε, quod propriè ſignificans *monſtravit, oſtendit*, nequaquam tubarum clangori convenit, ſed ſignum iſtud aſpectabile ac viſui expoſitum fuiſſe convincit.

CAPUT VIII.

נשפה *Eſa.*13.2. *quod Chaldæus* tranquillum, *Græci* campeſtre, *& Hieron.* caliginoſum *reddidit*, excelſum *potius ſignificare.* 2. על הר נשפה שאו נם *à nonnullis ita exponi, ut per* הר נשפה *Babylon intelligatur: quo caſu* שאו נם tollite ſigna, *dictum eſſe pro* ſublatis ſignis incedite: *ad quam phraſin multa è Græcis Latiniſq; Scriptoribus adferuntur.* 3. *Iſtâ interpretatione admiſſâ, quis ſenſus ſit reliquæ partis ejuſdem verſus*, הרימו קול להם הניפו יד: *quorum verborum occaſione, atque ad ipſa amplius illuſtranda, declaratur Eſa.*10.32. עוד היום בנוב לעמד ינפף ידו הר בת ציון. 4. *Alia iſtius ſententiæ explicatio, quâ* הר נשפה *de Babylone accipitur.* 5. *Probabiliorem eſſe eorum opinionem, qui hæc non de Babylone, ſed de monte propriè dicto intelligunt, atq;* על *non pro* contra, *ut præcedentes, ſed pro* præpoſitione in loco *habent. vulgaris ac vera ſententia, per vexilli erectionem hic denotari militum collectionem; quod de collectione per Delectum peculiariter intelligendum ſit.* 6. *Diverſis aliis Scripturæ teſtimoniis confirmatur ille mos, erigendi vexillum ob Delectum. etiam tubæ clangorem in hac re adhiberi conſueviſſe.* 7. *Romanis quoque uſitatam fuiſſe iſtam conſuetudinem, proponendi vexillum Delectûs causâ.* 8. *Iſtorum verborum* הרימו קול להם הניפו יד ויבאו פתחי נדיבים *expoſitio nova, veræ præcedentium verborum expoſitioni congruens, affertur. Per* נדיבי *hic videri intelligendos Præfectos militares infra ſummum*

mum constitutos. 9. הר & נס collectivè *posita esse*, & pluralium *vim habere.* 10. *Insignis Græci Interpretis error in vertendo isto membro* ויבאו פתחי נדיבים.

PRoximus locus, in quo militaris vexilli signi-ve erectio memoretur, itidem est in Esaia, cap.13.vers.2. על הר נשפה שאו נס, ubi Solomon Jarchi נשפה exponit בוטח ושוקט *securus ac tranquillus*, secutus, ut moris ipsi est, Targumistam, qui הר נשפה transtulit, כרכא דיתב' שליוא, *urbem quæ tranquilliter degit*, respiciens nimirum ad certum hujus vocis in Chaldaica lingua intellectum, cujus exemplum hic à Kimchio è Talmude affertur, אכלום בעליהם שלש שנים בשופי, & plura ejusdem generis in locupletissimo Buxtorfii Dictionario exhibentur. Græci נשפה reddiderunt πεδινὸν, *campestrem*, ipsi quoque respicientes ad Syriacam linguam, in qua שפי *æquare* & *complanare* denotat: in quo sensu ab Interprete Syro usurpatur pro ישר Esa.45.2. pro פנה Mal.3.1. & pro סלל Esa.57.14. itemque Prov.15.19. ubi דרך סלולה redditur אורחתא שפין: sicuti etiam Esa.40.4. nomen שפיא pro Hebræo מישור usurpatur. Sicuti autem Græci, ita ipse quoque Syrus ex suæ linguæ usu נשפה interpretatus est, טורא שפיא, *montes plani.* Nonnulli ex Hebræis, uti didiscimus ex Abenesra, deducunt נשפה à נשף, quos secutus est Hieron. vertens *caliginosum.* Ast ipse Esraides mavult significare גבוה *altum*, quomodo & Kimchi in Diction. exponit; in comment. verò ad hunc locum, גבוה ונשא *altum editumq;* atque istis Recentiores omnes (præter Forerium duntaxat, qui ex nuda conjectura נשפה pro montis *nomine proprio* habet) accedunt, & *excelsum, editum*, aut *eminentem* vertunt. Et ista expositio mihi quoque præ cæteris arridet: tum quia נשפה multò probabilius à שפה quàm à נשף derivatur, tum quod in ista derivatione *excelsitatis* notionem reliquis præferendam & sensus loci convincit, & cognatum vocabulum שפיים adfirmat. Hoc enim octiès in Esaia ac Jeremia obvium, semper *loca eminentia edita-ve* significat, sicuti vel ex sola locorum inspectione omnibus statim patet, quare etiam Recentiores Interpretes cum Rabbinis unanimitèr in illam expositionem ierunt; quum Veteres mirificè in isto vocabulo hallucinati sint: qua de re alibi plura dicturi sumus.

2. Quod autem Chaldæus הר vertit כרכא *urbem munitam*, id ideo factum, quia על accipiens non pro *super*, sed pro *contra*, per הר נשפה putavit ipsam Babylonem *metaphoricè* designari, sicuti Jerem.51. vers.25. perspicuè *montis* appellatione afficitur, atque הר

המשחית

המשחית appellatur. Hoc placuit etiam Hieronymo, qui transferens, *In montem caliginosum levate signum*, in comment. scribit, *Propter superbiam Babylonis Montis denominationem inditam:* ac de Recentioribus Musculo, Borrhao, Marianæ; de quibus Borrhaus, *Montem vocat Babylonem, non quod montosa esset, aut in monte sita, sed quum propter excelsa & magnifica ædificia, tum propter Imperii magnitudinem & splendorem.* Zuinglius quoque הר de Babylone intellexit, sed in על à præcedentibus dissentiens, quod ipsi format dativum, *Date signum monti edito*, ac si Propheta diceret, *Signo sublato monete Babylonios.* Ast ex eorum mente, quibus על hic valet *contra*, נס hic fuerit *collectivum*, & in *singulari* vim habens *pluralis*, atque *tollere signa* intelligendum eodem modo, ac apud Lucanum lib. I.

Tollite jampridem victricia, tollite, signa,

i.e. signis sublatis procedite: quemadmodum etiam Valerius Flaccus lib. 6. dixit, *Densique levant vexilla Coralli*, —i.e. levatis vexillis incedunt. quarum phrasium, ut *signa levare* vel *tollere* significet *incedere* vel *proficisci*, aperta est ratio: siquidem copiis militaribus iter facientibus prægestantur signa, quæ eo ipso, quod gestantur, tolluntur, atque in altum levantur; quum prius, quamdiu in castris quietus manebat exercitus, ipsa quaque alicubi deposita quiescerent. Itaque Autores sæpe, ubi de expeditionibus, ac de quacunque militum profectione loquuntur, *signorum sublatorum* sive *erectorum* meminerunt. Herodotus Calliope, Πέρσας ὁρέοντες ὁρμηθέντας διώκειν τοὺς Ἕλληνας οἱ λοιποὶ τῶν βαρβαρικῶν τελέων ἄρχοντες, αὐτίκα πάντες ἦραν τὰ σημήϊα, καὶ ἐδίωκον, *Reliqui Barbaricorum agminum Duces quum viderent, quod Persæ in persequendis Græcis essent occupati, ilico omnes sustulerunt signa, ac insecuti sunt.* Dionys. Halic. lib. 11. Παραινῶν τοῖς λοχαγοῖς ἅπασιν ἀραμένους τὰ σημεῖα, οἴκαδε ἀπάγειν τὴν στρατιάν, *hortatur agminum ductores cunctos, ut sublatis signis exercitum domum reducant:* & mox ἀράμενοι τὰ σημεῖα, καὶ προῆγον ἐκ τοῦ χάρακος, *sublatis signis è castris procedebant.* Livius lib. 28. cap. 2. *Signis repente sublatis, fugæ magis quàm itineris modo Gades ducit.* & lib. 23. cap. 35. *Vigiliâ fermè primâ tolli jussit signa, silentióque profectus agmine:* rursusque lib. 22. cap. 7. *Sublatis raptim signis, quam citatissimo poterant agmina se abripuerunt.* Velleius lib. 2. *Legio Martia & Quarta—sublatis signis ad Cæsarem se contulerunt.* Seneca I. Nat. quæst. I. *Quoties videbis exercitus subrectis ire vexillis:* & 5. Benef. 15. *Perfusi cruore cognato, urbem subrectis intrate vexillis.* Herodianus lib. 2. Τούτοις ἀναπεισθέντες οἱ στρατιῶται—Ἀυλοκράτορα ἀναγορεύσαντες τὸν Ἰουλιανὸν—τά, τε σημεῖα ἄραντες, προπέμπειν ἐπεχείρουν, *Hisce adducti milites, Julianum Imperatorem*

torem salutant, ac signis sublatis, eum deducere aggrediebantur. cui Herodiani loco simillimus est iste Ammiani lib.26. *Processit in publicum, multitudine stipatus armatorum, signisque sublatus erectius ire pergebat.* Idem Ammianus lib.17. *Jamque vergente in vesperum die——incedens erectis vexillis, in eos igneo miles impetu ferebatur.* Ab eadem causa est, quod etiam *mota signa* in isto negotio passim ab Historicis memorantur, & persæpe *movere signa*, per se & absque ulla additione, pro *incedere* ac proficisci usurpatur: pro quo etiam *ferre signa* dixit Virgil. Æneid.8.

His ego te Ænea ductorem millibus addam.
Toto namq; fremunt condensæ littore puppes,
Signaq; ferre jubent.——

3. Ita autem si capiatur שאו נס, ut nimirum significet *tollite signa*, i.e. *signis sublatis incedite*, tunc sequentibus verbis הרימו קול להם הניפו יד, designabitur sermo ac gestus Ductorum, agmina ad incedendum, atque ad alacriter pergendum incitantium. sicuti de *manus motione* in hoc negotio legimus etiam Esa.10.32. עוד היום בנוב לעמוד ינפף ידו הר בת ציון, quibus verbis significatur, Assyrium tanto obsidendæ Hierosolymæ desiderio ardere, ut quum Nobum pervenerit ante solis occasum, nequaquam ibi subsistendum putet, sed ulterius pergendum, eodemque adhuc die ad Urbis mœnia contendendum: quam suam voluntatem exercitui, inter obequitandum, manu elatâ motâque significet. Plerique quidem Interpretes (Tigur. Calvin. Muscul. Moller. Tremell. Pisc. Ital. Diod.) putaverunt hac phrasi denotari *minas*, Hierosolymis à Sanheribo intentatas; alii verò (Chald. Raschi, Radak, Marian. Belg.) ad *ludibrium & contemptum* hic trahunt *manus motionem*: Osiander autem ea innui retur designationem ejus partis murorum, per quam Urbs oppugnanda esset. sed isti omnes longè absunt à genuino loci sensu; iisque pejus etiam errarunt, qui הר בת ציון pro *nominativo* habent, ipsique *manus motum* attribuunt; quod faciunt Forer. & Oleaster. Sed & prior versus pars, עוד היום בנב לעמד, aliter aliis intellecta, æquè à cunctis ignoratur, nisi fortè à Zuinglio, qui verum ejus intellectum quodammodo vidisse, ac veluti per transennam videtur monstravisse, ad versionem suam, *Manum suam vertet ad montem filiæ Zion*, ista adnotans: *In Evangelio Lucæ legitur, Erat facies ejus Jerosolymam euntis: quo discimus, ejusmodi locutionibus uti pro versus, ad, ac similibus ad locum vocibus.* Est autem vera istius loci mens atque versio hæc: [*cogitans*] *etiamnum plus diei* [*superesse*] *quàm ut subsistatur Nobi, manum movebit*

bit ad montem filiæ Sionis [i.e. *manu motâ jubebit pergi ad montem filiæ Sionis.*]

4. Potest etiam ab iis, quibus על *contra*, & הר Babylonem significat, שאו נם intelligi de signo oppugnationis (de cujus signi erectione infra acturi sumus) istique expositioni quoque sequentia verba probè congruunt, si הרילו קול להם, *alta voce ipsos inclamate*, accipias de oratione ac clamore, quo milites suos ante pugnam adhortari, atque inter pugnandum cohortari solent Duces: & הניפו יד de eo manuum motu gestu-ve, quo militibus, (quando ob tumultum, aut longinquitatem, ab iis exaudiri nequeunt, uti & aliis nonnunquam de causis) aliquid interdum significant iidem Duces, tum in aliis occasionibus (quales illa modò memorata) tum in præliis quoque: qua de re Vegetius cap. 5. lib. 3. *Sunt & alia muta signa, quæ Dux belli—præcipit custodiri. Præterea manu aliquid, vel flagello more barbarico, vel certe mota qua utitur veste significat.* Ultimum autem hujus versus membrum, ויבאו פתחי נריבים, & ad priorem quoque expositionem accommodari potest, & ad hanc unicè quadrat, si ita intelligatur, quomodo id intelligunt plerique Interpretes (qui in hoc tantùm dissentientes, quod נריבי alii pro *genitivo* habent, ac cum פתחי construunt, ad Babylonios referentes; alii verò pro *nominativo*, ut intelligatur de Ducibus exercitus, ac פתחי pro פתחים positum sit) existimant, per *portarum ingressionem* hic denotari infestam in ipsas irruptionem, ipsarumque perruptionem, & urbis expugnationem. Optimè hoc, inquam, præcedentibus cohæret, ut post mentionem signi propositi oppugnandæ urbis, Ducumque milites voce ac manu ad id hortantium, memoretur exercitus urbem expugnans, aut eam expugnare aggrediens.

5. Eorum igitur sententia, quibus על הר significat *contra montem*, i.e. *contra Babylonem*, utrovis modo exponatur שאו נם, sive de signorum surrectione in copiarum profectione, seu de proposito oppugnandæ urbis signo, non est improbabilis; & reliquæ istius versûs partes videntur ipsi etiam suffragari. Mihi tamen sequentes versus, præcipueque quartum, & totam istius Prophetiæ seriem attentius consideranti, magis probantur ii, qui הר sumentes in proprio intellectu extraque *metaphoram*, & על habentes pro *præpositione in loco* (quod facit major Interpretum numerus) *vexilli erectione* denotari putant *militum congregationem*: quomodo id exponit Stephanus, *Levate vexillum*) *scilicet ut illuc milites conveniant*: & Pisc. *Attollite vexillum*) *ad quod tanquam signum belli congregentur milites*: necnon O-

least-

leaſt. *Levate vexillum veſtrum) ad congregandos milites contra Babylonem :* & Diodatus, *Diaſi ſi il ſignale, raunisſi la gente.* Agitur autem hic de ea militum congregatione, quâ, bello aliquo ſuſcepto, exercitus ſcribitur ac colligitur : id quod ſignificare voluit iſtis verbis Tremellius, *Ex autoritate Dei Medos armat——& prædicit fore ut in Media arma conclamentur :* neque abſimiliter etiam Genevenſes,& Belgæ: *Quón donne le ſignal, afin qu'on s'arme contre les Chaldeens,Detur ſignum, ut arma ſumantur contra Chaldæos :* **Godt vermaent den coninck der Meden, dat hy ſich ten oorloge ſoude bereyden tegens de Babyloniens,** *Deus monet Regem Medorum, ut ſe paret ad bellum contra Babylonios.* clarius iſtis Calvinus, *Convocat exercitus——& non modo fæcialis perſonam induens bellum indicit,ſed pro ſummo imperio mandat ut Medi & Perſæ non ſecus quàm conductitii milites conveniant.* Omnium verò optime Oſiander, *Introducit Deum loquentem, & quaſi conſcribentem milites adverſus Babylonios. Super montem excelſum vexillum figite) ut ad illud confluant, qui militare volunt adverſus Babylonem.* Omnino enim haud de alia militum congregatione aut convocatione intelligenda eſt ſigni erectio, de qua hic loquitur Eſaias, quàm quæ delectûs habendi cauſâ, atque ad conſcribendas copias, inſtituta eſſet.

6 Quippe illis temporibus atque regionibus, ubi non conductitiis atque permanentibus exercitibus, ſicuti nunc paſſim in Europa fieri videmus, bella adminiſtrabantur, ſed copiis duntaxat collectis ex civibus ipſis, qui ſtatim, ac præſens occaſio aut neceſsitas abiiſſet, in ſua rurſus dimitterentur (de quo more, hodieque multis gentibus uſurpato, multa nobis libro ſequenti erunt dicenda) illis, inquam, temporibus atque locis, quoties expeditione aut bello ſuſcepto, vel ingruente, arma ſumenda eſſent, in unum vocabatur populus, è quo vel Juniores omnes, vel certus eorum numerus, prout res poſtularet, ad militiam ſcribebantur. Ad iſtam autem convocationem faciendam, utque populus ſciret, ſibi ad nomina profitenda eſſe conveniendum, duobus monebatur, & ſigni erectione, & tubarum buccinarum-ve clangore : quare utrumque conjungit alibi Eſaias, cap.18. verſu tertio, כנשא נס הרים תראו וכתקיע שופר תשמעו, quod Hieron. vertit, *quum elevatum fuerit ſignum in montibus, videbitis, & clangorem tubæ audietis :* ſimiliterque Jeremias, cap.4. verſ.21. עד מתי אראה נס אשמעה קול שופר, *quamdiu videbo ſignum, audiamque vocem tubæ?* (ubi per נס *ſignum* non aliud, quàm נס נשוי *ſignum elevatum ſeu propoſitum* intelligendum eſt) & cap.51. verſ.27. שאו נס בארץ תקעו שופר בגוים, *erigite vexillum in terra, clangite buccinâ in gentibus.* Puto

autem buccinæ cantum in hoc negotio adhibitum solummodò ipsis conveniendi horis; quum vexillum semel propositum relinqueretur toto delectûs tempore, & donec ille peractus esset: cui rei aliquot interdum dies impendi solitos credibile est, ubi ingens aliqua ac subita necessitas summam properationem non requireret. illo enim casu ut raptim ac brevissimo tempore peractus fuerit delectus, ratio ipsa postulat. Quia autem, in delectu habendo, erectioni signi classicum seu tubæ cantus semper conjungebatur; hinc fit ut sæpe, ubi de conscribendis copiis agitur, buccinæ clangor duntaxat memoretur, signi erectione omissa (sive revera non semper adhibitum fuit, quum tubæ usus hic fuerit perpetuus; sive Scriptores uno posito, alterum reliquerunt per se intelligendum) ut Ezech. 7.14. *Cecinerunt tubâ, omnia-que præparaverunt, sed non est qui vadat ad bellum* (i.e. nemo comparet ad nomen militiæ dandum) & sic Judic. 6. 34. 1 Sam. 13. 3. Hos. 5. 8. atque aliis in locis.

7. Istius signi, quod delectus causa erigeretur seu proponeretur, mentionem invenimus in externis quoque Scriptoribus. Virgilius 8. Æneidos, ipsis primis versibus,

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu: ——
Extemplo turbati animi, simul omne tumultu
Conjurat trepido Latium, sævitque Juventus.

quibus verbis Virgilium ad patriam Romanorum hac in re consuetudinem respexisse certum est, & adnotatum etiam Servio: qui tamen non in omni delectu id usurpatum scribit, sed in eo tantum, qui belli Italici aut Gallici causa haberetur; aiens præterea, non unum vexillum, sed duo proponi consuevisse, *roseum unum, quod pedites evocabat; & unum cæruleum, quod erat equitum.* Sed ego de utroque isto vehementer dubito; & quod alibi passim in isto autore deprehendi, ut sæpe admodum futilis inveniatur, plurimaque partim valde incerta, partim manifestè falsa narret, idem hic quoque ipsi evenisse puto. Prius sanè, & quod non in tumultu tantùm ac subitario delectu vexillum proponi solitum fuerit, apertè convincit iste Macrobii locus, lib. 1. Saturn. cap. 16. *Justi sunt continui triginta dies, quibus exercitu imperato vexillum russi coloris in arce positum est:* quod totidem ferè verbis dictum quoque est à Festo, *Justi dies dicebantur triginta, quum exercitus esset imperatus, & vexillum in arce positum.* De duplici autem vexillo, quorum unum esset peditum, alterum equitum, & ipse mox quodammodo retractat (istis verbis, *Alii album & roseum vexilla tradunt,*

tradunt, & roseum bellorum, album comitiorum signum fuisse) & redarguunt alii quoque autores, qui non de pluribus signis vexillis-ve, sed unico tantùm loquuntur. id faciunt Macrobius & Festus, in locis jamjam adductis, itidemque Arnobius, lib. 2. *Quum paratis bella, signum monstratis ex arce.* Dionysius quidem Halicarnasseus lib. 8. *plurali numero* utitur, Προέθεσαν τὰ τοῦ πολέμου σημεῖα, καὶ τὰς δυνάμεις τῆς πόλεως κατέγραφον, *proposuerunt belli signa, & copias urbanas conscripserunt.* sed fortasse opus non est ut cum Lipsio (li. 1. Mil. Rom. ca. 3. ubi ex professo de hac re agit, omnesque locos hic à nobis adductos, præter illum Macrobii, allegat) ista verba intelligamus de Vexillo in arce proposito; quum possint intelligi de signis Legionum, cohortiumque, & reliquis, quæ tempore delectus ex ærario, ubi in pace asservabantur, proferri, atque in ipsum delectus locum portari solebant: de quo more nonnihil Stewichius, commentariis ad Vegetii librum 1. cap. 6. duobus ex Livio locis super eo allatis: ad eumque pertinere puto etiam istum Virgilii versum, 7. Æneid.

Signaq́; ferre juvat, sonitusq́; audire tubarum.

Quod si verò accipiamus de Vexillo in arce proposito (quod sanè potius videtur) id tamen non magnopere juvat Servium; quum Græci, de aliis quoque signi erectionibus loquentes, interdum *plurale* pro *singulari* usurpent, ac σημεῖα pro σημεῖον dicant; uti hic ipse autor tum illis locis, quos præcedente capite allegavimus, tum li. 10. de signo pugnæ sic loquitur, σημεῖα ἐκέλευσεν ἀρθῆναι τῆς μάχης, καὶ ἐκ τοῦ χάρακος ἐξῆγε τὸν στρατὸν, *Quum pugnæ signa (id est, signum) jussisset tolli, copias è castris eduxit*: similemque è Libanio locum supra cap. 7. paragr. 8. allegavimus: quibus addi etiam potest iste ex Heliodoro, lib. 9. ca. 17. Ἀρθέντων ἑκατέρωθεν τῶν σημείων, καὶ τοῦ μὲν Περσικοῦ διὰ σάλπιγγος, βόμβοις δὲ καὶ τυμπάνοις τῶν Αἰθιόπων τὴν μάχην ἐπισημαινόντων. Lipsius de hoc quoque vexillo intelligit ista Livii, lib. 39. cap. 15. *Quum vexillo in arce posito, comitiorum causa, exercitus indictus esset*; & quæ in Historia Rabirii de vexillo habet Dio lib. 37. sed vexillum illud alterius esse generis, nihilque ad Delectum, infra docebimus. Ast non ambigo, quin ad vexillum, ob habendum Delectum erigi solitum, respexerit Cicero lib. 10. ad Attic. epist. 17. *Vexillo opus est, convolabunt*: itemque Philippicâ quintâ, *Numquando perditis civibus vexillum, quo concurrant, defuturum putatis?*

8. Videndum jam quomodo cum hac sententia, qua על הר נשפה שאו נס exponimus de vexillo ob habendum delectum proposito, reliqua versus pars הרימו קול להם הניפו יד ויבאו פתחי

 נדיבים

נדיבים (in cujus sensu atque scopo miræ tenebræ omnibus ferè Interpretibus) conveniat. Censeo igitur, נדיבים non esse ***nominativum***, ut Hieronymo aliisque visum fuit, sed *genitivum*, qui à פתחי regatur, istoque nomine significari Duces ac Præfectos militares (quomodo etiam sumitur Psal.83.12.) neque tam supremos, & quibus summa rerum concredita, quàm inferiores (quales erant apud Romanos Legati & Tribuni) quum alioquin ipsum per se nomen videatur utrosque comprehendere, sicuti & Græcum ἄρχοντες de utrisque dicitur. sed locus hic videtur postulare, ut de Inferioribus intelligamus: quum ex eo, quod non פתח נדיב, sed פתחי נדיבים dixit propheta, probabile sit, plures simul in uno loco Præfectos militares huic negotio administrando adhibitos fuisse: sicuti Romani in conscribendis duntaxat 4. legionibus 24. Tribunorum opera utebantur, senis in singulas legiones attributis, uti docet nos Polybius libro sexto. Et sicuti cujusque Legionis tribuni seorsim considebant, dum milites scriberent (καθίσαντες χωρὶς ἀλλήλων, inquit Polybius) ita credibile est, in Oriente quoque Præfectos, qui ad habendum Delectum conveniebant, disjunctas sedes cepisse, & tribunalia aut tabernacula sua aliquanto intervallo separata statuisse. Quantum verò ad יבאו פתחי, nequaquam istis verbis puto intelligendum introitum seu ingressum intra portas (uti Interpretibus unanimiter visum fuit) sed conventum ad portas, sive, (ut ex Latin:r linguæ usu loquamur) ***ad limina***, vel *ad fores*, quod Græci dicunt ἐπὶ θύρας ἐλθεῖν· quippe פתח absque ulla *præpositione* crebro ita sumitur, ut Latinorum *ad fores* respondeat, idque cum verbis quæ vel ***motum ad locum***, vel *quietem in loco* denotant: cujus rei exempla videri possunt Gen.43.19. Exod.33.8,9,10. Levit.8.35. Num.12.5. Judic. 19.26. 2 Sam.11.9. 1 Reg.14.27. 2 Reg.5.9. Itaque locus hic ita vertendus fuerit, *Vocem extollite ipsis, manumque movete, ut se conferant ad fores Ductorum:* id est, *clarâ voce ac manu motâ ipsis significate, ut ad Ducum limina vadant,* ut nimirum ibi nomina sua profiteantur. videntur enim verba hæc nihil aliud esse nisi *hypotyposis* ejus, quod in delectu habendo fieri vulgo solebat: ut intelligamus, quando proposito isto vexillo militaris ætatis viri omnes in armis unum in locum convenerant, consuevisse unum aliquem, ad id munus destinatum, eundemque cui vexilli proponendi cura demandata erat, eos ex superiori loco alloqui, breviterq; indicato præsenti rerum statu, & quare ad arma eundum esset, hortari ut sacramento dicturi pergerent ad præfectos militares, qui vel in proximo habitarent, vel prope ipsum signi erecti locum positis pro tempore tentoriis,

tentoriis, ob hunc ipsum finem, atque ad scribendas copias, morarentur. Possunt etiam ista verba הריםו קול הניפו יד accipi de iis, qui propositum signum primi cum conspexissent, aliis id indicarent, alta voce ipsos, ut in talibus fieri amat, inclamando, manu-que mota signum iis ostendendo, ac se invicem cohortando, ut armis properè sumptis ad præfectorum suorum limina contenderent, nomina illic daturi. Sed & probabile est, adhibitos fuisse præcones, qui simulatque signum propositum esset, per totum circa tractum circummissi, homines excirent, atque in locum Delectus adesse juberent: quo casu ad ipsos directa erunt hæc verba, *Levate vocem, agitate manum*. Harum expositionum quamnam eligas, parum aut nihil refert, quum ipsa rei summa sub quacunque ipsarum planè eodem recidat, circumstantiis duntaxat leviter variatis. Quod autem montis potius, quàm arcis, meminit Propheta, ubi signum erigeretur; id factum ideo, quia ad eam copiarum partem, quæ ruri atque in agris legeretur, respicit, utpote majorem ac potiorem, in iis quidem regionibus, quæ non unius alicujus Urbis finibus circumscriptæ, sed longè lateque diffusæ, quæque oppidulis atque pagis frequentius, quam magnis urbibus habitabantur; quare etiam Esa. 18. 3. quem locum modò allegavimus, montium in eodem hoc negotio mentio habetur.

9. Jam quum credi par sit, in tam amplo Imperio, quale erat Medorum Persarumque, de quo hic sermo est, non in uno aliquo in agris loco, sed in multis, longè inter se dissitis, Delectus habitos fuisse, sequitur ut utrumque nomen הר & נם sit *collectivè* positum, atque habeant vim *pluralium*; quod & de altero ipsorum agnovit Syrus Interpres, הר נשפה vertendo *pluraliter* טורא שפיא. quanquam enim in codice Syriaco, quo utimur, in *punctis diacriticis* apponendis, æquè ac in *interpunctionum notis*, multos ac manifestos errores offendo, ut propterea iis non multum tribuendum sit; hic tamen nihil peccatum esse in punctis appingendis, attestatur Gregorius טורא שפיא exponens טורי עילם ומרי ומזורעין. *montes Elymaidis & Mediæ qui conseruntur*: ubi obiter notari potest absurda, atque à præsenti loco alienissima, vocis נשפה explicatio: in qua tamen non tam est culpa commentatoris, qui Hebraicè non intellexit, quàm Interpretis, qui hebraicum vocabulum pravè vertit.

10. Porro Græci, qui הניפו יד (quod ad verbum significat *movete manum*, κινήσατε χεῖρα, quomodo Symmachus reddidit) liberius verterunt, παρακαλεῖτε τῇ χειρὶ, sensum ita optimè exprimentes, præsertim si secunda aut tertia expositionum modò à nobis allatarum admittatur;

admittatur; in ultimis hujus versus verbis magnum atque inexcusabilem commiserunt errorem. quippe pro ויבאו פתחי נדיבים reposuerunt ἀνοίξατε οἱ ἄρχοντες, quæ interpretatio & à sensu loci planè aliena est, & textui Hebræo aptari nullo modo potest, nisi & integra vox ויבאו ex eo deleatur, & פתחי in פתחו mutetur. ast Hebraicæ Veritati testimonium contra hanc depravationem perhibent omnes Veteres Interpretes, Chaldæus quidem & Syrus in hoc duntaxat ab ea discrepantes, quod nomini פתחי *affixum* de suo addiderunt, prior *tertiæ personæ*, alter verò *secundæ*, putantes sensum id requirere, (in quo casu non modo non culpanda esset, sed & laudanda hæc additio, quum boni Interpretis sit, ejusmodi defectus supplere) & scientes in multis Scripturæ locis manifestam *affixi ellipsin* inveniri. Syrus נעלון בתרעיכי שליטנא, *intrabunt portas tuas principes:* Chaldæus, ויעלון בתרעהא מתנדבין, *& intrabunt portas ejus voluntarii.* Symmachus autem & Hieron. nihil ejusmodi addentes, hebræa vocabula exactè adnumerant, פתחי habentes pro *absoluto*, quod non est infrequens, ut *forma constructa* pro *absoluta* ponatur: Symmachus, εἰσελθέτωσαν (quod in plerisque libris pravè scribitur ἐξελθέτωσαν) θύρας ἄρχοντες· Hieron. *& ingrediantur portas Duces.* Quod Chaldæus נדיבים vertit *voluntarios*, in eo contra ipsum quidem vocem peccavit nihil, uti neque ii qui *Principes*, *Ingenuos*, *Munificos*, & similia vertunt, quum illa significet hæc omnia. sed præsens locus non admittit, ut aliter vertatur, quàm quomodo Hieron. & Græci verterunt; aut vocabulis eandem vim habentibus; sicuti ex iis, quæ paulò ante diximus, manifestum est.

CAPUT IX.

Esaiæ 18.3. כנשא נס הרים תראו וכתקע שופר תשמעו *variæ interpretationes.* 2. *& 3. De sensu istius loci, diversæ Expositorum sententiæ.* 4. *Nostra opinio de interpretatione istius hemistichii.* Enallage pluralis *pro* singulari. Infinitiva *Hebræi non rarò* impersonaliter *usurpant.* 5. *Genuinus loci sensus exponitur.* 6. *Uti* caph *hic geminum significatum habet, ita cognatas quoque voculas* כי *&* כאשר *interdum duplicem vim obtinere, variis exemplis docetur.* 7. *Ipsum quoque* caph *alibi etiamnum ita usurpari, puta Esa.*64.2. *istis verbis,* כקדח אש המסים מים תבעה אש *qui locus pessimè versus à Græco & Syro Interprete. non alludi hic ad certam aliquam historiam,*

storiam, sed esse similitudinem è medio petitam, eamque non duplicem, sed unicam, & præcedentibus, non sequentibus, cohærentem. 8. *Quanam hîc vis sit verborum* קוח & בעה, *itemque nominis* הממים, *de quo pluscula dicuntur, ac vulgaris opinio, derivans id à* מםם, *repudiatur.* 9. Caph *hic duplicem usum habere, etiam alii Interpretes nonnulli viderunt. eadem hæc similitudo tractata etiam à Marone, & luculentis versibus repræsentata.* 10. *Immanes Græci Interpretis hallucinationes in transferendo Esa.* 18.3. *testimonio Chaldæi, Syri, ac Hieronymi coarguuntur.*

IN loco illo Esaiæ 18.ver.3. כנשא נם הרים תראו וכתקע שופר תשמעו (quem præcedentis capitis § 6. allegabamus) Musc. For. ac Trem. הרים habuerunt pro *genitivo*, vertentes, *signum montium*; similiterque Cast. *montanum signum.* At Hieron. vertit, *in montibus*, putans hic esse *ellipsin præpositionis localis*; id quod Syro etiam & Chaldæo placuit (qui על *super* de suo addiderunt) & maximæ Recentiorum parti. Quantum ad כנשא & כתקוע Græci, Esraid. & Kimchi *caph* habent pro *nota similitudinis*: reliqui autem omnes (excepto Chaldæo, qui ita hæc interpretatus est, ut eandem ambiguitatem, quæ in Hebraico est, retinuerit) consentiunt id hic sumi pro *quum*, sed ita, ut partim *verba* faciant *futura indicativi modi*, partim *præterita* aut *futura optativi*: rursusque alii hic statuunt *ellipsin affixi primæ personæ* (quod ad Deum loquentem referatur) ut כנשא & כתקע posita sint pro כנשאי, כתקעי, quæ est sententia Tremell. Hisp. & Valeræ, *quum attollam, quando levantáre*: alii autem (Steph. Munst. Calv. Moll. Pisc. Oleast. Anglica utraque) putantes non Deum ipsum, sed Prophetam hic loqui, nomen *Deus* subaudiunt; *quum* [*Deus*] *signum erexerit*, vel *eriget*. Syrus verò verba ista habet pro *impersonalibus*, מא דשקלין אתא מא דקרא שיפורא: similiterque Lutherus & Belgæ, **Wie man das Panir auff den bergen auffwerffen wird, wie man die Drometen blasen wird: Alsmen de baeniere sal oprechten**: istisque accensendi omnes, qui נשא verterunt in *passivum* (*quum signum elevabitur seu extolletur: quum elevatum seu sublatum fuerit*) quod fecerunt Hieron. Pagn. Zuingl. Castal. Tigur. Muscul. Forer. & Gallica utraque. Tandem תראו & תשמעו plerique habent pro *futuris* simpliciter. alii verò ipsis attribuunt vim *Imperativorum*, vertuntque *Videte* vel *aspicite*, & *audite*, Castal. Munst. Forer. Genev. Diod. & Anglica nova: & expressius etiamnum Zuing. & Tigur. [*Attenti estote ut*] *videatis, audiatis.*

2. Jam

2. Jam quod ad sensum hujus loci attinet; Kimchi ipsum comparans cum Esa. 11.12. & 27.13. innui hic putat congregationem Israelitarum ex exilio, qui veluti elato vexillo & clangente tubâ evocati, undique in patriam concursuri, atque à gentibus deducendi sint, כן יקבצו בני ישראל אל־ארצם מפה ומפה בעת הישועה וכן הגוי' יביאו אותם ויקבצו אותם כאלו נשאו להם נס ותקעו בשופר, *ita congregabuntur filii Israelis in terram suam undique, tempore salutis, atq; ita adducent eos gentes, ipsosq; congregabunt, ac si quis signum ipsis sustulisset, tubaq; clanxisset*: idemque videtur sibi voluisse Rabbi Solomon, ita hunc versum πρεσβευτῶν אינכם צריכים לשלוח צירים על כך כי בנשוא נס הרים תראו בהקבץ הגליות וכתקוע שופר תשמעו, *non opus habebitis mittere legatos [ad sciscitandum] super ista re. quippe sublato in montibus signo [ipsi] videbitis congregari exules, & clangente [in eundem finem] buccina [ipsi] audietis [eam.]* Ast Esraides signum erectum ac classicum, hic memorata, intelligit de iis, quibus contrahebatur multitudo, quum magni momenti res publicè ipsis exponenda esset (de quo signo nos cap. 6. multa diximus) ac loqui hic Prophetam de notificatione cladis Sanheribo illatæ הטעם כאלו נושא נס על הארץ: וכתקוע שופר' לדעת מעשה השם במחנה סנחריב, *sensus est, quod veluti tollet vexillum in terra; &, Veluti clangente buccina) ut cognoscant quæ patravit Dominus contra exercitum Sanheribi.* & in eundem ferè sensum Hieron. *Cuncta, inquit, gentes per circuitum, quando meam jussionem quasi signum in montibus elevatum, meumque imperium quasi clangorem tubæ solenniter resonantis audieritis, tunc videbitis quid præceperim.* atque huc referenda etiam expositio Calvini, *Cum signum sustulerit in montibus, videbitis. q.d. remotissimos quosque populos hujus cladis fore testes, quia & vexillum conspicietur ab omnibus, & tubarum clangor toto orbe personabit*: itemque Osiandri, *Quum levatum fuerit vexillum in montibus, videbitis) quanta mala genti Æthiopicæ immineant.* sed & Genevensium enarratio est hujus classis, *Si tost que l'enseigne sera leve es montaignes, regardez) pour prendre soigneusement garde a ce que le Seigneur veut executer contre les Assyriens: simulatque signum levatum fuerit in montibus, aspicite) ut diligenter animadvertatis id quod Dominus exequi vult contra Assyrios.*

3. Mariana autem eam *vexilli* seu *vexillorum erectionem* hic accipiens, de qua præcedentis capitis § 2. disseruimus, exponit textum de hostis irruptione: *Non erit occulta Ægypti clades, cuncti videbunt, vexilla explicabuntur, hoste irruente, scilicet Assyrio, & tubæ clangent, nec erit qui opem ferat*: eundemque hujus loci sensum assignant etiam

Belgæ

mei, **Alsmen de barniere op de bergen sal oprechten, d. als ick het vyantlick krychsheyr over de Mooren sal doen comen:** *quando vexillum in montibus erigetur,* i. *quando hostilem exercitum Æthiopibus ingruere faciam:* neque multo aliter Diodatus, *Parole de Dio, chi ordina, che tutti si tengono apparechiati, per andare adosso a gli Assyrii: verba sunt Dei, jubentis ut omnes se paratos teneant ad vadendum contra Assyrios.* sed & Tremellius videtur huc referendus, *Quum attollam vexillum montium, videbitis)* i.e. *quum bellum Assyriis inferam:* necnon Anglica Vetus, **Ye shall see, when he setteth up a signe in the mountaines) when the Lord prepareth to fight against the Ethiopians:** *Videbitis, quando signum erigit in montibus) quando Dominus parat se ad pugnandum cum Æthiopibus:* quæ tamen Anglorum expositio non minus commodè referri potest ad illud signi erecti genus, de quo cap. 7. § 5, 6, 7, & 8. locuti sumus. Aliter adhuc Mollerus, signi erectionem, & tubæ clangorem, de quibus hic loquitur Esaias, ad delectum pertinere existimat, sicuti ex hisce apparet: *Remotissimi quiq; populi, inquit, erunt hujus cladis testes, quia & vexilla conspicientur ab omnibus, & tubarum clangor in toto orbe personabit. significat igitur hac oratione, bellum fore ingens, quod ut magno apparatu instruitur, ita in ejus eventum omnium animi sint intenti. Rex Æthiopicus dicitur levare signum in montibus, & canere classicum,* i.e. *maximos facere apparatus, & ingentem colligere exercitum, &c.* Piscator verò hæc exponens de clade illata, *Quum attollet vexillum in montibus) scil. Jehova,* i.e. *cum fundet fugabitq; Assyrios,* in animo habuit vexillum committendi prælii causâ erigi solitum (de quo dictum fuit cap. 7.) q.d. *pugna ipsos aggressus, magnam iis stragem inferet.*

4. Jam ut propriam super hoc loco sententiam aperiamus; accedimus iis, qui ante הרים statuunt *ellipsin præpositionis in loco;* prætereaque הרים pro הר positum arbitramur; qualis in hac ipsa voce *enallage* occurrit etiam Genes. 8. 4. על הררי אררט, pluraque ejusmodi congessit Buxtorfius Thes. Gramm. lib. 2. cap. 4. autumans, ut & alii cum ipso, in omnibus istis esse *ellipsin adjectivi distributivi* אחד vel אחת, *super uno montium &c.* quod sicuti non improbo, ita scio simplicem *enallagen* posse in iis statui; qualem & Latini non rarò usurpant, ut Virgil. 2. Æneid.

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora: ———

Et 3. Æneid.

———*Vocemque volens atque ora resolvat:*

L Itemque

Itemque alius Poëta vetus,

Quales Eurotæ producunt flumina myrtos :

Et Ovid.1.Metam.

Pulchra verecundo suffundens ora rubore ;

ac ibidem rursus,

——*Nudabant corpora venti :*

Et talia permulta passim in poetis licet observare. Quantum verò ad נשא & תקע, sentio cum illis, qui ea faciunt *impersonalia* ; quum etiam alibi sæpius observaverim *infinitivos impersonaliter* usurpatos: cujus rei & à Glassio complura exempla afferuntur (lib.3.Philol. Sacr. Tract.3.canone 23.§ 2.) & nos nonnulla præterea hic apponemus, Exod.27.7. בשאת אתו : Syrus, מא דשקלין לה : Exod.30. 12. בפקד אתם, Hieron. *quum recensiti fuerint* : Num.9.15. וביום הקים את־המשכן, Græci, τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ἐστάθη ἡ σκηνή· Chald. וביומא דאקים ית משכנא : Num.10.7. ובהקהיל את־הקהל : Hier. *quando congregandus est populus* : Psal.67.3. לדעת בארץ דרכך, Hier. *ut nota fiat via tua* ; Esraid. אז יהי נודע : Ezech.21.29. בחזות לך שוא בקסם לך כזב Hier. *quum tibi viderentur vana, & divinarentur mendacia* ; Kimch. בעת שיהוו חוזין וקוסמין לך שוא : Mich.6. v.5. למען דעת צדקת יהוה, Græci, ὅπως γνωσθῇ ἡ δικαιοσύνη τοῦ Κυρίου. Porro *infinitiva* hæc neque in *Optativos*, neque in *futura Indicati* resolvenda puto, sed in *præsentia* : ast quantum ad *caph præfixum* ; & eorum probo interpretationem, qui id pro *nota comparationis*, & eorum qui pro *adverbio temporis* habuerunt : non ut utramvis seorsim admitti posse existimem, sed quod utramque conjungendam censeam, non aliter quam si *caph* geminatum sive bis positum esset : id quod nemini adhuc animadversum, præcipuo fuit impedimento Interpretibus, ne genuinum hujus loci sensum assequerentur.

5. Pertinet autem hic versus ad amplificationem cladis illius, de qua deinceps, præcipueque versu septimo, loquitur Propheta : q.d. Tantam tamque memorabilem eam futuram, ut fama ejus confestim totum Orbem pervasura esset, ac notitia ipsius ad omnes ubique mortales perventura, haud secus quàm signum in montis jugo propositum ab omnibus conspici, & tubæ clangor ab omnibus circum exaudiri solet. *Sicuti quando elevatur vexillum, conspicietis ; & sicuti quando tubâ canitur, exaudietis.* quæ oratio concisior, plenius sic efferretur, *Videbitis* [*hoc quod vobis prædico, de ingenti illa strage*] *sicuti quando erigitur in monte vexillum* [*id videtis : i. e. non aliter quàm propositum in monte signum videbitis hanc rem*] *& sicuti quando tuba clangit*

[*eam*

[*eam exauditis, ita hanc rem*] *audietis. Sicuti signum in monte propositum cum adjuncto classico in cunctorum oculos auresque incurrit, ita hujus stragis magnitudo ad omnes mundi incolas permanabit, certissimâque famâ per totum Orbem divulgabitur, omnibusque innotescet.* Jam siquis quærat, de qua potissimum signi erectione hic locutus sit Propheta; puto de omni universim ipsum intelligi posse: quum omnes ejus species hoc proprium habeant, ut longè lateque conspicuæ sint, & oculos animosque hominum advertant: in quo tota comparationis vis sita est. Neque adjuncta classici mentio persuadere cuipiam debet, hæc tantùm de signo ob bellicum aliquod negotium erecto capienda esse; quum extra militiam quoque, & in concionibus aliisq; civilibus cœtibus convocandis ejus usum fuisse apud varios populos, literarum monumenta testentur. De Romanis hoc docet Lipsius de Milit. Roman. li.4.ca.decimo: de Judæis autem constat ex variis Scripturæ locis, præsertimq; Numerorum cap.10. Crediderim tamen Prophetam, quanquam reliquas signi erectiones non excluserit, ad bellicas tamen præcipuè eum respexisse, & quidem præ cæteris ad eam, quæ habendi delectus ergo fiebat: quum ea reliquis celebrior ac notabilior fuerit.

6. Ne cui autem durum aut mirum videatur, quod *caph* ita interpretamur, ac si bis positum esset, geminamque ipsi significationem attribuimus: sciendum, hoc defendi posse exemplo cognatarum *particularum* כי & כאשר, in quibus hoc plus semel deprehendimus, ut unico in loco, & tantum semel posita, geminum intellectum possideant. fidem facient specimina, quæ subjungo. Esther. 2. 20. ואת־מאמר מרדכי אסתר עשה כאשר היתה באמנה אתו hic כאשר sign. *sicuti quando*, quod Græco Syroque ignoratum, vidit probeque expressit Hieron. *Ita cuncta faciebat, ut eo tempore solita erat, quo eam parvulam nutriebat:* similiterque Chaldæus, וית מאמר מרדכי הות אסתר עבדת היכמא דהות נטרת כד הות מתרביא עמיה. Exod. 18. 16. כי יהיה להם דבר, Græci, ὅταν γὰρ γίνηται αὐτοῖς ἀντιλογία. Deut. 31. 20. כי אביאנו, *postquam enim introduxero ipsum.* Jos. 2. 12. כי עשיתי עמכם חסד, *quod sicuti ego vobis benignè feci:* Hieron. *ut quomodo ego misericordiam feci vobiscum.* Esa. 29. 16. כי יאמר, *veluti si diceret.* Esa. 54. 9. כי מי נח זאת לי, *nam istud erit mihi instar aquarum Noæ,* quomodo istum locum verterunt Tigurini; quibus accedunt etiam Castal. Tremell. Osian. Piscat. & Vernaculi plerique omnes. Prov. 30. 33. כי מיץ חלב יוציא חמאה, ubi hanc ellipsin animadvertit & supplevit Tremell. *Nam ut pressura lactis educit butyrum:* itemque Steph. *Certè ut concussio frequens lactis*

exprimit butyrum : ac Diod. *Perioche come chi spreme il latte, ne fa uscir del butiro.* Esa. 55. 9. כי גבהו שמים מארץ, Græc. ἀλλ' ὡς ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς. Syrus, מטל דאיך ודמין שמיא מן ארע': Chald. ארי כמא ודמין שמיא מן ארעא, Hieron. *quia sicut exaltantur cœli à terra.* Esa. 62. 5. כי יבעל בחור בתולה, Syr. מטל דאיך דבעל גדור' לבתולתי. Chald. ארי כמא דמתיתב עולים עם בתולתא. Jerem. 12. 5. כי את־רגלים רצתה, *quod si quando cum peditibus cucurristi.* Jerem. 4. 30. כי תלבשי *licet enim induas.* Ita etiam Hoseæ 11. 1. כי נער ישר', Syrus putavit כי habere geminam significationem, reddiditque מטל דכד טלא הוא, quanquam isthic non videtur necessarium eò recurrere. Sed hujus quoque ordinis est 2 Reg. 5. 13. ואף כי אמר, & Ezech. 15. 5. אף כי אש אכלתהו, in quibus duobus locis אף כי positum est pro *nedum quando*, atque ita כי duplicem habet significatum, quum אף כי per se non plus quàm *nedum* significet. Quum itaque in omnibus istis locis cognatæ τῷ *caph* particulæ sub unico positu geminam vim habeant, non aliter quàm si ipsæ geminatæ essent; idoneum hoc est pro nostra expositione testimonium, qua isti *præfixo* duplicem hic notionem tribuimus.

7. Sed neque desunt loci, in quibus ipsum *caph*, itidem atque hic, dupliciter accipiendum est. Sanè in hoc ipso Propheta tale exemplum habemus, cap. 64. 2. כקדח אש המסים מים תבעה אש, quem locum Hieron. parum accuratè vertit, *Sicut exustio ignis tabescerent aquæ arderent igne* (neque enim המסים potest significare *tabescerent*, utpote non *verbum* aut *participium*, sed *nomen*, ut mirer etiam Musculum ita vertisse, *à facie tua montes defluerent*, *velut incendio ignis liquefacti* : neque תבעה *arderent*) priusque etiam Symmachus, ὡς ἔκκαυσις πυρὸς ἐτάκη θάλασσα, ὕδατα ἐπλύνθησαν, *tanquam ustio ignis tabuit mare* [המסים in duas voces secuit] *aquæ consternatæ fuerunt* [תבעה אש mutavit in נבעתו] & Recentior quidam, *Tanquam ab ignis incendio colliquescant*, *& violenti velut aqua ab igne inflammentur.* Sed omnium pessimè Græci, & vix umbram Hebraici textus retinentes, ὡς κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς τήκεται, καὶ κατακαύσει πῦρ τοὺς ὑπεναντίους, *sicuti cera à facie ignis liquatur*, *& comburet ignis adversarios* ; similiterque Syrus (qui relicto contra morem suum Hebraico Græcam versionem adamussim expressit, cum unius vocis additamento) ואתפשרו איך דמתפשרא שעותא מן קדם נורא ותוקד נורא לבעלד בביך. etiam Chaldæus hoc comma valde licenter simul atque indiligenter tractavit. Ut autem rectè intelligatur hic locus, tam malè ab Antiquis

quis habitus, multa animadvertenda sunt. inprimis, hic non esse allusionem ad aliquam prisci temporis historiam (ut putavit Chald. qui ad sacrificium Eliæ, ignemque tum cœlitus delapsum, de quo 1 Reg. 18.38. respici vult; itemque Radak, Munst. Calv. Steph. Borrh. Anglica Vetus, & Itala, qui ad ostenta in monte Sinai facta, quum Lex promulgaretur, hæc referunt) sed esse similitudinem è medio petitam; eamque non duplicem, ut כקדח אש המסים una sit, & מים תבעה אש altera, quod visum Kimchio, Pagn. in Diction. (ubi longè aliter quàm in Textu vertit) Marino, Schind. Oleast. & Vernaculis plerisque; sed unicam, sicuti censuerunt Pagninus in textu, Forer. Tremell. Osian. Pisc. Luth. & Anglica nova. deinde hanc similitudinem non pertinere ad sequentia, להודיע שמך לצריך, ut multi existimaverunt, sed ad finem præcedentis versus (ad quem versum omnino pertinent hæc verba, perperam inde divulsa à Masorethis) מפניך הרים נזלו, uti ritè observatum à Tigur. Forer. Oleast. Musc. itemque Luth. & Castal. qui duo alioqui nimiam in hisce vertendis licentiam usurpârunt: **Das die bergen fur dir zerflossen, wie ein heiss wasser von hefftigen fewr verzendet:** *fluentibus montibus, & quasi incendio in liquorem præ ignis fervore colliquescentibus.*

8. Porro contra Trem. Pisc. & Buxt. qui Jarchii exemplo קדח habent pro *verbo activo*, & consequenter המסים pro *accusativo* (Trem. & Buxt. *conflagrante igne cremia*: Pisc. *quum accendit ignis cremia*) sciendum קדח esse *verbum neutrum*, & המסים *genitivum*, ac *epitheton* τε̃ אש, sicuti in hoc consentiunt plerique Interpretes; quos tamen in hoc probare non possum, quod Raschium, Efraidem & Kimchium secuti המסים (pro quo חמסי' per *cheth* malè legerunt Tigur. & Osiand.) derivant à מסס (ita ut *he* sit *articulus*, & vocalis longa sub *mem* defectum *daggesh* suppleat) vertuntque, *ignis liquefactionum, ignis liquefaciens, ignis dissolutionum*. Ego enim malim המס esse peculiarem *radicem*, significantem non הקש היבש *stipulas aridas*, ut R. Jona; neque *Cremia*, uti Trem. Pisc. Buxt. sed *vehementiam*, vel simile quid (à quo non nimium abit, quod τῷ המסא, quæ planè eadem dictio est, *audaciæ* notionem assignat Forerius in Lexico Syriaco) ut אש המסים significet *ignem vehementem* seu *luculentum*, quomodo ferè id exponunt etiam illorum plerique, qui המסים à מסס deducunt; Kimchi, אש חזק *ignis fortis*, in Diction. & אש גדול וחזק, *ignis magnus & fortis*, in comment. quæ eadem verba invenies apud Schindlerum: Maria. *Ignis magnus*: Steph. *Ignis vehementissimus*: quasi dicas (inquiunt isti cuncti) *ignis omnia liquefaciens*; ut

proinde

proinde error, de hujus vocabuli origine & propria significatione, iis ad sensum haud obfuerit. Tandem בעה sign. *in bullas attollere, facere ut bullet, facere ut bulliat, facere ut effervescat, bullas excitare*; (quod etiam possis dicere, *exundare facere, facere ut exundet*, quomodo *exundandi* verbo usus est Plinius lib. 31. cap. 2. ubi de fonte quodam sic loquitur, *Sole oriente exundat ferventi similis*) quod rectè animadversum atque indicatum ab omnibus tribus Rabbinis, Jar. Esr. Kim. magno consensu tenuerunt Recentiores omnes, excepto Forerio, qui vertit *elicere*, quod illa vox nunquam significat, ne in altero quidem intellectu, apud Syros familiari, ad quem tamen ille respexit cum ista versione. etiam Marinus, altera & meliore expositione prius allata, *aquas ebullire facit ignis*, diversam istius verbi significationem hic locum habere posse arbitratur, (*quid si* quærit *diceres in significatu proprio, hebraismo satis pulcherrimo, al fuoco se richiede l'acqua per estinguerlo*) sed istam expositionem scopus præsentis loci planè repudiat.

9. Restat ipsum *caph*, quod duplicem hic usum habere, etiamsi plerosque latuit, viderunt tamen nonnulli: Tremell. *Quemadmodum conflagrante igne cremia, aquarum bullas excitat ignis*: Pisc. *Nam quum accendit ignis cremia, aquarum bullas excitat*: & Anglica nova. **As when the melting fire burneth, the fire causeth the waters to boyle.** bene autem Forerius, de secundo אש, *Manifestior esset sensus, si vitato hebraismo, nomen ignis non repeteretur*: id quod etiam Pisc. aliique indicarunt. Totius vero comparationis sensum optimè explicat Tremell. hoc scholio. *Elegans comparatio montium diffluentium cum aquis ferventibus ad luculentum ignem*: quæ explicatio ut plenior sit, addi velim, non ad bullas tantum in fervente aqua excitatas respici hac similitudine, sed & ad vaporem inde affatim consurgentem; quod & Kimchius (quanquam in eo peccans, quod non tam similitudinem, quàm rei gestæ historiam hic proponi retur, ut diximus) significavit, כי המים הרותחים יעלו עשן *aquæ bullientes emittunt vaporem.* Ast R. Solomon valde futiliter hæc ita enarrat, ut qui ipsi attenderit, neque hoc, neque alterum de bullis, plenè atque ita uti par est ex hoc loco percepturus sit. quippe aquæ ebullitionem non per ignem aheno ollæve subjectum effici vult in hac comparatione, sed per prunas alias-ve res ignitas in ipsam aquam injectas כשתתן גחלת או מתכת בוערת במים יעלו המים אבעבועות, *si quis prunam aut metallum candens aquæ immittat, aqua bullat.* ista expositio planè enervat atque elumbem reddit venustissimam comparationem; quàm ad vivum & pene

inimitabili

inimitabili fœlicitate expressit Maro 7. Æneidos (sed alio scopo adhibitam, quam hic factum ab Esaia)

> *Sævit amor ferri, & scelerata insania belli:*
> *Ira super: magno veluti quam flamma sonore*
> *Virgea suggeritur costis undantis aheni,*
> *Exultantque æstu latices: furit intus aquæ vis,*
> *Fumidus atque alte spumis exuberat amnis:*
> *Nec jam se capit unda, volat vapor ater ad auras:*

quam descriptionem imitatus more suo Silius quinto Punicorum, istis versibus,

> *Ut multo accensis fervore exuberat undis*
> *Clausus ubi exusto liquor indignatur aheno,*

ne minimam quidem partem gratiæ in Maronianis istis elucentis assecutus est. Jam quum admissâ istius loci expositione, quam nos attulimus (& quam cæteris præferendam esse, quivis recti judicii, probè ista perpendens, facile deprehendet) *caph* duos habeat significatus, eosque planè eosdem, ac nos in כנשא & כתקע ei attribuimus; plurimum inde firmatur sententia nostra super istius loci כנשא נס וג"ו genuina mente atque expositione: cui amplius stabiliendæ, addo præcedenti ex Esaia loco alterum adhuc è Jeremia, ubi itidem *caph* infinitivo præpositum geminam vim habet. Est is capite 5. versu 26. כשך יקושים *sicuti quando subsident aucupes*, id est, *sicut aucupes subsidentes*; quo in loco solus ex omnibus Piscator vidit, quomodo כשך, vertendum esset: *Ut cum resident aucupes.*

10. Non omittendum autem, Græcos in vertenda priore parte istius versus Esa. 18. 3. fœdè admodum se gessisse. namque & verba ipsa, כל ישבי תבל ושכני ארץ monstrosè corrumpunt, & ultimam præcedentis versus partem, אשר בזאו נהרים ארצו ei assuunt, ipsam quoque miserè deformatam. ad quas hallucinationes accedentibus erroribus, quos in posterioris hemistichii prioribus verbis, כנשא נס הרים תראו commiserunt, integrum inde vocabulum demendo, ac reliqua cum præcedentibus pravè nectendo, vix tenue hebraici textus vestigium remanet in ipsorum versione; quæ ita se habet, Νῦν δὲ ποταμοὶ τῆς γῆς πάντες ὡς χώρα κατοικουμένη· κατοικηθήσεται ἡ χώρα αὐτῶν, ὡσεὶ σημεῖον ἀπὸ ὄρους· id est, vertente Hieronymo, *Nunc flumina terræ omnis* [*f. omnia: aut pro* πάντες *legit* πάσης] *sicut regio quæ habitatur: habitabitur regio eorum, quomodo si signum de monte elevetur.* quibus immanibus corruptelis opponimus testimonium Syri, Chaldæi, & Hieronymi, qui omnes Hebraicam Veritatem exactissimè repræsentant;

præsentant ; nisi quod Chaldæus pro נהרים *fluviis*, putans *metaphoricum*, substituit עממיא *populos* ; & quod ipse reliquique nonnullas voces fideliter quidem, sed non ita accuratè vertunt, ac sensus postulabat (qua de re satis antea dictum fuit) Syrus : רבזו נהרותא ארעה כלהון עמיריה דתאביל : ושרין בארעא · מא ושקלו אתא על טורא תחוזן. Chaldæus, כל דיתבין בתבל ורבזו עממיא ארעה : ודשרן בארעא כמזקף אתא על טוריא תחוזן. Hieronymus, *Cujus diripuerunt flumina terram ejus. Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, cum elevatum fuerit signum in montibus, videbitis.* Quantum verò ad ultimum hujus versus comma, ובתקע שופר תשמעו, quanquam & קול pro תקע, & תשמע pro תשמעו videntur legisse, isti tamen errores nihil nocuerunt sensui, sed potius profuerunt ipsis ad eum melius exprimendum, quàm alius quispiam, aut quàm ipsosmet credibile est facturos fuisse, si veræ lectioni attendissent, ὡς σάλπιγγος φωνὴ ἀκουστὸν ἔσται, quam versionem probè adumbrare istius commatis mentem, patet ex iis quæ §. quinto diximus.

CAPUT X.

*Jeram.*4 21. עד מתי אראה נם אשמעה קול שופר *excutitur, & quorsum hic* signi *mentio fiat, indagatur.* 2. *Sensus istorum verborum Jerem.*4.6. שאו נם ציונה· he finale *sæpe significat* in loco. *atque ita hic à multis accipitur. sed veram loci expositionem postulare, ut significet* motum ad locum. 3. *Ellipsis quædam observata in istis verbis, ac variis exemplis illustrata, tum è Sacra Scriptura, tum ex Autoribus externis* 4. העיזו, *in proximo commate ejusdem versus*, העיזו אל תעמדו (*quæ verba rectè intellecta, ad præcedentium declarationem multum conferunt*) *malè acceptum à plurimis Interpretibus, ac si esset ab* עוז, *quum sit ab* עין : *qui error in eodem hoc verbo à multis commissus in aliis præterea duobus locis, Esa.*10.31. יושבי הגבים העיזו, & *Jer.*6.1. העיזו בני בנימן מקרב ירושלם. 5. *Alii Interpretes, quanquam animadverso duarum istarum radicum discrimine, & ipsi quoque male transferunt* העין, *tribuentes ipsi* colligendi *significationem : qui error ortus ex Exod.*9.19. שלח העז את מקנך, *ubi magno consensu hoc verbum pro* congregare *accipitur; idque quia ibi* ἐν παραλλήλοις *ponitur cum* אסף, *cui putant extra controversiam* colligendi *intellectum convenire, uti & Jer.*4.6. האספו ונבואה 6. *Nobis videri quod Jer.*6. נאסף *non significet* congregari, *sed* se recipere : *quomodo etiam sumatur*

sumatur Levit.26.25. Num.11.30. 2 Sam.17.13. Psal.104.22. Jer. 47.6. 7.נאסף *significare* recipi *Exo.9.19.& Num.12.14.uti* אסף ad se recipere, *Jos.20.4. 2 Sam.11.27. Deut.22.2.* 8.*Similiterque* אסף *Judic.19.15,18.* 9.*Nostra opinio, quod* העיז *uti in reliquis locis, ita etiam Exod.9.19.quendam* fugæ *intellectum habeat: suffragantibus multis eorum quoque, qui alienam huic verbo significationem attribuerunt.* 10.*Multos Interpretes hoc verbum alicubi rectè transtulisse, quum alibi id pravè reddiderint. Vera verbi* העיז *significatio,* subducere, se subducere. *hemistichium illud,* שאו נס ציונה העיזו אל תעמדו *amplius declaratur.*

De tribus illis locis, quos Capitis octavi paragrapho sexto allegabamus, unum jam excussimus. proximus est Jerem.4.21. עד מתי אראה נס אשמעה קול שופר, in quo rursus Græci ab errore non manserunt immunes, נס *signum* mutando in נס *fugientem,* ἕως πότε ὄψομαι φεύγοντας. inque eundem errorem traxerunt etiam Syrum & Hieron. אחזא לערק, *Videbo fugientes.* Ast Chaldæus rectè, אנא חזי סימין. atque hanc lectionem esse alteri præferendam, vel ipse sensus clamat. si enim נס legatur, quid sibi volet sequens hemistichium, *Quamdiu audiam sonum tubæ?* quid enim tubæ aut classico cum fugientibus? Nam quod apud Polyænum legimus, li.4.ca.2.§13. Φίλιππος διωκόμενος ὑπὸ Θρᾳκῶν, παρήγγειλεν ἐπειδὰν ὁ σαλπιγκτὴς φυγὴν σημήνῃ, τοῖς μὲν οὐραγοῦσι προβαλλομένοις μένειν, τοῖς δὲ ἄλλοις φεύγειν, *Philippus, cum eum Thraces insequerentur, præcepit ut cum tubicen fugæ signum dedisset, ii, qui postremum agmen tenebant, sese objicientes manerent, reliqui autem fugerent*, est catachresis mera (quales in illo autore aliæ non paucæ) ac manifestè *fugam* & *fugere* pro *receptu* & *se recipere* dixit. Si quando autem tubis receptui canentibus, milites perculsi in fugam se dederint (quod factum interdum, & exemplum suppeditat Polyænus ejusdem libri capite primo, Τάλαυρος ἐξεπλάγη —— καὶ τὸ ἀνακλητικὸν ὑπεσήμηνεν· Ταυλάντιοι δὲ ἔφυγον, τὰ ὅπλα ἀποβαλόντες —— *Talaurus territus, receptui signum dedit: Taulantii autem fugerunt, abjectis armis*) id cum præter mentem Ducis fiat, qui signum tuba dari præcepit, ac casu fuga cum tubæ sono conjungatur: non magnopere id juvat eos, qui hoc quoque hemistichio, *Quamdiu audiam vocem tubæ*, ad fugam trahere vellent. Ast cum vexilli mentione, quocunque tandem fine illa hic injecta sit (neque enim de eo omnes idem sentiunt) classicum aptissimè copulatur, quum illa in plerisque usibus jungi consueverint. Zuinglius, Mariana, Pisc. Castal. נס pro collectivo habent, atque de

M infestis

infestis hostium signis intelligunt, similiterque שופר de hostilibus buccinis. Ast R.David hæc refert ad significationes à speculatoribus factas, ad indicandum hostium adventum, השומרים מנהגם לעמוד במגדלים הגבוהים ובהרים הרמים וכשרואין האויבים באים מרימים הנס כדי שיראוהו העם ויתקעו בשופר כדי שישמעו העם ויהיו נזהרים, *Custodes solent stare in altis turribus, montibusq́, excelsis, & quando vident hostes venientes, vexillum tollunt, ut populus id videat, tubaque canunt, ut populus audiat, atque ita sibi caveant.* & Kimchium sequitur Schindlerus, *Solent speculatores in turribus & montibus altis constituti elevare vexillum, & inflare tubas, hoste adventante, ut populus præmoneatur.* Raschi verò aliter: עד מתי אראה' האסי פות האלה הנושאים נס להקבץ לבוא להלהם, *Quamdiu videbo cœtus istos tollentium vexillum ut vadant ad gerendum bellum:* quibus verbis videtur *Vexillum Delectus* in animo habuisse, ac si planiùs dixisset, *Quamdiu videbo cœtus illos militarium virorum, proposito Delectus signo concursantium, ut nomina sua professi, ad bellum proficiscantur.* Harum expositionum postremam ego reliquis prætulerim; quanquam & reliquæ haudquaquam sunt improbabiles. & sanè parum aut nihil interest ad principalem istius loci scopum, quamnam istarum sequaris. Namque paraphrasis Marianæ, *Quamdiu bellum erit & hostes in hac provincia?* & Osiandri, *Quando tandem erit finis istius crudelissimi belli?* quæ Prophetæ in hisce verbis mentem plenè explicant, cuicunque istarum trium expositionum aptari possunt.

2. Iste autem *Signi erecti* usus, quem hic indicavit Kimchi, clarè habetur versu sexto hujus ipsius capitis, quarti inquam Jeremiæ, שאו נס ציונה העיזו אל תעמדו, ubi Hieron. Pagn. Zuing. Munst. Calv. Tremell. Luth. Ital. Val. Gallica & Anglica veteres, ציונה reddunt *Sione*, seu in *Sion*; cum quibus facit etiam R.David, qui exponit per במגדל ציון, *in turre Sionis*, ac si *he* hic significaret *quietem in loco:* quod sanè facit & alibi, uti apparet ex exemplis quæ apponimus. Genes.28. ver.12. ארצה *in terra, humi:* Hieron. *super terram:* Græc. ἐν τῇ γῇ. Syr. & Chal. בארעא. Exod.29.13,18. & Levit.16.25. המזבחה *in altari:* Hieron. *super altare.* Jerem.29.15. בבלה. Græc. ἐν Βαβυλῶνι. Syr. & Chald. בבבל: Hieron. *in Babylone.* Jerem.46.6. צפונה, pro quo mox versu decimo בארץ צפון, sicuti notavit etiam Kimchius, qui proinde צפונה exponit בפאת צפון *in plaga boreali:* & sic Chaldæus, בארעא צפונא. Hieron. *ad Aquilonem*, satis bene: namque & Latinis *ad* quandoque non tam *locum ad quem*, quàm *locum in quo* significat, & simillime, ac hîc Hieronymus, Florus dixit *ad Orientem*,

Orientem, ad Meridiem, lib. 3. cap. 1. & 2. & Curtius lib. 3. *ad plagam Orientis.* Etiam Hab. 3. 11. זבולה (Græc. ἐν τῇ τάξει αὐτῆς, Syrus, במדוריהון : Chald. במדוריהון : Hieron. *in habitaculo suo*) huc refero, neque assentior Kimchio, qui *he* putat esse *paragogicum*, sicut in לילה. Est & ubi cum *beth* conjungitur in eadem voce (quomodo in altera significatione *motûs ad locum* alicubi cum אל & *lamed* nectitur) nimirum 1 Sam. 31. 13. ביבשה *in oppido Jabes.* Itaque in ipsa quidem voce nihil est quod obstet isti interpretationi. sensus tamen eam non patitur, nisi velimus sequi expositionem Tremellii, *conclamate arma*, &c, quæ eodem redit, Osiandri, *Explicabitis vexilla in Jerusalem, & parabitis omnia ad sustinendam oppugnationem.* sed verius Pisc. & Belg. *vexilli erectionem* hic accipiunt de significatione, qua homines moneantur, fugiendum sibi esse Hierosolyma, tanquam in civitatem munitam (quum Sion hic *tropicè*, sicuti idem Piscator indicavit, pro Hierosolymis positum sit) quæ est etiam expositio R. Solomonis, quippe qui verbis illis, שאו נס ציונה hoc apponit scholion, לברוח לציון *ad fugiendum Sionem.* Iste autem sensus requirit, ut ציונה vertatur *Sionem*, vel *versus Sionem*, quomodo verterunt Castal. Tigur. Pisc. Genev. Diod. Anglica nova, & Belgæ ; similiterque Syrus לצהיון. Stephanus quidem hunc sensum alteri quoque interpretationi aptat, *Ac si dicat, Ferte vexillum in fastigium arcis Sion, ut omnes intelligant bellum imminere, & se recipiant in loca tuta.* similiterque Kimchius, ועוד ישאו נס במגדל ציון כדי שיראוהו מרחוק וינוסו ויאספו אל ערי המבצר או לירושלם. *itemq; tollunt vexillum in turre Sionis, ut id procul conspicientes, fugiant, ac colligantur in urbes munitas, aut Hierosolyma.* sed ego non video, quomodo vexilla in urbium arcibus sublata possint ad illos pertinere, qui longè in agris morantur, aut ullam significationem dare iis, à quibus neque conspiciuntur, neque conspici queunt. Itaque si admittimus, uti sanè faciendum est ob rationem mox dicendam, signi erectionem hic continere admonitionem confugiendi in loca munita (quæ omnia intelligi dantur in nominatione præcipui inter ipsa) omnino standum cum iis, qui ציונה vertunt *versus Sion.*

3. Est autem hæc locutio *levate signum versus Sion*, elliptica, pro, *levato signo mittite Sionem, signo erecto monete Sionem aufugiendum.* cujusmodi *ellipsis verborum prægnantium*, qua nimirum verbo aliquod relinquitur ex altero verbo intelligendum, satis frequens est in Sacris literis. Multa illius exempla dedit Glassius lib. 3. tract. 3. Can. 2. (sed admistis compluribus, quæ mihi videntur haudquaquam esse istius ge-

 neris)

neris) & nobis alia adhuc permulta ad manum sunt; è quibus selecta nonnulla apponimus. Genes. 47. ver. 18. תם הכסף ומקנה הבהמה אל־ארני, *Exhausta est pecunia & pecora ad Dominum meum:* i.e. *exhausta pervenit:* Raschi תם הכסף והמקנה ובא הכל אל־יד ארני. Judic. 1. 34. וילחצו האמרי את־בני דן ההרה, *Vexaverunt Amorrhæi Danitas ad montana,* i. *vexatos redegerunt seu compulerunt.* 2 Regum 4. 39. ויפלח אל—סיר, *concidit in ollam,* i. *concisa misit.* Chald. ופרם ורמא לדורא. Ralbag. כרת העשבים ההם וסמם בסיר. Psal. 31. 18. ידמו לשאול, *exscindantur in orcum,* i. *exscissi descendant vel deturbentur.* Chald. ישתקון ויחתון לשיול. Psal. 74. ver. 7. לארץ חללו משכן שמך, *in terram polluerunt,* i. *pollutum in terram dejecerunt.* Esa. 14. 12. נגדעת לארץ, *succisus es in terram* i. *succisus corruisti.* Esa. 21. 9. שבר לארץ, *fregit in terram,* i. *fracta projecit.* Jerem. 41. 7. וישחטם אל־תוך הבור, *mattavit in medium foveæ,* i.e. *mattatos projecit:* Græc. ἔσφαξαν αὐτοὺς καὶ ἐνέβαλον εἰς τὸ φρέαρ. Syrus, נכם אנון וארמי אנון בגוב. Judic. 14. 5. שאג לקראתו, *rugiebat obviam ei,* i. rugiens veniebat obviam. Judic. 15. vers. 14. הריעו לקראתו, *vociferati sunt obviam ei,* i. *vociferantes obviam iverunt.* Hieron. *Vociferantes occurrissent ei.* Judic. 19. ver. 3. וישמח לקראתו, *lætatus est obviam ei,* i.e. *lætus obviam processit.* Hieron. *occurrit ei lætus.* Sed & in externis Scriptoribus non infrequens est ista figura. Euripid. Heracl. Ἀνίστασθαί σε χρὴ εἰς Ἄργος, i. ἀναστάντα πορεύεσθαι. idem in Electra, Στρεφθεὶς τ' ἔδωκε φονίαν εἰς γῆν τρέφειν, i. ἔδωκεν ὥστε κομίζειν καὶ τρέφειν. Isocr. Symmach. εἰς Σικελίαν τριήρεις ἐπλήρουν, i. πληρώσαντες ἔπεμπον. Plato Phœdone, ἀνίστατο εἰς οἴκημά τι, i. ἀναστὰς ἀπῆλθε. Xen. 1. hellen. Ἑάλωσαν εἰς Ἀθήνας, i.e. ἁλόντα ἐκομίσθησαν. idem 6 hellen. Λέγεται Τριπτόλεμος τοῦ Δήμητρος καρποῦ εἰς πρώτην τὴν Πελοπόννησον σπέρμα δωρήσασθαι, i. δωρησάμενος εἰς κομίσασθαι. Theoph. lib. 6. Histor. cap. 3 Καταλεπτυνομένας εἰς ὄξος, i. καταλεπτυνομένας καὶ βαπτομένας. Virg. 2. Æneid.

Quos ubi confertos audere in prælia vidi,

i.e. *audenter ruere.* Et 11. Æneid.

In flammam jugulant pecudes ——

i.e. *jugulatas immittunt.* Pomponius Mela, *Ubi in alveum ejus solem æstumq; fugerunt,* i. *fugientes secesserunt.*

4. Quod verò eorum expositio, qui in hac signi erectione significationem confugiendi ad loca tuta intelligunt, præferenda sit iis, qui hæc ad Delectum aut quid simile trahunt, liquet ex verbis, quæ comma hoc proximè antecedunt, ואמרו האספו ונבואה אל־ערי מהבצר,

המבצר, *& dicite, Recipite vos, & ingrediamur in urbes munitas*; atque ex iis, quæ proximè id sequuntur, העיזו אל תעמדו, modo rectè intelligantur. sed multi Interpretes, decepti similitudine duarum diversarum *radicum*, עזז & עוז sive עיז, העיזו, quod ad posteriorem pertinet, à priori deduxerunt, ipsique *roboris* seu *corroborandi* & *confirmandi* significationem, ab isto verbo ac loco alienissimam, attribuerunt. Syrus, אתעשנו : Hieron. *confortamini* (quod Osiander retinens, explicat, *Quæritis sedulò rationes, quibus aliquid vestris viribus addatur, conquiretis undequaque auxilia*) Munst. *Agite viriliter* : Castal. *Corroboramini* : Tigur. *Intendite nervos* : Tremell. *Confirmate* : Gallica vetus, *Prenez courage*. Eundemque errorem deprehendere etiam licet in uno alteroque præterea loco, ubi hoc verbum itidem occurrit. namque Esa.10.31. נדדה מדמנה יושבי הגבים העיזו : Hier. העיזו vertit *confortamini* (quod Osiander exponit, *Parate vos ad defensionem*) Tigur. *Confirmamini* : Forer. *Obfirmemini* : Syrus, עשנו, *roboraverunt* : Castal. *Confirmant se* : Luth. **Starcken sich**, quod idem valet. Et Jer. 6.1. העיזו בני בנימין מקרב ירושלם : Græci (qui Jerem.4.6. verterunt σπεύσατε, *festinate*; quomodo ipsorum imitatione ibi vertit etiam Zuinglius; quum Esa.10. ne verterint quidem omnino) transferunt ἐνισχύσατε. Hieron. *confortamini* (quod Osiander enarrat per, *Conscribite potentem exercitum in urbe, eumq; educite*) Zuingl. *æquo animo sitis* : Tigur. fortes *estote*, quomodo & Munsterus in notis dicit hebraica ad verbum sonare, quum in textu ipse verterit *satagite*, mirifice sanè, juxta cum Castalione, qui transtulit *eluctamini*. neque minus mirè Syrus, גזו, quæ interpretatio & ab hujus loci sensu alienissima est, neque cum Hebraico verbo quicquam commune habet : nisi forte, præter vulgatam illam significationem, *absumi*, *deficere* (quæ sola à Ferrario ponitur, & in qua hoc verbum usurpatur Esa.15.6. & 19.6. Jerem.7.28. Luc.12.33. atque alibi) etiam significat *transire, trajicere*, ut apud Chaldæos; quo casu ista interpretatio longè tolerabilior foret, atque à sensu loci & vocis hebraicæ non usque adeo remota.

5. Alii autem quanquam discrimen harum *radicum* agnoscunt, atque העיזו & העיזו non ab עזז, sed ab עוז deducunt, nec ipsi tamen bene interpretantur, significationem *colligendi* seu *congregandi* huic verbo attribuentes, &, quum in omnibus istis locis *intransitivum* sit, *colligi, congregari, se colligere seu congregare* vertentes : quod cum R. Solomone fecerunt Recentiores Interpretes plerique omnes, qua Vernaculi, qua Latini. Ut verò ita facerent, induxit eos iste locus Exodi

9.19.

9.19. שלח העז את־מקנך ואת־כל אשר לך בשדה, ubi Veteres Recentioresque magno consensu *colligendi* seu *congregandi* notionem isti vocabulo dederunt: eamque videntur desumpsisse ex eo quod sequitur, *Quicunque homo & pecus invenietur in agro,* ולא יאסף הביתה, *descendente super ipsos grandine morientur*: siquidem istis ita junctis, העיז & אסף ביתה videntur *synonyma* esse, atque ἐν παραλλήλῳ usurpari. Sed ut hoc concedamus, non propterea concedimus, העיז rectè ibi redditum ab Interpretibus, quum ne ipsum quidem אסף propriam sibi *congregandi* significationem hic obtineat, non magis quàm in ipso illo loco Jerem.4.6. האספו ונבואה, quanquam & illic plerique Interpretes, & hic omnes unanimiter in contrarium eant, vulgaremque *colligendi* seu *congregandi* intellectum retineant.

6. Attamen verum est, quod Jerem.4.6. (ubi non *passivum* est hoc verbum, sed *intransitivum* seu *deponentale*, ut vulgatas Grammaticorum voces usurpemus) נאסף significet idem, quod Latinis *se recipere*, & Gallis *se retirer*: quomodo usurpatur in aliis compluribus locis, in quibus etiam id agnoverunt multi Interpretes, veramque aut vero proximam versionem exhibuerunt. Levit. 26. 25. ונאספתם אל־עריכם: Græc. Καταφεύξεσθε εἰς τὰς πόλεις ὑμῶν. Syrus, תערקון לקוריכון. Hieron. *Cumque confugeritis in urbes*. Castal. *Quod si vos in oppida vestra receperitis*. Genev. *Dont vous vous retirerez dans vos villes*. Num.11.30. ויאסף משה אל־המחנה, Græc. ἀπῆλθεν εἰς τὴν παρεμβολήν. Hieron. *reversus est in castra*. Syrus, ועל למשריתא. Tigur. *ingressus est*: Steph.Calv.Castal.Tremell. *recepit se*. Italus uterque, *si ritirò*: Gallica utraque. *se retira*. Anglica vetus, **returned**: Anglica nova, **gate him into the camp**. 2 Sam.17.ver.13. ואם אל־עיר יאסף. Syrus, ואן לקריתא נעול: Hieron. *Quod si urbem aliquam fuerit ingressus*: Tigur & Tremell. *Quod si se receperit in urbem aliquam*: Ital. *Si egli si retirarà in qualche città*: Gall.utraque, *Que s'il se retire en quelque ville*: Anglica utraque, **If he be gotten into a citie**: Belg. **Indien hy sich in eene stadt sal begeven.** Psal.104.ver.22. יאספון, Symmac. ἀποχωρήσουσι· Hieron. *recedent*: Zuing. *sese proripiunt*: Buc. *rursus conduntur*: Tigur.Castal.Tremell. Genev.Pisc. *recipiunt se*; quo verbo etiam Osiander utitur in explicatione, quum alioqui minus probè verterit, *collecti sunt*: sicuti etiam Agellius probæ expositioni, *subtrahunt se & recedunt*, ea adjungit, quæ ipsam corrumpunt rursus, *quum per diversa loca feræ illæ bestiæ ad suam quæque prædam dispersæ essent, ubi lucescere incepit, contrahunt se & undique colligunt*: Luth. **sie heben sich davon**: Belg. **sy maecken sich wech**: Ital. *si retirano*: Gallica

lica utraque, *ils se retirent* : Anglica vetus, **they retire.** Jer.47.6. האספי אל־תערך. Græc. ἀποκαλύφθητι εἰς τὸν κολεόν σου· Hieron.*ingredere in vaginam tuam* : Tigur.*redi* : Castal.*condere* : Calv. *collige te, vel reconde te* : Tremell.& Pisc. *recipe te* : Luth.**fahre doch in deine scheide**, eodemque modo Belgæ : Ital. *entra* : Gallica utraque *rentre* : Anglica vetus, **turne againe** : Ang.nova, **put up thy selfe** : Hisp.& Val. *mete te en tu vayna*. Uti igitur in omnibus illis locis, ita etiam Jerem.4.5. נאסף non *congregari* aut *colligi*, sed *se recipere*, ἀποχωρεῖν, *se retirer* significat. Hisp utraque in tribus istorum locorum, puta Numer.11.30. 2 Sam.17.13. & Psal.104.vertit *recogirse*, aptissimo vocabulo ; quum & planè eandem vim habeat, quam τῷ נאסף hic tribuimus, & præterea alteram illam *colligendi* significationem, æquè ac ipsum אסף, obtineat.

7 Ast Exod.9.19. ubi non *intransitivum* est (quod tamen putaverunt Græci, qui alioqui non malè, καὶ μὴ εἰσέλθῃ εἰς οἰκίαν, similiterque Castal.*quæ tectum non subierint*,ac Gallica vetus, *& ne se seront retirez*) sed *passivum*, reddendum est *recipi estre retirè*,quomodo ibi reddiderunt Tremell. & Genev. *neque receptus fuerit in domum* : *& qui n'auront point estè retirez* : nec multò aliter Osiand. *domumq́ reducta* ; & Ang.utraque, **and shall not be brought home.** atque ita hoc verbum sumitur etiam Num.12.14,15. עד־האסף מרים—ואחר תאסף, quod Græci vertunt εἰσελθεῖν, Syr. עלל (quod idem valet) Hieron. Steph.Ital. ac Gall.Vet. *revocari* : Castal. *admitti* : cui affine est Belgarum **aengenomen worden** (pro qua interpretatione in scholiis pravam **bygesamelt worden** substituunt, atque explicant) melius Calv. Genev. Ang.utraque, *recipi* ; similiterque Tigur.sed cum additamento,*in cœtum recipi*, idque priore duntaxat loco, quum in posteriore verterint *recolligi* : Luth. **aufgenommen werden.** Atque hoc modo in *Activo* pro *Recipere* plus semel usurpatur, ut Jos.20.4. ואספו אתו העירה אליהם, ubi *Recipere* interpretantur Tigur. Castal. Tremell. similiterque Luth.ac Belg. **tot sich nemen**, Hisp.& Val. *recebir* : Angl. utraque, **to receive**, Genev. *retirer* : quum Hieron.*suscipere*, & Steph. *admittere* verterint. sic 2 Sam.11.27. ויאספה אל־ביתו, Tremell. *recepit* : Ital.*riceuue* : Gall. *receut* : Genev. *retirà* : inque eundem sensum Syrus, אעלה, Hieron. *introduxit eam* (quod planè idem est cum Syriaco) & duo ista conjungens Steph.*introduxit,aut recepit* : Tigur. *transtulit* : Luth. **liess sie holen** : Belg. **namse** : Angl.vetus, **took her** : Anglica nova, **fet her.** similiterque Psal.27.10. ויהוה יאספני : Græc. προσελάβετό με· Castal. *me receptat* : Tremell.Pisc. Buxtorf. *Recipiet*

cipiet me. Et Deut.22.vers.2. (in simillima re, ac Exod.9. vers.19. atque itidem de brutis loquendo) ואספתו אל־תוך ביתך, ubi Chaldæus, primarium vocis significatum retinens, vertit כנש, quod & fecit in omnibus locis, hoc ac præcedenti paragrapho allegatis; sicuti & Munsterus ubique *colligere*, & Pagn. *congregare*, *colligere*, aut *recolligere* vertit. ast rectius Syr. אעל אנון לגו ביתך. Hieron. *duces in domum tuam*: Steph. *deduc*: Tigur. *assume*: Castal. *agito*: Angl. utraque, **bring it unto thine house.** optimè autem Tremel. *Recipito intra domum tuam*: & Genev. *tu les retireras dedans ta maison*: ac Luth. **so sollu sie in dein hauss nehmen**; quomodo etiam Belgæ in Notis reddunt, quum in contextu sequiorem *congregandi* significationem retinuerint.

8. Hujus quoque ordinis est illud è *Piel*, Judic.19.vers.15.& 18. מאסף הביתה, ubi quum Chald. Pagn. Munst. non melius quàm in cæteris locis interpretentur, & alii quoque multi *colligere* seu *congregare* vertunt (in quo numero sunt Græci, qui *συνάγειν* reddunt, uti & Deut.22.2. fecerunt) & Castal. minus significanter reddiderit *domum invitare*: optimè Hieron. vertit, *recipere hospitio, sub tectum recipere*: Tigur. *recipere in domum, hospitio accipere*: Tremell. utrobique, *recipere in domum*: Genev. *retirer chez soy*: Belg. **in huys nemen**: Angl. utraque, **to take into his house, to receive to house**: neque multò aliter Luther. **im hause beherbergen, herbergen.** Syrus, uti Deut.22.& 2 Sam.11. ita hic quoque vertit אעל, *introduxit*; bene sanè, quum *recipere* (quo sensu in hisce phrasibus usurpatur) parum omnino ab *introducere* differat, quare etiam in hoc ipso capite Judic.19. pro אסף ביתה mox vers.21. הביא לביתו usurpatur, sicuti etiam Esa.58.7. eodem sensu ista phrasis occurrit. Hisp. utraque secundo loco vertit *Recebir en casa*; priore autem *accoger en casa*: quæ duo verba Hispanica *accoger* & *recebir*, sicuti idem ferè valent, ita *accoger* istam verbi אסף significationem, de qua hic agimus, plenius atque exactius exprimit: prætereaque in altero quoque intellectu cum אסף congruit, itidem ac cognatum *recoger*, de quo supra paragrapho quinto diximus, ac quo etiam Exod.9.19. Deut.22.2. 2 Sam.11.27. & Psal.27.10. usi sunt iidem Hispani. Similiter verò etiam Italicum *Accogliere*, quo Diodatus in omnibus istis locis (Exo.9.19.Deut.22.2. Jos.20.4. Judic.19.15,18. 2 Sam.11.27.) usus est, & Gallicum *Raccueillir*, (quod Gall. vetus in cunctis illis, præterquam in ultimo, usurpat) hebraico אסף in primaria *colligendi* ac *congregandi* notione respondentia, alteram quoq; istam (quanquam non ita plenè ac Hispanicum *recogir* & *accogir*) possident.

9. Jam

9. Jam sicuti Exod. 9. 19. *congregandi* ac *colligendi* significationem ne verbo אסף quidem, quod sæpissime ac propriè eam possidet, relinquimus; ita multò magis verbo העיז, quanquam obnitente Veterum Novitiorumque Interpretum agmine, ipsam detrahimus; aliamque longè diversam ipsi attribuentes, contendimus quendam *fugæ* intellectum ipsi inesse: qui in reliquis quoque locis ipsi competat. Et nobiscum sentit Esraides, qui licet Exod. 9. nutet inter hanc, alteramque minus veram interpretationem, העז׳ הנס או אסוף (in qua expositione nihil mali esset, si constaret eum אסף non in vulgatiori intellectu, sed in eo quem modò indicavimus, accepisse) Esaiæ decimo העז rectè explicat per הבריח נפשו או אחרים *fugâ subduxit seipsum, aut alios:* similiterque Mercerus, in Dictionario Pagnini, *Genuina significatio est, Recipere & colligere in locum tutum: retirer, vel se retirer vernacule: est enim nunc transitivum, nunc intransitivum:* & Mariana ad Jerem. 6. 1. העיז *fugere, migrare significat.* Hanc autem esse veriorem interpretationem, sicuti confirmat Esa. 10. 31. ubi העיז *synonyme* cum נדד (quod ut alibi persæpe, ita hoc quoque loco *profugere, diffugere* significat) usurpatur; sicuti Exodi nono quoque הנים dicitur vers. 20. de eadem re, de qua versu præcedente העיז dictum fuerat: tum ex eo quoque conjicias, quod multi ex iis, qui alteram significationem huic verbo attribuunt, ita *congregandi* seu *colligendi* notionem retinent, ut tamen, ipsâ locorum evidentiâ adacti, in eundem nobiscum sensum eam detorqueant: nullusque est trium istorum in Esaia & Jerem. locorum, in quo hoc non ab aliquibus factum sit. Quippe Esa. 10. 31. Steph. *Collegerunt se) ut scilicet fugam adornarent:* Arias, *ad fugam collegerunt se:* Cevall. in Diction. Pagnini, *Congregaverunt se ad fugiendum:* Oleast. *congregaverunt se) ut fugerent:* Anglica nova, **Doe gather themselves to flee:** Genev. *s'en sont fuis par troupe:* Belg. **vluchten met hopen: ofte, versamelen haer om te vluchten.** & sic inter Rabbinos Jarchius, נאספו לברח, quæ expositio, si נאסף acciperetur in ea notione, quam § quinto declaravimus, pleonastica quidem, sed valde proba esset, *receperunt se fugiendo.* sed Jarchium in *congregandi* significatu potius usurpâsse hoc verbum tum hic, tum Jerem. 4. 1. ubi id simpliciter per האספו exponit, indicio est hoc ipsius scholion ad Exod. 9. 19. שלח העז׳ כתרגומו שלח כנוש. וכן יושבי הגבים העיזו׳ העיזו בני בנימין. Jerem. 4. 6. *Retirez vous en troupe:* Ital. *adunatevi) per fuggire:* Belg. **vlucht met hopen.** Jerem. 6. 1. Tremell. *Congregate vos, i. excurrite in fines vestros:* Genev. *enfuyez vous en par troupe:* Anglica nova, **gather your**

 selves

selves to flee. Hoc ipso autem remedio, ad eliciendum ex mala interpretatione veriorem sensum, usi sunt ex illis quoque nonnulli, qui העין ab עוז deducunt. Esa.10 31. Tremell. [*quum*] *se confirmaverint* [*ad migrandum*] Pisc. *se confirmaverunt* [*ad migrandum*] Jer.4.6. *confirmate vos* [*ad fugiendum*] Diod. *rifuggitevi di forza.* Jerem.6.1. Zuingl. *fortes prodeatis:* Munsterus in scholiis, *Fortes sitis, scilicet ad fugam:* Pisc. *confirmate vos* [*ad fugiendum.*]

10. Alii verò, quum in nonnullis istorum locorum alienam significationem, *collectionis* seu *congregationis*, retinuerint, alibi tamen ad verum, aut proximè à vero, hoc verbum interpretati sunt. Chaldæus, quum Exod.9. verterit כנש, alibi semper vertit *migrare.* Pagn. Jerem. 6.1. *fugite.* Steph. Jerem.4. *confugite:* & Jerem.6. *fugite.* Arias Jerem.4. *aufugite.* Hispanica utraque, Jer.6. *huyd.* Diodatus Esa.10. *si sono saluati:* Jerem.6. *fuggitivene.* atque ita nonnulli, vim istius verbi ex professo declarantes, utramque istam notionem ipsi assignant. Calvinus Jerem.4. *Congregamini) vel, confugite; alii, Viriliter agite, deducentes ab* עוז. *sed plures ab* עון, *quod est fugere, vel se colligere metus causa.* Belgæ, ad eundem locum, **Het hebreeusche woordt heeft de betreckeninge van vluchten, vertrecken, sich elders heen begeven: ende van vergaderen.** Schindl. העין *coëgit, congregavit, compulit: & absolutè, congregatus, coactus fuit: fugit, aufugit, confugit,* & sic Pagn. in Diction. & in universum inquit, העין *est confugere & congregare se ad urbem,* & mox in singulis exemplis utramque ponit interpretationem, *confugiendi* & *congregandi,* non junctim, sed lectoris arbitrio relinquens, utram eligendam putet. secutus autem videtur, ut solet passim, Davidem Kimchi, qui in radic. allatis omnibus quatuor locis, ubi hoc verbum occurrit, subjungit, כולם ענין המנוסה והאסיפה אל־העיר quæ expositio (etiam Jerem.4.6. totidem verbis ab ipso posita) omnino proba est, præsertim ablatis duobus ultimis vocabulis, si sumpsit אסף eo sensu, quem supra indicavimus; ac quod eum fecisse, tum hic, tum Esa.10. ubi scribit, העיזו לשון אסיפה כמו שלח העז, probabile facit hoc scholion ipsius ad Jerem.6.1. העיזו הניסו כמו שלח העז׳ אמר—נוסו והניסו את־אשר לכם מקרב ירושלם, sin verò אסף usurpavit in altero ac vulgatiore significatu, de quo ipsum intellexit Pagninus, minus rectè locutus est, quum *colligendi* & *congregandi* intellectus, uti antea diximus, alienus sit ab hoc verbo; quod affine verbis ברח, נס, & נדד rectissimè per *subducere* ac *se subducere* latinè interpreteris. ac proinde Jerem.4. vers.6. העיזו אל תעמדו vertendum est, *Subducite vos, ne moremini,* seu, *Absq; mora subducite*

ducite vos : è qua interpretatione porro apparet, uti paragrapho quarto dicere occœperamus, verba proximè præcedentia שאו נס ציונה accipienda esse de signi erectione, non qua populus moneatur ad arma concurrere, sed in tutum se recipere. neque duo ista commata, *tollite signum versus Sion, Subducite vos absque mora*, ad easdem spectant personas; sed prius respicit eos, quibus cura tollendi in ejusmodi occasionibus signi demandata erat, altera verò ipsos homines, quibus admonendis signum tollebatur: cujusmodi subitos de unis personis ad alias transitus passim in Prophetis est deprehendere.

CAPUT XI.

1. & 2. *Jeremiæ* 6.1. משאת *à plerisque pro synonymo* τῶ נס *haberi; ab aliis autem exponi* Incendium *vel* Combustionem, *atque intelligi de* πυρσοῖς ἢ φρυκτοῖς, *quos* Ignem & Ignes *vocant classici autores*. 3. *Vocem* משאת *propriè nec* Vexillum, *nec* Ignes *significare, sed generalius omne* signum in altum sublatum. 4. *Rectè tamen* משאת *reddi* Ignes, *quia ista signi species in significanda hostium irruptione magnopere fuit frequentata*. 5. *Discrimen inter* φρυκτοὺς πολεμίους & φιλίους: *ac quæsita inde nonnunquam strategematum materia*. 6. *Ignium significationem usitatam quoque fuisse in indicando hostium subito assultu ad castra, alia-ve munimenta*. 7. *Vexilla quoque in istis significationibus interdum usurpari consuevisse, ac propterea neque eos spernendos, qui* משאת Vexillum *interpretati sunt*. 8. *Kimchium aliosque non rectè* משאת *de* Ignibus *exponere eâ ratione, quia* primitivum *ejus* נשא *aliquando* flagrare & cremare *significet*. משאת *Judic*. 20. 38, 40. *idem significare, ac hic apud Jeremiam*. 9. Signi levationem *hic*, *Jerem*. 6.1. *memorari, ad significandum hostium adventum, non ut iis occurratur aut resistatur, sed ut agrestes fugâ sibi consulant, atque in loca munita se recipiant*. 10. *In isto versu, Jerem*. 6.1. בית הכרם *non esse* appellativum, *ut Kimchi aliique putaverunt, sed proprium loci. conciliatio* ἐναντιοφανῶς, *quod Jeremias agrestes jubens in loca munita refugere, Benjamitas Hierosolymis excedere hortatur*.

IN eundem sensum, ac Jerem. 4.6. in שאו נס ציונה, signi erectionem memorari arbitror etiam Jerem. 6.1. ובתקע תקעו שופר ועל בית הכרם שאו משאת ubi משאת pro *synonymo* τῶ נס habuerunt major pars Interpretum. Græci enim verterunt σημεῖον, Syrus, אתא

אחא, Chald. סמוסא, Hieron. *vexillum :* Munst. Calv. Zuingl. Tigur. Castal. *signum :* Ital. *bandiera :* Gallica vetus, *banniere :* Luth. **panir :** Anglica vetus, **standard.** & Raschi in scholiis משאת per נס exponit. Tremell. Pisc. Buxtorf. vertunt *Incendium :* similiterque Schind. *flamma, incendium :* Pagnin. in Diction. *combustionem :* Steph. *ignem*, vel *rogum :* Arias, *facem :* Hisp. utraque, *humo*, i. *fumum.* omnibusque istis praivit Kimchius, cum in radic. משאת hoc loco, uti & Judic. 20.40. idem est quod שרפה. Ista autem expositio à priori plurimum dissidens in vocabulis, sensu tamen parum aut nihil ab ea differt, modò intelligas περὶ πυρσείας, cum Cevallerio in Diction. Pagnini, sive *de ignis significatione*, cum Tremell. in scholiis : id quod interpretatione suâ planissimè expresserunt Genev. Diod. Anglica nova, & Belgæ, vertendo, *signal de feu : signal del fuoco :* **a signe of fire : vyer-trecken.** Sed notandum eos, qui castè loquuntur linguam latinam, id, quod per משאת isti hic significari volunt, & quod πυρσὸς ac φρυκτὸς Græci appellant, haudquaquam solere vocare *incendium*, multoque minus *combustionem* aut *rogum*, sed *fumum*, vel *flammam* aut *lumina*, pro ratione temporis, de quo loquuntur ; quum in isto πυρσείας negotio *flamma* noctibus, *fumus* interdiu adhiberi consueverit. Plerumque autem *Ignem* & *Ignes* dicunt, latiore vocabulo, & utrumque istuc comprehendente. Ita Cicero, quintâ in Verrem, *Non enim, sicuti antea consuetudo erat, prædonum adventum significabat ignis è specula sublatus aut tumulo, sed flamma ex ipso incendio navium:* & Cæsar, 2. Gal. prope finem, *Celeriter, ut ante imperaverat, ignibus significatione factâ, ex proximis castellis eò concursum est :* necnon Lucanus lib. 6.

——Vix prælia Cæsar
Senserat, elatus speculâ quæ prodidit ignis :

de qua eadem re agens Cæsar, *fumi* vocabulum usurpat, *Cæsar, significatione per castella fumo facta——deductis quibusdam cohortibus ex præsidiis, eodem venit.*

2. Similiter Livius lib. 40. cap. 47. *Oppidani, quum ignes noctu turribus nequicquam, quod signum convenerat, sustulissent.* & lib. 28. cap. 5. *Inde ut ad omnes hostium motus posset occurrere, etiam in Phocidem atque Euboeam & Peparethum mittit, qui loca alta eligerent, unde editi ignes apparerent. ipse in Cissæo (mons est in altitudinem ingentem cacuminis editi) speculum posuit, ut ignibus procul sublatis signum, ubi quid molirentur hostes, momento temporis acciperet.* & mox capite sexto, *Philippum ignes ab Oreo editi monuerant* [de adventu classis hostium, Romanorum] *sed serius Platoris fraude è specula sublati.* Qui hic *Ignes* Livio, πυρσοὶ dicuntur

cuntur

cuntur Polybio in eadem historia, libro decimo, unde totam hanc narrationem Livius expressit, sed satis obscurè, quantum quidem ad speculam in Cissæo (Polybius Tisæum vocat) attinet; quæ non in idem erecta fuit cum reliquis (sicuti Livii verba videntur præ se ferre) sed ut ibi excubarent, *οἱ δεχόμενοι τοὺς πυρσοὺς*, sive *οἱ ἀποδεχόμενοι τὰς πυρσείας*, ut Polybius vocat, id est, qui editos à Phocide, Euboëa, aut Peparetho ignes, hostium adventus indices, observarent, ipsique aliis rursus ignibus, tales ignes à se observatos, Regi Demetriade agenti indicarent. hoc, inquam, obscurius à Livio indicatum, è Polybii verbis clarius apparet: Διεπέμψατο πρὸς Πεπαρηθίους —— καὶ παρήγγειλε διασαφεῖν αὐτῷ πάντα τὰ γιγνόμενα διὰ τῶν πυρσῶν, ἐπὶ τὸ Τίσαιον· τοῦτο δ' ἐστὶ τῆς Θετταλίας ὄρος, εὐφυῶς κείμενον πρὸς τὰς τῶν προειρημένων τόπων περιφάσεις, *Misit ad Peparethios —— jussitque, ut omnia, quæ fierent, ignibus ipsi significarent versus Tisæum. est autem is Thessaliæ mons, opportunè situs ad accipiendas è prædictis locis significationes.*

3. Ex interpretationibus vocis משאת superius allatis si quis eam quærat, quæ ipsam proprietatem ejus totamque vim optimè exprimat; & *vexilli* nomen nimis restrictum, rectè Calvinus in commentariis monuit, & de *Ignibus* quoque tantundem dicendum: omninoque accedendum iis, qui *signum* transtulerunt. Neque tamen משאת planè idem valere puto cum נס; sed quodam respectu arctius esse, neque signa militaria, in sese atque extra significationem specularem considerata, sub appellationem τοῦ משאת venire, quum נס de istis omnibus dicatur: & rursus משאת de nonnullis usurpari, ad quæ fortassis נס haudquaquam extendatur. Vocabulum enim hoc, factum à verbo *erigendi* & *attollendi* significationem habente, omnia illa sub se comprehendit, quæ in speculari significatione adhiberi, atque in altum tolli solent, ac proinde etiam Ignes, fumumque atque flammas, quæ an נס indigitari possint, dubito. Ista autem omnia cum à Græcis *σημεῖα*, à Latinis *Signi* appellatione includantur; oportet in reddendo משאת istis vocabulis nos esse contentos, neglectâ etymologiâ: quum & nullam vocem habeant Græci Latini-ve, quæ sub consimili derivatione parem vim obtineat, dictionem-ve hebraicam melius exprimat; & superstitiosum nimis sit atque inficetum, in interpretando derivationes vocabulorum potius, quàm verum ipsarum intellectum sectari atque adumbrare. Probè igitur Calvinus, quum præmisisset, *Quidam Interpretes vertunt ignem aut pyram, alii vexillum, alii turrim. qui turrim vel arcem transferunt, carent omni ratione —— vexilli*

xilli nomen nimis est restrictum : subjungit, *Ad verbum esset*, *Tollite elevationem. ergo nomen signi optime conveniet.*

4. Quanquam autem proprius τῷ משאת intellectus ille sit, quem indicavimus; non tamen culpandi sunt, qui *Ignem* (aliisque modis in idem recidentibus, sed minus Latinis) transtulerunt; quum & *Ignis* in *Signo*, tanquam *species* in *genere*, comprehendatur, & hæc signi species in significando hostium adventu fuerit omnium frequentissima, passimque ab Autoribus memoretur. Unum alterumque ejus rei exemplum modò attulimus; quibus nunc ista addimus. Vegetius lib. 3. cap. 5. *Hostium adventum per noctem flamma; per diem fumus significat sociis.* Frontinus lib. 2. cap. 5. *Arabes, quum esset nota consuetudo eorum, qua de adventu hostium interdiu fumo, noctu igne significare instituerant.* Diodorus lib. 19. Οἱ σκοποὶ καταvοήσαντες πολεμίαν δύναμιν εἰσβεβληκυῖαν, ἐσήμηναν τοῖς Ναβαταίοις διὰ τῶν συγκειμένων πυρσῶν, *Speculatores quum animadvertissent hostiles copias irrumpere, ignibus, ut constitutum erat, Nabathæis id significarunt.* Ammianus lib. 18. *Dumque intra muros maturanda perurgerentur, fumus micantesq; ignes assidui à Tigride per castra Maurorum, & Sisara, & conlimitia reliqua, adusq; civitatem continui perlucebant, solito crebriores, erupisse hostium vastatorias manus superato flumine permonstrantes.* Hujus loci etiam est illud Halicarnassei libro octavo, ubi narrat quod Romani in bello contra Marcium & Volscos Φρυκτωρίας καὶ σκοποὺς ἐν τοῖς ἐπικαιροτάτοις φρουρίοις ἔταξαν, ἵνα μηδὲν ἀγνοήσωσι τῶν ἐπὶ τῆς χώρας πραττομένων, *Speculares ignium significationes ac speculatores instituerint in præsidiis opportunioribus, ne quicquam ignorarent eorum quæ in agris fierent.* illud autem ejusdem Ammiani, lib. 17. prope initium, *Eminus ingentis fumi volumina visebantur, indicantia nostros perruptas populari terras hostiles*, videtur potius ad pagorum ædificiorumque incendia, ab infenso hoste facta, quàm ad speculares significationes pertinere. Thucid. lib. 3. Καὶ ὑπὸ νύκτα αὐτοῖς ἐφρυκτωρήθησαν ἑξήκοντα νῆες Ἀθηναίων προσπλέουσαι ἀπὸ Λευκάδος, *Noctu ipsis per ignes indicatum est, sexaginta Atheniensium naves adventare à Leucade.* & lib. 8. Ἀφικνοῦνται εἰς Ῥοίτιον —— πρωίτερον μέσων νυκτῶν· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι —— ὡς αὐτοῖς οἵ τε φρυκτωροὶ ἐσήμαινον, καὶ ᾐσθάνοντο τὰ πυρὰ ἐξαίφνης πολλὰ ἐν τῇ πολεμίᾳ φανέντα, ἔγνωσαν ὅτι εἰσπλέουσιν οἱ Πελοποννήσιοι, *Ad Rhœtium pervenerunt ante mediam noctem. Athenienses autem significatione ipsis facta ab excubitoribus speculariis, videntesque plurimos in hostico ignes repente accensos, cognoverunt Peloponnensium classem advenisse.* idemque libro secundo, versus finem, τὴν Σαλαμῖνα, ἀδοκήτοις ἐπιπεσόντες, ἐπόρθουν·

ἐς ϡ τὰς Ἀθήνας φρυκτοὶ ᾔροντο πολέμιοι, *Salaminem, quum inopinantibus ingruissent, populabantur. ast Athenas versus tollebantur ignes hostiles.*

5. In postremo isto loco cur non contentus Thucidides dixisse φρυκτοὶ, *ignes*, addiderit πολέμιοι, *hostiles*, ea est causa, quod alii erant φρυκτοὶ φίλιοι, quibus auxiliorum ac socialium copiarum adventus significabatur: qua de re ita scholiastes Thucididis, ad eundem locum: Φρυκτοὶ εἰσὶ λαμπάδες τινὲς ἀπὸ ξύλων γιγνόμεναι, ἃς τινὲς βαστάζοντες ἄνωθεν τῶν τειχῶν, ἐσήμαινον τοῖς πλησιοχώροις, ἢ τοῖς συμμάχοις, ὅταν τινὰς ἑώρων πολεμίους ἐπιόντας, ὡς ὅτι δεῖ προφυλάξασθαι· οὐ μόνον ϡ ἐπὶ πολεμίων τοῦτο ἐποίουν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ φίλων, ὅταν ἑώρων βοήθειαν αὐτοῖς ἐρχομένην, ἐσήμαινον πάλιν τὰ τῶν φρυκτῶν, ὡς οὐ δεῖ θορυβεῖσθαι· καὶ ὅταν μὲν φίλους ἐδήλουν, ἐβάσταζον τοὺς φρυκτοὺς ἠρεμοῦντας· ὅταν ϡ πολεμίους, ἐκίνουν τοὺς φρυκτούς· *Phrycti sunt faces è stipitibus factæ, quas nonnulli gestantes supra muros, significabant vicinis aut sociis, quando hostes ullos videbant irrumpentes, ut sibi caverent. & non modo ob hostes id faciebant, sed & ob amicos, quando videbant auxilia advenientia, ne frustra turbarentur. Sed quando de amicis significabant, faces gestabant quietas: quando autem de hostibus, faces quatiebant:* qui scholiastis locus, in nonnullis circumstantiis parum accuratus (quippe faces à speculatoribus elevatas, atque ex speculis ostensas, verius dixisset, quam à nonnullis supra mœnia gestatas) hoc boni habet, quod planum facit, in quo situm fuerit inter φρυκτοὺς πολεμίους καὶ φιλίους discrimen: id quod ad librum quoque tertium rursus eodem ferè modo, sed paulò exactioribus verbis, declarat, Οἱ φίλιοι φρυκτοὶ ἀνατείνοντο, καιόμενοι μὲν, ἑστάμενοι ϡ· οἱ ϡ πολέμιοι, καιόμενοι μὲν καὶ αὐτοὶ, σειόμενοι ϡ ὑπὸ τῶν ἀνατεινόντων, *Faces sociales tollebantur ardentes, sed immotæ; hostiles verò & ipsæ quoque ardentes, agitabantur ab iis qui eas tollebant.* Atque in his facibus, solo ostensionis modo invicem discrepantibus atque internoscendis, doli atque strategematum materiam sæpe invenerunt Duces bellici, unasque pro alteris attolli curando, hostibus fraudem atque periculum struxerunt. cujus rei exemplum habemus apud Dionem, libro 42. Συχνοὺς ϡ δὴ περὶ τὰς τοῦ Νείλου ἐκβολὰς πυρσοῖς, ὡς καὶ Ῥωμαῖοι ὄντες, ἐξαπατῶντές τε καὶ συνελάμβανον, *Ad ostia Nili complures ignibus, ac si ipsi quoq; Romani essent, decipiebant ac comprehendebant:* & apud Polyænum, lib. 2. Μάγας Παραιτόνιον καταλαβὼν, συνέταξε τοῖς φρυκτωροῖς φρυκτὸν φίλιον αἴρειν ἑσπέρας, καὶ πάλιν βαθέος ὄρθρου τὸν αὐτόν· τῇ ἐν τῶν πυρσῶν ἀπάτῃ προῆλθε τῆς χώρας ἄχρι τοῦ Χίου καλουμένου, *Magas quum Parætonium occupasset, jussit excubitoribus specularibus, ut vesperi Ignes sociales tollerent, idemque summo mane repeterent: quo Ignium dolo pervenit adusq; regionis istius locum nomine Chium:* alterumque libro tertio, Ἰφικράτης ἐν Κερκύρᾳ, Κεννίαν τε

στρατηλάτην-

προσπλέοντα ἐκ Σικελίας, ἕνδεκα ναῦς πληρώσαντα, τῶν πυρσευρῶν ἀγγειλάντων ὁρμουμένων αὐτὸν νήσῳ τινὶ τῶν ἐρήμων, προσπαίξας πυρσὸν ἀνάψαι φίλιον, νύκτωρ ἐπιπλεύσας ἐκράτησε τῶν δέκα πληρωμάτων, ἑνὸς ἐκφυγόντος, *Iphicrati in Corcyra agenti quum per excubitores specularios indicatum esset, Crinippum cum undecim navibus, quibuscum ex Sicilia venerat, in anchoris stare ad insulam quandam desertam, jussit ignes sociales accendi, noctuq; ipsum adortus, decem ex iis cepit, unaq; tantum evasit.* De facibus φιλίοις capiendus est Dionis locus iste è libro 46. Ουχ οἷοί τε ἐγένοντο περαιτέρω χωρῆσαι. βουλόμενοι δ' ἂν καὶ ὡς τὴν παρουσίαν σφῶν τῷ Δεκίμῳ, μὴ καὶ φθάσῃ τι συμβὰς δηλῶσαι, τὸ μὲν πρῶτον ἀπὸ τῶν ὑψηλοτάτων δένδρων ἐφρυκτώρουν, *Quum non possent ultra procedere [Octavius & Hirtius] vellentq; tamen adventum suum Decio Bruto indicare, ne præpropere cum hostibus pacisceretur, primò ex altissimis arboribus signum sustulerunt.* De iisdem est insignis locus apud Polybium, lib.8. ubi narratur inter Tarentinos, qui urbem suam Pœnis prodere decreverant, & Hannibalem convenisse, ut quum silenti nocte Hannibal copias suas urbi admovisset, ignibus adventum suum significaret, idemque signum ab ipsis, intus in hanc occasionem intentis, rursus acciperet, ac tunc utrimque flammis extinctis operi se accingerent. Τὰ δὲ συγκείμενα τοῖς νεανίσκοις ἦν πρὸς τοὺς Καρχηδονίους· τὸν μὲν Ἀννίβαν ἔδει συνάψαντα τῇ πόλει——ἀνάψαι πῦρ ἐπὶ τὸ τάφο——τοὺς δὲ περὶ τὸν Τραγίσκον, ὅταν ἴδωσι τοῦτο γιγνόμενον, ἔνδοθεν ἀντιπυρσεῦσαι· τούτου δὲ συντελεσθέντος, σβέσαι τὸ πῦρ ἔδει τοὺς περὶ τὸν Ἀννίβαν. & rem ita uti convenerat actam, mox declarat, Ἅμα τῷ πῦρ ἰδεῖν τῶν περὶ Νίκωνα, καὶ τὸν παρ' αὐτῶν πυρσὸν ἀναδείξαντες, quod Livius (eandem hanc rem narrans, libro 25. cap. 9.) sic exequitur: *Quum portæ appropinquaret, editus ex composito ignis ab Annibale est, refulsitq; idem redditum ab Nicone signum. extincta dein utrinq; flammæ sunt.*

6. Sicuti autem in significando hostilis exercitus aut manuum prædatoriarum adventu, pervulgatus olim erat Ignium faciumque specularium usus; ita adhiberi quoque solebant in re non admodum diversa, in subito hostium assultu ad castra alia-ve munimenta; quo casu illi, in quos impetus fiebat, sociis in vicinia constitutis πυρσοῖς discrimen suum significare, eosque ad auxilium sibi ferendum exciere consueverant. Pertinent huc duo loci Cæsaris, initio capitis allegati, ut & ille Lucani; itemque iste Xenophontis, in extremo septimo Ἀναβάσεως, κεκραγότων δὲ αὐτῶν καὶ πυρσευόντων, ἐκβοηθοῦσιν ἐκ τῶν πλησίον χωρίων, *Ipsis autem clamorem ac ignes tollentibus, subsidia è vicinis locis venerunt.* Hujus etiam loci est, quod Thucid. libro 3. narrat Thebanos, cum Peloponnensibus Platæas obsidentes, quum nocte armatorum globus,

globus, eruptione ex urbe factâ, munitiones perrumpere conarentur, per sublatos ignes iis, qui Thebis remanserant, de hoc tumultu indicium fecisse: Φρυκτοί τε ἤειρον εἰς τὰς Θήβας πολέμιοι, *Faces hostiles versus Thebas attollebantur* (quod Polyænus, eandem historiam narrans, lib. 6. cap. 19. clarius ita effert, Πυρσοὺς πολεμίους εἰς τὰς Θήβας ἀνέσχον, συμμαχίαν καλοῦντες, *Ignes hostiles versus Thebas ostenderunt, Thebanos ad opem sibi ferendam vocantes*) cujus significationis fructu ut eos frustrarentur obsessi, ipsi similiter, isto genere fraudis, de quo §. præcedenti diximus, plurimas faces eodem tempore ex mœnibus suis sustulerunt, Παρεῖχον δὲ καὶ οἱ ἐκ τῆς πόλεως Πλαταιῆς ἀπὸ τοῦ τείχους φρυκτοὺς πολλοὺς, πρότερον παρεσκευασμένους εἰς αὐτὸ τοῦτο, ὅπως ἀσαφῆ τὰ σημεῖα τῆς φρυκτωρίας τοῖς πολεμίοις ᾖ, καὶ μὴ βοηθοῖεν, ἄλλο τι νομίζοντες τὸ γιγνόμενον εἶναι, ἢ τὸ ὄν, *Plataenses autem [in urbe relicti] ex altera parte è mœnibus suis multas tollebant faces, de industria in hoc præparatas, ut hostibus incerta foret specularis significatio, neque auxilio suis accurrerent, existimantes aliud quid rei esse, quàm quod revera erat.* quam historiæ partem rursus apertius Polyænus ita narrat: Ἀντανέσχον πυρσοὺς φιλίους, ἵνα διὰ τῆς ἀντιπυρσείας ἀπατήσαντες Θηβαίους, πείσωσιν ἀποστῆναι τῆς βοηθείας· οὕτω γε τοῖς πυρσοῖς ἐναντίοις ἀμφιδοξήσαντες Θηβαῖοι βοηθῆσαι κατώκνησαν, *contra extulerunt ignes amicos, ut secundâ istâ significatione decepti Thebani, ab ope ferenda desisterent. Itaque ob contrarios ignes ambigentes Thebani, auxilio accurrere neglexerunt.* Hujus classis sunt πυρσοὶ illi, de quibus Ἰλιαδ. 6. Homerus elegantissimis hisce Versibus:

Ὡς δ' ὅτε καπνὸς ἰὼν ἐξ ἄστεος αἰθέρ' ἵκηται,
Τηλόθεν ἐκ νήσου, τὴν δήϊοι ἀμφιμάχονται,
Οἵτε πανημέριοι στυγερῷ κρίνονται ἄρηϊ
Ἄστεος ἐκ σφετέρου· ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι,
Πυρσοί τε φλεγέθουσιν ἐπήτριμοι, ὑψόσε δ' αὐγὴ
Γίγνεται ἀΐσσουσα, περικτιόνεσσιν ἰδέσθαι,
Αἴκεν πως σὺν νηυσὶν ἄρεω ἀλκτῆρες ἵκωνται.

Ut quando fumus vadens ex urbe ætherem scandit,
Procul ex insula, quam hostes oppugnant.
Ipsi quidem tota die sævo dimicant marte
Ex urbe sua. cum solis autem occasu
Faces accenduntur frequentes, in altum autem flamma
Emicat, ut à vicinis videatur,
Sicunde navibus veniant depulsores belli.

7. Jam quemadmodum interpretatio eorum, qui משאות hic de *ignibus*, sive de *flammis* aut *fumo* interpretantur, valde excusabilis est, siquis

si quis attendat ea, quæ tribus hisce paragraphis diximus; ita neque illi, qui *vexillum* reddiderunt, omnino spernendi sunt. Namque & *vexillum* una est *specierum* in generali notione vocis משאת comprehensarum; & *vexillum* quoque interdum in significanda hostium impressione usurpari consuevisse, vel iste Appiani in Ibericis locus docuerit, ubi de Scipione Numantiam obsidente agens, ait eum instituisse, εἴ τι ἐνοχλεῖεν οἱ πολέμιοι, σημεῖον ἐξαίρειν, ἡμέρας μὲν φοινικίδα ἐπὶ δόρατος ὑψηλοῦ, νύκτωρ δὲ πῦρ, ἵνα τοῖς δεομένοις ἐπιθέοντες αὐτός τε καὶ Μάξιμος ἐπαμύνοιεν, *si hostes molesti essent, signum tolleretur, interdiu velum puniceum in hasta prælonga, noctu autem ignis; ut ipse & Maximus accurrentes opem ferrent indigentibus.* Et in recentiore scriptore, eo qui Domini De Breves, Henrici Tertii ac Quarti ad aulam Ottomannicam Legati, itinera in Syriam Ægyptumque ac Africam descripsit, historia extat apprimè ad præsens propositum faciens. Quippe agens de turre quadam in vertice montis Carmeli, qua parte in mare excurrit, ita scribit: *Au haut est une jollie chambre quarree ou les Mores font ordinairement le guet, & appercevans quelques galeres ou fregates s'accostans de la terre, arborent une banderolle, à l'aspect de laquelle tout le voisinage se arme. Car les corsaires chrestiens, qui tous-jours rodent le long de ceste coste—quelquefoit descendent en terre, & enlevent tout ce qu'ils trouvent de gens, dont ils font apres des bons deniers—laquelle persecution leur à faict abandonner presque tous les villages maritimes, pour se retirer es creux des montaignes: ou encore n'ayants peu trouver seureté, ils ont esté forcés de n'en attendre que de leurs courages. & à ceste heure sont si bien aguerris; qu'ils se battent courageusement, & à la premiere rumeur qu'ils oyent des corsaires, ils sortent de leurs tasnieres, & accourent à la marine. In summo est elegans cubiculum quadratum, ubi Arabes solent excubias agere. & ubi conspexerint triremes ullas aut myoparones terræ propinquantes, vexillum erigunt, ad cujus conspectum omnis vicinia se armat. Quippe piratæ christiani, qui assiduè ob oram istam vagantur, quandoque in terram exscendentes, abducunt quotquot homines invenerint, magnamque inde pecuniam postea cogunt. quæ infestatio adegit eos deserere omnes ferè vicos maritimos, ac se recipere in montium cavernas. cumque ne ibi quidem satis tuti essent, omnem in fortitudine sua fiduciam collocare coacti fuerunt. ac nunc adeo sunt bellicosi, ut fortiter prælientur, atque ad primum rumorem, quem de piratis audierint, prodeant ex latibulis suis, atque ad littus maris accurrant.* Valde autem verisimile est, quod hodie in Palæstina fieri iste autor observavit, idem olim quoque ibi factitatum fuisse, ut hostilis irruptio non semper ignibus, sed & vexillis interdum significata fuerit.

proinde-que

proinde-que ferri possunt, qui משאת hic *vexillum* transtulerant. Si tamen relicto generali intellectu *signi* (quod משאת propriè denotat, ut diximus) una aliqua *species* substituenda est; ego iis accedere malim, qui de *Ignibus* interpretantur; quum πυρσείας, quàm *vexilli*, longè frequentior in hoc negotio usus fuerit.

8. Quod autem Kimchi aliique משאת de *Ignibus* accipiunt non eâ ratione, quod isti quoque generali *signorum* ambitu comprehenduntur, sed quasi משאת propriè hoc significaret, utpote deductum à נשא significante *Flagrare* & *Cremare*, in eo ipsos falli puto: neque in exemplis, quæ afferunt, ubi נשא ita sumatur, ac שרף æquipolleat (2 Sam.5.21. וישאם דוד. Job.7.ver.13. ישא בשיחי משכבי. Job.32.22. ישאני עשני. Nah.1.5. ותשא הארץ) quicquam video, quare illis assentiendum sit. adeoque in nonnullis istorum locorum summopere alienam puto istam expositionem, atque à vero sensu tam valde abhorrentem; ut nullo modo admitti deberet, etiamsi נשא extra controversiam aliquando haberet eam notionem, quæ ei ab istis tribuitur. id quod paucis quia ostendi non potest, alteri loco tractationem ejus rei reservamus. ibique etiam declarabimus pericopas illas Judicum vigesimo הרב להעלו תם משאת העשן מן העיר vers.38. &, והמשאת החלה לעלות מן העיר, ubi משאת à Syro redditur מסקא, & à Raschio גובה; similiterque à Munst. Tigurin. Marin. Tremell. ac Gallica vet. *elevatio*: & à Belg. **verheffinge**: à Buxtorf. & Italo, *Incendium*, uti & à Kimchio in comment. (qui & alteram istius vocis affert interpretationem, ut idem sit cum עמוד *volumen*) necnon à Diod. *arsione*: ab Hisp. *humo*, i.e. *fumus*: à Schindlero autem & Valerâ, ac Angl. utraque, *Flamma*: quum revera משאת idem hic significet, ac Jerem.6.1. *signum*, sive *rem in altum sublatam ad aliquid significandum*: id quod perspexerunt etiam Græci, qui utrobique optimè verterunt σύσσημον, ut quidem est in Editione Romana; quum Vulgata in priore loco, & aliæ editiones in secundo, pro eo πυρσὸν substituant: quæ genericæ vocis in specialem mutatio, haud æquè commoda hic est, ac Jeremiæ sexto.

9. Porro quum Interpretes consentiant, signi levationem hic memorari ad indicandum hostium adventum, & ista significatio fieri soleat ob tres diversos fines; quo vel armatæ manus hosti opponantur, conatum ejus inhibituræ; vel loca opportuna præsidiis aliisque necessariis adversus ipsius vim firmentur; vel agrestes se suaque in loca tuta subducant; ad primum hic præcipuè respexisse Prophetam, multi arbitrantur. Hieron. *Quod dicit, hoc est, Quia ab Aquilone jam*

jamque venturus est Nebucadnezar, & imminet vicina captivitas, ô habitatores Jerusalem arma corripite, & in Thecua buccina concrepate, & in Bethacerem levate vexillum ait, ut contra hostes valeatis resistere. similiterque Raschi, שאו משאת' גם להקבץ ולהלחם על נפשכם, *Tollite* משאת, *id est, signum, ut conveniatis ac præliemini ad vos defendendos* : & eodem spectantia habent etiam Calvinus & Osiander. Probabilius tamen videtur, Jeremiam in animo habuisse eam signi levationem, qua homines monerentur in tuta confugere, ac se cum suis furori ingruentis hostis subducere Nobiscum hic stat Stephanus: *In turre vinearum elevate ignem, vel rogum*) i.e. *in turre constructa ad vineas servandas accendite ignem, ut fugæ signum detis pastoribus, vinitoribus, & agricolis, ut se recipiant in locum aliquem tutum.* etiam Italus, *Alzate la bandiera sopra Bethacherem*) *per dar signal alle case delle vigne——afin che quelli, chi si ritrovano in esse, si ritirono in luogo sicuro.* Kimchius quoque eodem modo exponit. תקעו שופר להניס העם אל העיר : שאו משאתן אמר שישאו משאת שיראו הרחוקים הלהבה וינוסו, *Clangite buccinâ*) *ad faciendum populum fugere in urbem. Tollite ignem*) *jubet tolli ignem, ut illi, qui procul absunt, conspectâ flammâ fugiant.*

10. Quod בית הכרם Stephanus *appellativè* vertit *turrim vinearum*, in eo socios habet Pagninum & Munsterum qui similiter reddunt *domum vineæ* : secutique sunt omnes tres, ut videtur Kimchium, qui in comment. sic de eo scribit, מגדל שבונים בכרם אחד לשמור את־הכרמים אשר סביביתיו ואותו נקרא בית הכרם וכן הוא אומר ויבן מגדל בתוכו, *Turris, quam ædificant in aliqua vinearum, ad custodiendas vineas circumvicinas, vocatur Domus vineæ : de qua loquitur Esaias, cap. 5. vers. 2. Et ædificavit turrim in medio ejus.* ipsi autem Kimchio ad hanc expositionem præivit Chaldæus Paraphrasta, qui בית הכרם transtulit בית בקעת כרמיא. *domum convallis vinearum.* Sed verius Raschi, שם מקום הוא, *est nomen proprium loci* : quæ fuit etiam sententia & Recentiorum Interpretum omnium, præter tres supradictos, & Græci, Syri, atque Hieronymi: cujus postremi clarum est super hac re testimonium, & quod omnem controversiam tollat, *Thecua est viculus in monte, duodecim millibus ab Hierusalem separatus. inter hos alius est vicus Bethacarem, & ipse in monte positus.* Quia autem per plagam Aquilonarem venturi erant contra Jerusalem Chaldæi (quod verbis illis כי רעה נשקפה מצפון indicatur) ideo duos istos vicos nominat Propheta, utpote in eodem tractu sitos, ac proinde periculo proximos: in duorum nominatione omnes

omnes etiam alios, in iisdem partibus sitos, relinquens intelligendos. Quòd si quis miretur, quomodo in eodem versu & agrestes moneantur se recipere in loca munita, & Benjamitæ jubeantur Hierosolymis excedere, tanquam parum tuti ibi futuri, quum tamen ista urbs fuerit veluti arx totius regionis, ac præcipuum in ea munimentum, unde etiam alibi hic Propheta in eodem casu hortatur Judæos, ut ex agris eò confugiant (cap.4.vers.6. שאו נס ציונה, quem locum præcedenti capite explicavimus) sciat verba illa, *Tollite signum versus Sionem*, &, *In Betheherem* (על hic positum est pro *in*, ut alibi plus semel) *tollite signum*, non esse veram aut seriam adhortationem, sed *mimesin*, qualis illa, de qua cap.6. §.5. egimus, quæque non tam admonitionem continet quid facere deberent homines, quàm repræsentationem quid facturi essent: id quod & à Calvino, ad Jerem.4.6. ritè animadversum est. Ast illorum, *subducite vos Benjamitæ è medio Hierosolymorum*, alia est ratio, neque ironica sunt, sed ad faciendam fidem excidii, quod Hierosolymis imminebat, prolata à Propheta: quippe qui tribules suos Benjamitas, qui illuc tanquam in locum tutissimum confugerant, atque securissimos se putabant, admonet, ut aliud refugium sibi circumspicientes, urbe excedant, ne clade ejus atque ruinâ involvantur: sicuti hunc locum etiam R.David exponit.

CAPUT XII.

Jerem.51.12. אל־חומות בבל שאו נס, *à Kimchio aliisque ad Persas Babylonis obsessores referri, atque intelligi de signo in mœnibus defigi solito in signum victoriæ: de quo more nonnulla.* 2. *Aliorum sententia, itidem ad obsessores hæc referentium, sed ita ut de signo oppugnationis intelligant.* 3. *Utraque ista expositio rejicitur, quia reliqua versus pars,* החזיקו המשמר הקימו שומרים הכינו אורבים, *nequaquam ad obsidentes trahi potest.* 4. *In obsessos verò aptissimè ista competere, utpote qui in summa agebant negligentia, languideq́ue ac remisse curabant quæcunq́ue ad urbis suæ custodiam & defensionem pertinebant.* 5. *Securitatem illam Babyloniorum atque socordiam longè quàm antea majorem fuisse, qua nocte urbs capta est. Causa istius rei allata à Polyano, nequaquam probabilis.* 6. *Verior causa, festum in istam diem incurrens, solennesq́ue epulæ atque ludi: cujusmodi occasione etiam Syracusæ à Romanis captæ fuerunt.* 7. *Adhortationem hoc versu comprehensam, non esse seriam, sed ironicam, & qua Babylo-*

niis

niis solutissima socordia exprobretur. Calvinus aliique, æquè ac nos, hæc ad Babylonios referunt. 8. *Sensum istius commatis,* Super muris Babylonis erigite vexillum, *hunc esse, quod jubeantur obsessi mœnia defensoribus replere : qui sensus inde eliciatur, si* vexillum *accipiatur collectivè, & pro ipsis militibus subsignanis.* 9. *Altera in eundem sensum expositio, ut hæc intelligantur de peculiari vexillo, in tali casu adhiberi solito.* 10. *Cum signo isto nonnullam affinitatem habere vexillum, quod Romani tempore comitiorum in arce Janiculi, ob præsidium eò deductum, erigebant.* 11. *Gnavitatis istius atque curæ, ad quam Babylonios ironicè hoc versu adhortatur Jeremias, exempla aliquot ex historiis afferuntur ; & versus Virgilii, eandem rem graphicè ob oculos ponentes.* 12. *Per* אורבים *hic significari non insidias propriè dictas, sed vel manum subsidiariam, vel globum paratum ad faciendam repentinam in oppugnantes eruptionem.*

DIversum ab omnibus hactenus memoratis signi erecti usum complectuntur verba ista Jeremiæ, cap.51. ver.12. אל־חומות בבל שאו נס, quæ verba à Kimchio sic exponuntur ; ut putet ea ad copias Babylonem obsidentes dirigi, esse-que ipsarum adhortationem, ut expugnatæ urbis in mœnibus vexillum, trophæi instar, atque victoriæ indicium, defigant. אל־חומות בבל שאו נס׳ כשתכבשו אותה שאו נס על החומות להראות כי לכם היא כי דרך העולם כשיכבשו עיר ישאו נס על החומות ועל המגדלים. *Super muris Babylonis tollite vexillum) ubi expugnaveritis eam, erigite signum in mœnibus, ad ostendendum quod vestra sit. quippe consuetudine receptum est, ut qui urbem expugnaverunt, vexillum tollant super muris atque turribus.* Eandem expositionem affert etiam Stephanus : *Erigite vexillum super muros Babylonis) date operam ô Medi, ut vexilla vestra collocetis super mœnia Babylonis, in argumentum victoriæ partæ.* similiterque Schindlerus, *Super muris Babylonis elevate vexillum) solent victores in urbium captarum muris & turribus vexilla erigere seu suspendere, ut in sua potestate eos esse ostendant.* Hujus consuetudinis, jam ab aliquot seculis passim usitatæ, nemo paulò vetustior scriptor, quod sciam, ullam facit mentionem, vel in Græcorum Romanorum-ve, vel in Barbarorum rebus, præter unum Marcellinum, qui libro 25. eam usurpatam docet à Binese Persa, in arce urbis Nisibis, Regi ipsius ab Imperatore Romano Joviano deditæ : *Postridie Bineses, unus ex Persis, quem inter alios excellere diximus, mandata Regis complere festinans, promissa flagitabat instanter : & Principe permittente Romano civitatem*

ingressus

ingressus, gentis suæ signum ab arce extulit, commigrationem è patria civibus nuntians luctuosam. eodemque videtur respexisse idem Ammianus verbis istis libro 14. *Quibus mox Cæsar acrius efferatus, velut contumaciæ quoddam vexillum altius erigens, sine respectu salutis alienæ vel suæ, ad verrenda supposita instar rapidi fluminis irrevocabili impetu ferebatur.* Illud autem Senecæ, 6. Benef. 25. *Quid si Imperator Deos oret, ut magna vis hostium, circumfusa castris, fossas subito impetu compleat, & vallum trepidante exercitu convellat, & in ipsis portis infesta signa constituat, quo majore cum gloria rebus lapsis profligatisque succurrat?* quanquam prima fronte quis putaverit huc quoque pertinere, revera tamen aliam mentem habet, neque ad expugnationis & victoriæ ostentationem, sed ad oppugnationis ardorem spectat; æquè ac istud Lucani, lib. 6.

Jam Pompeianæ celsi super ardua valli
Exierant Aquilæ: ——

& istud Livii, 28. 3. *Eâdemq; portâ signa infesta urbi illata.*

2. Alteram istius loci expositionem, & à superiori diversam, secundo loco affert Stephanus, *Erecto & explicato vexillo invadite Babylonem:* quem huic loco sensum attribuisse etiam Zuinglius ac Castalio videntur, ita eum interpretati, *Corripite signum in muros Babylonis: In Babylonis muros signum extollite:* itidemque Mariana, *Super muros*) i.e. *contra muros levate vexillum, ut milites ad illud conveniant.* Vexillum illud hic intellexerunt isti, cujus erectione milites ad oppugnandam urbem emitti solebant: de quo vexillo loquitur Ammianus libro 14. *Per has tenebras —— oppidano transfuga quodam ductante —— septuaginta sagittarii Persæ —— ascenderunt. ibique occultati, mane sago punicei coloris elato, quod erat subeundæ indicium pugnæ, cum ex omni parte circumveniri urbem suis copiis inundantibus advertissent —— tela summâ peritiâ dispergebant. moxq; acies omnes densæ petebant multò infestius quàm antea civitatem:* & rursus libro vigesimo, *Matutinæ lucis exordia, signo per flammeum erecto vexillum, circumvaditur civitas, à quibusdam vehentibus scalas, aliis componentibus machinas, plerisq; objectu vinearum pluteorumque tectis, iter ad fundamenta parietum quærentibus subvertenda.*

3. Harum expositionum neutra mihi probatur, idque ob verba proximè sequentia, החזיקו המשמר הקימו שומרים הכינו אורבי', *firmate stationes, disponite custodes, instruite subsidia*; quæ obsessis summopere congruentia (sicuti ex iis, quæ mox dicemus, planum fiet) ad obsidentes trahi non nisi frigidissimè possunt. Quare enim hi tam

sedulo monerentur, stationibus se omni-que militari custodiâ tam diligenter munire? Sanè nullum iis ab inclusis periculum erat, qui tantum aberant ab inquietandis per eruptiones obsessoribus, ut ne custodiendæ quidem urbi suæ vel mediocrem curam adhiberent, & vix solita in quamvis remisso ac diuturno obsidio vigilum custodumque dispositione uterentur: qua de re paulò post plenius agemus. Quòd si vel maximè non in urbe modo custodienda diligentes, sed & in exercendis atque per continuas eruptiones vexandis obsessoribus strenui atque acres fuissent Babylonii, vel sic quoque vix locus fuisset vehementi huic admonitioni ad Persas, qui & per se satis ad cuncta intenti erant, & contra omnem ab oppidanis vim abundè tuti, non modò fortitudine propriâ, sed & munimentorum objectu. Quippe castris suis Cyrus, qua parte urbem spectabant, præduxerat τάφρον ὑπερμεγέθη, *fossam amplissimam*, apposito ad labrum ejus interius vallo ex egestitia terra facto, in quo extructæ passim turres erant; uti hæc narrantur à Xenophonte, septimo παιδείας, qui addit, id factum à Cyro, ὅπως οἱ πλεῖστα φυλακτήρια εἴη, *ut quam plurima præsidia haberet*: quæ verba inprimis notanda sunt, utpote insigniter illustrantia id quod nos hic dicimus, Medos Persasque, Babylonem obsidentes, nequaquam opus habuisse vehementi istâ admonitione, de stationibus excubiisque, atque subsidiis diligenter ordinandis.

4. Ast respectu Babyloniorum admodum opportuna erat ista admonitio, quippe qui in summa securitate agentes, nihil ferè pro obsessis faciebant, sed remissè admodum ac solutâ negligentiâ omnia administrabant; adeo nullum ab obsidione periculum timentes, ut sibi persuaderent planissimè, Cyrum operam lusurum, tandemque re infectâ abire coactum iri. Etenim munimentis ac mœnibus facilè omnem vim se propulsare posse confidebant, utpote adeo validis, ut ipse Cyrus desperaret se posse illa vi capere. Τεθεάμεθα, ait ipse apud Xenophontem, κύκλῳ τὴν πόλιν. ἐγὼ δ' ὅπως τις τείχη οὕτως ἰσχυρὰ καὶ ὑψηλὰ πολιορκῶν ἕλοι, οὐκ ἐνορᾶν μοι δοκῶ, *Urbem circum lustravimus. ego verò dispicere non possum, quomodo mœnia ita valida & excelsa vi capi queant.* quippe præter latissimam ac profundissimam fossam, aquâ plenam, mœnia habebant, ut Herodotus in Clione scribit, 50 cubitos regios lata, & ducentos alta. Sed & ab obsidii diuturnitate ac fame sibi non metuendum sciebant, commeatibus vel in viginti annos provisis. οἱ ἐν τῷ τείχει, inquit idem Xenophon, κατεγέλων τῆς πολιορκίας, ὡς ἔχοντες τὰ ἐπιτήδεια πλέον ἢ εἴκοσιν ἐτῶν, *Illi in urbe deridebant obsidionem; utpote commeatibus viginti annorum, & amplius, instructi*: & Herodotus similiter,

liter, περιάξαντες σιτία ἐτέων κάρτα πολλῶν, λόγον εἶχον τῆς πολιορκίας οὐδένα, *quum cibaria in plurimos annos comportâssent, obsidionem nihil curabant.*

5. Sicuti autem toto obsidionis tempore summè languida omnia ac remissa fuerunt apud Babylonios, ita ultimâ nocte (in quam his verbis præcipuè intueri Jeremiam arbitror) incredibilis ipsorum negligentia fuit ac securitas; quod & ex historia captæ urbis clarum est, & disertim notatur ab utroque Historico. Xenophon enim ait, irrumpentes Babylonem Persas reperisse πάντας ἀσυντάκτους, *omnes inordinatos atque incompositos.* & Herodotus summam ipsorum incuriam pluribus admodum graphicè depingit: γενομένου δὲ τούτου, οἱ Πέρσαι—— ἐσήισαν ἐς τὴν Βαβυλῶνα· εἰ μέν νυν προεπύθοντο ἢ ἔμαθον οἱ Βαβυλώνιοι τὸ ἐκ τοῦ Κύρου ποιεύμενον, οὐ μὰν περιιδόντες τοὺς Πέρσας ἐσελθεῖν ἐς τὴν πόλιν, διέφθειραν κάκιστα· κατακληΐσαντες γὰρ ἂν πάσας τὰς ἐς τὸν ποταμὸν πυλίδας ἐχούσας, καὶ αὐτοὶ ἐς τὰς αἱμασιὰς ἀναβάντες τὰς παρὰ τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ ἐληλαμένας, ἔλαβον ἂν σφέας ὡς ἐν κύρτῃ· νῦν δὲ ἐξ ἀπροσδοκήτου σφι παρέστησαν οἱ Πέρσαι, *Hoc autem facto, Persæ Babylonem intraverunt. quòd si Babylonii prius rescivissent, aut tum quoque intellexissent id quod à Cyro agebatur, non ita passi fuissent Persas urbem intrare, sed ipsos pessimè perdidissent. si enim, occlusis omnibus portulis ad fluvium pertinentibus, ipsi loricas secundum ripam fluminis ductas ascendissent, eos velut in fovea cepissent. nunc verò Persæ improviso iis ingruerunt.* Supinæ hujus atque solutissimæ socordiæ causam hanc affert Polyænus, quod Cyrus perfectis fossis, quibus avertere Euphraten cogitabat, castra longè admodum summoverat, veluti obsidionem soluturus, Κῦρος Βαβυλῶνα πολιορκῶν, ἐπειδὴ συνετέλεσε τὰς διώρυχας τοῦ Εὐφράτου——ἀνήγαγε τὸ στρατόπεδον μακροτάτω· Βαβυλώνιοι νομίσαντες αὐτὸν ἀπεγνωκέναι τῆς πολιορκίας, τὸ σφοδρὸν τῶν φυλακῶν ἀνῆκαν, κλ. *Cyrus Babylonem obsidens, postquam absolverat fossas Euphrati derivando factas, castra procul admodum à Babylone abduxit. Babylonii rati ipsum obsidionem deserere velle, intentionem custodiarum remiserunt:* quæ narratio per se haudquaquam est improbabilis. quippe *Frequenter dolum excogitant obsidentes,* inquit Vegetius, lib.4. cap.26. *ac simulatâ desperatione longius abeunt. Sed ubi post metum, murorum derelictis vigiliis, requieverit incauta securitas, tenebrarum ac noctis occasione captata cum scalis clanculum veniunt, murosque conscendunt. propter quod major est adhibenda custodia cum hostis abscesserit:* & nonnulla ejusmodi exempla exhibet Frontin. lib.3. cap.11. Valde tamen vereor, ut vera narret Polyænus, quum neque Herodotus aut Xenophon quicquam de ista re prodiderint, & non insuetum sit Polyæno, fabellas narrare, verisque falsa immiscere: sicuti in hac ipsa re, & quidem eodem libro atque capite,

Babylonios ait, aquæ penuria ob aversum Euphraten laborantes, sese Cyro dedisse: Κῦρος διὰ μέσης τὸν Εὐφράτην ῥέοντα, διώρυχα τεμὼν, εἰς τὸ πλησίον ἕλος ἀπεξήγαγε· Βαβυλώνιοι ὕδωρ πιεῖν οὐκ ἔχοντες, αὐτίκα σφᾶς αὐτοὺς τῷ Κύρῳ παρέδωκαν, *Quum Cyrus Euphratem, per mediam urbem fluentem, ductis fossis in proximas paludes avertisset, Babylonii non habentes aquam ad bibendum, ilico seipsos Cyro dediderunt.*

6. Verior extremæ istius in Babyloniis incuriæ causa fuit, festum in istam diem incurrens, hilaritasque ac comessationes istâ occasione ab ipsis totâ urbe celebratæ: quæ res in libris sacris impliciter declarata, ab utroque etiam Historico exponitur. in Herodoto enim legimus, τυχεῖν σφι ἐοῦσαν ἑορτὴν, χορεύειν τε τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ ἐν εὐπαθείῃσιν εἶναι, *Diem festum iis fuisse, ideoque ducendis choreis atque oblectationibus operam ipsos dedisse.* Xenophon verò ita scribit, Ὁ Κῦρος ἑορτὴν τοιαύτην ἐν Βαβυλῶνι ἤκουσεν εἶναι, ἐν ᾗ πάντες οἱ Βαβυλώνιοι ὅλην τὴν νύκτα πίνουσι καὶ κωμάζουσι, *Cyrus audivit tale festum esse Babylone, in quo omnes Babylonii totâ nocte biberent ac comessarentur.* & mox, ὡς ἐν κώμῳ δοκεῖ γὰρ ἡ πόλις πᾶσα εἶναι τῇδε τῇ νυκτὶ, *constat enim totam urbem hac nocte in comessationibus occupatam fore.* Non mirum autem si apud Babylonios, antea etiam summopere securos per festam ipsis noctem, & solennibus epulis ludicram, omnia incuriâ dis-jecta repererunt Persæ, nulloque belli timore, excubias stationesque haudquaquam, ut oportuerat, dispositas: quandoquidem interdum iis etiam urbibus, ubi prius intentè acriorique curâ cuncta peragebantur, similis occasio solutam ejusmodi indiligentiam, simulque perniciem attulit. cujus rei insigne exemplum habemus in Syracusis à Marcello obsessis, quas Dux Romanus occupavit, ἑορτὴν Ἀρτέμιδι τοὺς Συρακουσίους ἄγοντας, καὶ πρὸς οἶνον ὡρμημένους καὶ παιδιὰν παραφυλάξας, *quum observâsset Syracusanos festum Dianæ agentes, vinoq; ac ludicris indulgentes* (quæ sunt verba Plutarchi in Marcello) qua occasione quum *in turrim, quæ prius intentius custodiebatur* (inquit Livius lib.25.cap.23.) evasisset, reliquum quoque murum, ac ipsam postea urbem, cepit, *per ingentem solitudinem, dum magna pars custodum, in turribus epulati, aut sopiti vino erant, aut semigraves potabant,* inquit idem autor. tota autem res eleganter simul ac breviter à Frontino narratur, libri tertii capite tertio, *Marcellus quum Syracusanum quendam Sosistratum ad proditionem sollicitâsset, ex eo cognovit remissiores custodias fore die festo, quo Epicides præbiturus esset vini epularumq; copiam. Insidiatus igitur hilaritati, & quæ eam sequebatur socordiæ, munimenta conscendit, vigilibusque cæsis, aperuit exercitui Romano urbem nobilibus victoriis claram.* Altera etiam non absimilis historia de Calibus

Ausonum

Ausonum oppido capto à Consule Romano M. Valerio Corvo, die festo hostes vino epulisque sopitos aggresso, extat apud Livium, lib. 8. cap. 16.

7. Quandoquidem igitur Babylonii & ab initio obsidionis, totoque ejus tempore, quamplurimum absuerunt à debita in tali statu cura atque vigilantia; & nocte illâ, quâ capta est urbs, omnia ibi, ob festum atque epulas, solito negligentiora fuerunt: quum Cyrus atque Persæ contra prorsus intenti cuncta paraverint: planum inde fit, verba illa, *Firmate stationes, disponite custodes, instruite subsidia*, ad hos vix commodè trahi posse, in illos verò aptissimè competere. Neque tamen putandum, quòd verba illa sint adhortatoria, aut iis id agere Prophetam, ut Babylonios reddat vigilantiores, atque ad melius rebus suis consulendum excitet. sed ironica sunt, ac solutissimam socordiam negligentiamque exprobrantia obsessis: qui cum in eo sint, ut jamjam expugnentur, in priore tamen persistent indiligentia, eaque majore tum, quàm unquam ante: quum potius deberent omni ope atque curâ providere, ut cuncta ad arcendam oppugnationem instructa atque parata haberent, præsidiisque atque custodiis per opportuna loca dispositis, muros cunctosque aditus vigiliis stationibusque firmarent (hoc volunt ista verba החזיקו המשמר הקימו שומרים) & globos armatorum opportunis locis velut in subsidio locarent (id significat הכינו אורבים) qui urgente discrimine ad mœnia ac loca laborantia accurrerent, ac propugnatoribus suppetias ferrent. vel patefactis in medio oppugnationis ardore portis, hostes repentè circumventos à tergo invaderent. Porro ad obsessos hæc, non ad obsessores pertinere, vidit etiam Calvinus, qui ad istum versum ita scribit: *Hic sermo videtur ad Chaldæos potius dirigi, sicuti quidam exponunt: nam contextus id flagitat. sicut enim jubet initio, tollere vexillum, ita subjicit, Augete custodiam: quod pertinet ad ipsos cives Babylonis. deinde, Statuite custodes: hoc etiam Medis & Persis non convenit, sed debet ad obsessos referri, sicut in eos propriè competit.* Notat quoque, subesse his verbis Ironiam, sed aliquanto aliter, quàm nos, eam exponit, *Non dubito, quin Propheta hic subsannet omnes conatus, quos intendent Chaldæi ad defensionem urbis suæ —— consilium ejus fuit, ostendere, quantumvis strenuè se defenderent Chaldæi, irritos tamen fore eorum conatus —— inquit, Ubi omnia fuerint à vobis tentata, carebit profectu labor vester.* & Tremell. Osian. Pisc. Genev. ac Belgæ, qui omnes itidem de Babyloniis hæc intelligunt, eodem pacto ironiam istam exponunt. sed quanquam expositio ista, in sese considerata, admodum probabilis

 est;

est; præferendam tamen esse alteram, & his verbis exprobrari potius obsessis summam incuriam atque socordiam, quàm intentionem ac sedulitatem in tuenda ac custodienda urbe irrideri, rei gestæ historia persuadet, atque ex iis, quæ nos modò inde deprompsimus, manifestum est.

8. Postquam ostendimus totum hunc versum ad Babylonios, non ad Medos Persasque pertinere; jam videamus, quænam istorum verborum, אל־חומות בבל שאו נס, quæ primum ipsius comma faciunt, mens sit. Calvinus ita explicat: *Neque enim duntaxat, qui urbem aliquam aggrediuntur, tollunt vexillum; sed etiam qui obsidentur, in signum fiduciæ, quasi ostenderent hoc modo, sibi satis animi esse ad hostes arcendos, & sustinendos eorum insultus.* Osiander verò sic: *Circumferte vexilla in muris, parantes vos ad tolerandam obsidionem, & ad repellendam hostem.* Ego existimaverim ironicæ hujus jussionis eum esse sensum, quod Babylonii jubeantur mœnia propugnatoribus implere, sicuti instante jam oppugnatione seu τειχομαχίᾳ, itidemque in oppugnationis metu, etiamsi de hostis consilio haud certò constet, fieri solet. Istum autem sensum duobus modis elicias ex istis verbis. Potest enim נס esse *collectivum*, ac de signis militaribus intelligi; ut נשא נס hic eandem ferè vim habeat, quam *signa constituere*, apud Livium, lib.10.cap.34. *His auditis Consul ad eam partem urbis, quam adierant equites, circumducit agmen; constitutisque haud procul porta signis, quinque equites jubet intrare urbem:* iterumque lib.34.cap.20. *Ad oppidum eorum oppugnandum Consul ducit——quadringentos inde fermè passus constituit signa:* & *signa locare* apud Ammianum, lib.14. *Effusæ legiones, quæ tunc hyemabant apud Sidenistem, impetu occurrere veloci: & signis prope ripam locatis ad manus cominus conserendas, densas scutorum compages scientissimè præstruebant.* inter quas duas phrases, *constituere* seu *locare signa*, & נשא נס, hoc tantum intererit, quòd illa generalis, & in quoscunque locos competens, hæc verò solis excelsis (qualia sunt mœnia ac turres) peculiaris sit. Lucanus eodem sensu dixit *deponere signa*, lib.1.

Constitit ut capto miles deponere jussus
Signa foro:——

& *Statuere signa* Livius lib.5. prope finem, & Val.Max.lib.1.cap.5. in historia nobilis illius ominis, quod Romanos à deserenda urbe sua, ac Veios commigrando revocavit, *Quum cohortes ex præsidio revertentes, forte agmine forum transirent, centurio in comitio exclamavit, Signifer, statue signum, hic manebimus optimè:* quod Plutarchus in Camillo, eandem

dem historiam narrans, τίθεσθαι τὸ σημεῖον dixit. Jam in illis verbis, *Super muris Babylonis signa erigite* (vel *constituite, locate, deponite*, aut *statuite*) per *signa* intelligendi erunt ipsi milites, sub signis suis ordinati; quomodo etiam Latini *signa* sæpissimè usurpant, non modò in aliis phrasibus, atque in notissima illa *signa movere*, sed & in ea de qua nunc agimus: ut Silius libro 7. *Vicina propinquis Signa jugis locat*: & Seneca, consol. ad Helviam, cap. 3. *Intraverat penitus Germaniam, & ibi signa Romana fixerat, ubi vix ullos esse Romanos notum erat*: quibus in locis *signa figere & locare* non est aliud, quàm *castra ponere, & copias collocare*.

9. Alter modus, quo ex, אל־חומות בבל שאו נס eliciatur mens illa quam dixi, mihique magis probatus, est ut נס non sit collectivum, neque militare vexillum significet, sed peculiare quoddam, cujus usus duntaxat esset in oppugnatione urbium; in quarum mœnibus collocaretur, quando eâ jam imminente, aut expectatâ, confertis armatorum globis illa opplenda essent, validisque præsidiis contra hostium vim atque assultum firmanda: atque ibi relinqueretur, donec peracta repulsaque esset oppugnatio, aut ejus metus abiisset. Solitos autem fuisse Veteres, quando in tali casu exciendi confertim ad mœnia cives milites-ve præsidiarii erant, ad propugnandum, atque ad urbem contra oppugnatores defendendam, in ipsis mœnibus signum ejusmodi proponere (quod hodie non ita usitatum) vel Dio Chrysostomus nos docuerit: qui in oratione illa, cui Borysthenicæ nomen est, narrat; pridie ejus diei, quo ipse ad urbem Borysthenin accessit, hostes Scythas meridie, subitâ incursione, prope ipsam urbem pervectos, speculatorum alios occidisse, alios vivos cepisse: unde omnia adhuc turbida ac tumultu plena invenerit, portas clausas, incolas in armis, & signum in mœnibus propositum; timentibus scilicet Borysthenitis, ne reversi repentè hostes oppidum impetu atque coronâ capere aggrederentur: quod ne fieret, ac ne ipsos inopinantes inimici opprimerent, sese paratos tenebant, omnibus veluti ad arcendam præsentem oppugnationem ordinatis, ἔχοντες πάντα ἐπὶ τῶν τειχῶν παρεσκευασμένα, ὡς ἂν κράτιστα ἀπομάχοιντο, sicuti de quibusdam in consimili casu constitutis loquitur Xenophon quinto παιδείας. Verba Dionis, inter alia, hæc sunt: αἵ τε πύλαι συγκέκλειντο, καὶ τὸ σημεῖον ἦρτο ἐπὶ τοῦ τείχους τὸ πολεμικὸν, *& portæ clausæ erant, & signum belli in mœnibus erectum*.

10. Cum murali isto signo, erecto ob præsidia mœnibus ad propulsandam

pulsandam oppugnationem imposita, nonnullam habet affinitatem signum in arce Janiculi erigi solitum, quoties ob comitia centuriata præsidium eo deductum esset: quod signum toto tempore, quo durabant comitia, præsidiumque ibi attinebatur, erectum manebat: neque nisi peractis comitiis, & militari istâ custodiâ jam ex arce discessurâ, auferebatur. De isto more agit Dio Cassius libro 37. occasione Caji Rabirii, qui cædis Saturnini reus, quum ad Populum provocâsset, dictâque causâ Populus ad damnandum ipsum propensus videretur; Metellus Celer hominem servare cupiens, ἀνέδραμεν εἰς τὸ Ἰανίκουλον, πρὶν καὶ ὁτιοῦν σφᾶς ψηφίσασθαι, καὶ τὸ σημεῖον τὸ στρατιωτικὸν κατέσπασεν, ὥστε μηδὲν ἔτι αὐτοῖς ἐξεῖναι διαγνῶναι, *Janiculum cursu petiit, antequam tribus suffragia ferre inciperent, ac signum præsidiarium loco detraxit; ut non liceret ipsis sententiam perferre.* cujus facti hanc rationem reddit Dion, quod sicuti durantibus comitiis manebat signum illud atque præsidium, ita quum dimittenda illa essent, ac præsidium abducendum, signum revellebatur, eoque revulso nihil amplius agi cum populo licebat, Ἕως μὲν ἡ ἐκκλησία ἦν, ἐφρούρουν. ὁπότε δὲ διαλυθήσεσθαι ἔμελλε, τό, τε σημεῖον καθῃρεῖτο, καὶ οἱ φύλακες ἀπηλλάττοντο· οὐ γὰρ ἐξῆν, μὴ φρουρουμένου τοῦ χωρίου ἐκείνου, οὐδὲν ἔτι χρηματισθῆναι, *Quamdiu durabant comitia, præsidium ibi agitabant. quando verò ea dimittenda erant, signum amovebatur, & custodes discedebant. non enim licebat, præsidiò ex arce deducto, quicquam amplius agere cum populo:* ideoque, simulatque vexillum Metellus amoverat, comitia fuerunt soluta, οὕτω μὲν δὴ τότε ἡ ἐκκλησία, καθαιρεθέντος τοῦ σημείου, διελύθη.

II. Quid sibi velint verba illa, *Super muris Babylonis erigite vexillum*, quomodoque in eundem cum sequentibus sensum conspirent, & quàm aptè omnia in Babylonios à Cyro obsessos, ac jamjam expugnandos, competant; ex supradictis patet. Uti autem adhortationis istius ironicæ vis eò amplius elucescat, ascribemus nonnulla exempla urbium, quæ in simili casu, atque in oppugnationis metu summâ ope paraverunt se ad defensionem, atque eam usurpaverunt curam atque sedulitatem, ad quam sarcasticè Babylonios hic hortatur Propheta, & quæ nisi cum manifesta pernicie, summo-ve salutis discrimine, omitti haudquaquam potest. Livius lib. 3 cap. 5. *Simul pars exercitûs [Æquorum] ad populandum agrum Romanum missa; Urbemque ipsam, si qua fortuna daret, tentandam. Lucius Valerius ad præsidium urbis relictus, consul Postumius ad arcendas populationes finium missus. Nihil remissum ab ulla parte curæ aut laboris. Vigiliæ in urbe, stationes*

nes ante portas, præsidiaque in muris disposita. ac lib.7.cap.12. *Conclamatum celeriter ad arma est, & portæ stationibus, murique præsidiis firmati.* & lib.26.cap.9. rursus de eadem urbe quum Annibalem ad eam occupandam venire nunciatum esset, *Senatus magistratibus in foro præsto est, si quid consulere velint. alii accipiunt imperia, disceduntque ad suas quisque officiorum partes. alii afferunt se, si quo usus operæ sit. præsidia in arce, in Capitolio, in muris, circa urbem, in monte etiam Albano atque arce Tusculana ponuntur.* Idem autor lib.27.cap.30. de Salapianis, vim ab Annibale metuentibus, *Oppidanos per muros urbisque opportuna loca in stationibus disponunt: custodias vigiliasque in eam noctem intentius instruunt: circa portam, qua venturum hostem rebantur, quod roboris in præsidio erat, opponunt.* rursusque lib. 29. cap. 29. de Carthagine, adventu Scipionis perturbatâ, *Itaque velut si urbem Scipio extemplo aggressurus foret, ita ad arma est conclamatum, portæque raptim clausæ, & armati in muris, vigiliaque ac stationes dispositæ.* ac lib.34.cap.25. *Postero die in campum Argivorum descenderunt, & quatuor ferè millia ab Argis locum castris capiunt. Præfectus præsidio Laconum erat Pythagoras—qui sub adventum Romanorum & utrasque arces (nam duas habent Argi) & loca alia, quæ aut opportuna, aut suspecta erant, præsidiis validis firmavit.* Etiam Virgilius libro nono, in historia castrorum Trojanorum à Rutulis obsessorum, ejusmodi urbis statum describit, & eleganter admodum ac vivis coloribus, ut solet, depingit:

Condunt se Teucri portis, & mœnia complent—
Armatique cavis expectant turribus hostem.

Et mox,

Hæc super è vallo prospectant Troes, & armis
Alta tenent: nec non trepidi formidine portas
Explorant, pontesq; & propugnacula jungunt:
Tela gerunt. instant Mnestheus acerq; Serestes—
Omnis per muros legio sortita periclum
Excubat, exercentq; vices, quod cuiq; tuendum est.

Et rursus libro undecimo, ubi de Laurento oppugnationem à Trojanis metuente,

Pars aditus urbis firment, turresq; capessant:
Cætera, quà jusso, mecum manus inferat arma.
Ilicet in muros tota discurritur urbe.—
Præfodiunt alii portas, aut saxa sudesq;

Subjiciunt. bello dat signum rauca cruentum
Buccina——— vocat labor ultimus omnes.

12. Quod אורבים, quæ vox *Insidiatores* seu *milites in insidiis collocatos* solet significare, interpretati sumus de globis armatorum, per opportuna loca in id dispositis, uti accurrerent, sicubi impetu hostium acrius premerentur defensores, & ut quisque locus inter oppugnandum maximè laboraret; hoc fortasse mirum aliquibus videbitur, quum nusquam alibi ita sumatur hoc vocabulum. Sed quum *Insidiæ* propriè dictæ locum hic habere non possint (quod verum quoque est, etiamsi ad obsessores pertineret hic versus) aliquid cognatum substituendum erat: & ista duo certo respectu valde affinia esse invicem, *insidias* inquam & *subsidia*, negari non potest. sanè Græci illa vocabulis levissimè inter se differentibus appellant, ἐνέδραν ac ἐφέδρους, unde verba fiunt ἐνεδρεύειν, *in insidiis esse*; & ἐφεδρεύειν, *in subsidiis*: eademque affinitas in Latinis quoque vocibus *Insidiæ* ac *Subsidia* observari potest. Posset tamen, uti supra quoque indicavimus per אורבים intelligi etiam delecta armatorum manus, qui intra urbem instructi paratique sub signis haberentur, ut hoste in oppugnanda urbe inque scandendis muris occupato, patefactis repentè portis emissi, ipsum improvisò à tergo adorirentur: cujusmodi globo summam cum *insidiis* sive *insidiatoribus* propriè dictis similitudinem intercedere, apertum est; quare etiam optimâ ratione *insidiarum* sive *insidiatorum* nomen ipsi communicari potuerit: uti & ipsam eruptionem ita factam rectè *insidias* appellaveris. multò sanè magis, quàm alias eruptiones, extra oppugnationis tempus factas, ad impedienda hostium opera, & stationes custodiasque turbandas; quibus tamen ipsis *insidiarum* nomen interdum imponitur: uti videre est apud Vegetium, lib.4.ca.28. ubi ejusmodi eruptiones *insidiarum* appellatione semel iterumque insigniuntur. Et exempla talium eruptionum, in hostes oppugnandis mœnibus munitionibus-ve occupatos factarum, multa in historiis occurrunt: de quibus unum alterumque hic apponimus. Livius lib.23. cap.44. *Oppidum coronâ circumdedit, ut simul ab omni parte mœnia aggrederetur. Quem ut successisse muris Marcellus vidit, instructa intra portam acie cum magno tumultu erupit. aliquot primo impetu perculsi cæsique sunt, &c.* Tacit. 1. Ann. cap.68. *Igitur ortâ die proruunt fossas, injiciunt crates, summa valli prensant, raro super milite, & quasi ob metum defixo. Postquam hæsere munimentis, datur cohortibus signum, cornuaque ac tubæ concinnere. exin clamore & impetu tergis Germanorum circum-*

circumfunduntur. Idem autor 15. Ann. cap. 5. *Adiabeni cum promovere scalas & machinamenta inciperent, facilè detrusi, mox erumpentibus nostris cæduntur.* iterumque 4. Hist. 30. *Eduxerant Batavi turrim duplici tabulato, quam prætoriæ portæ propinquantem promoti contra validi asseres & incussæ trabes perfregere, multa superstantium pernicie. pugnatumque in perculsos, subitâ & prosperâ eruptione.* Harum duarum expositionum, ut ארבים vel subsidiarios significet, quibus accurrendum esset, sicubi atrox pugna in unum inclinâsset locum, ita ut hostium impetum ægrè sustinerent defensores, vel militem paratum ad faciendam in oppugnantes hostes eruptionem; utram quis eligat, non multum refert, quum utravis præsenti loco optimè congruat, & convenientissimum sensum, ac cum reliquis istius adhortationis partibus admodum aptè conspirantem exhibeat. omnibus tamen ritè perpensis, eò propendeo, ut secundam aliquanto probabiliorem existimem, atque alteri præferendam.

Libri primi finis.

ANIMADVERSIONUM SACRARUM LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Vocem נם *non modo* signum militare, *sed* velum *quoque significare*, *&* malum. *pro* velo *sumi Ezech.*27.*vers.*7. שש ברקמה ממצרים היה מפרשך להיות לך לנם *in qua pericopa vertenda admodum incuriose se gesserit Syrus & Græcus. fidelius vertisse Chaldæum & Hieron. qui tamen ipsi quoque non satis accuratè mentem hebraici textus expresserint.* 2. *Recentiores nonnullos*, *cum Syro & Chaldæo*, נם *exponere* signum vexillum-ve; *& Jarchium cum Hieronymo id de* malo *intelligere: quod utrumque improbatur: &* נם *omnino* velum *denotare*, *quod & Novitii Interpretes plerique senserint.* 3. *Esse in hac pericopa* כיפול הענין, *& per* מפרש *quoque* velum *hic significari: qua figura non animadversa Interpretibus, causam iis præbuerit errandi in alterutro istorum nominum.* lamed *hic formare* gerundium in do. 4 *Sylva exemplorum, ubi* lamed *eandem vim habet.* 5. מפרש *&* נם *non posse duobus diversis vocabulis transferri latinè, nisi alterum à poetis mutuo sumatur; quum prosaicus sermo habeat duntaxat unicam* veli *appellationem; quod apud Græcos contra sit. Syrum non solere in isto casu defugere ejusmodi vocabuli repetitionem, quando ipsi suâ linguâ duas satis aptas voces non suppeditat. Soli è cunctis Castalio & Tremell.* figuram geminationis *hic animadverterunt, ac utramque dictionem* מפרש נם *& bene reddiderunt.* 6 ממצרים *hic significare* Ægyptium, *ac* mem *inservire ad formandum* regimen; *quæ expositio confirmatur aliquot consimilibus exemplis.* 7. *Etiam* beth *in* ברקמה regimini *inservire; quomodo & alibi plus semel usurpetur.* 8. שש *contra unanimem consensum cæterorum Interpretum, Veterum Recentiorumque, qui id pro* bysso *habent, non rectè exponi* xylinum *à Tremell. & Pisc.* xylinum

num *Hebræi* עץ פשתי *appellant. Lutherus aliique perperam* byssum *pro* serico *habent. quosdam adhuc pejus errare, id habendo pro quodam genere coloris.* 9. Byssus *est genus quoddam lini, idque pretiosissimum.* 10. *Non provenisse in sola Ægypto, ut multi affirmant; neq; candidi coloris fuisse, sed fulvi. Aliud quoddam byssi genus, à linea bysso diversum.* 11. *Latina Græcaq; istius pericopæ interpretatio.*



VOcabulum נם præter tritissimam illam notionem, *vexilli* seu signi *militaris*, de aliis etiam usurpatur, ac duas præterea res significat, easque admodum inter se diversas, videlicet *velum nauticum*, & *malum* ipsum, ex quo velum suspenditur. Pro velo sumitur Ezech. 27. 7. שש ברקמה ממצרים היה מפרשך להיות לך לנס —— in quo commate vertendo admodum incuriosè se gessit Syrus, וקרמא דבוצא דצבתכי איתיו מן מצרין דנהוא לכי אתא, *& velamentum byssinum ornatus tui attulerunt ex Ægypto, ut esset tibi signum.* Græci verò, quum priora verba sic satis commodè expresserint, in posterioribus multò etiam pejus peccaverunt quàm Syrus, Βύσσος μετὰ ποικιλίας ἐξ Ἀιγύπτου ἐγένετό σοι στρωμνὴ, τοῦ περιθεῖναί σοι δόξαν, καὶ περιβαλεῖν σε, id est, interprete Hieronymo, *Byssus cum varietate de Ægypto facta est tibi in stratum, ut circumdaret tibi gloriam, & operiret te.* Ast religiosius istis Chaldæus, atque textum hebraicum totidem verbis annumerans, בוץ וציורין ממצרים הוה פרסך למהוי ליך לאת, quæ tamen interpretatio non uti fidelis, ita etiam exacta est, quantum quidem ad vocem נם, quæ licet alibi pro אות sive *signo* sumatur, hic nequaquam ita reddenda fuit, utpote longè aliam vim habens. Etiam Hieron. diligenter hebraica expressit, nisi quòd היה aliquantò liberius reddidit, & נם itidem in aliena ab hoc loco significatione accepit, qui lapsus in causa fuit uti *& præpositionem lamed*, verbumque היות sequius interpretaretur: *Byssus varia de Ægypto texta est tibi in velum, ut poneretur in malo:* quam interpretationem in comment. repetit istis verbis, *Byssus in Ægypto quam maximè nascitur, unde contextum est Tyriæ navis velum, quod suspenditur malo.*

2. Chaldæo & Syro, in interpretando נם, assentiuntur Mariana (qui tamen addit, signum hoc intelligendum *de vexillo, quod in malo explicatur*, fortasse ipsum *velum* innuens) Buxtorfius; & Osiander, qui & ipse ad *vexillum* trahit, sed aliter quam Mariana: *Byssus acupicta* [*variis coloribus*] *de Ægypto* [*allata*] *fuit velum tuum, ut esset tibi in signum)* i.e. *curâsti tibi fieri superius velum navis ex bysso, & in eo acupinxisti*

pinxisti tuas imagines & arma, ut tanquam è vexillo, cujus esset ea navis, inde agnosci posset. Ast Hieronymo, נס de *malo* seu *arbore navis* accipienti, astipulatur Rabbi Solomon, qui להיות לך לנס hoc modo exponit לפורשו על כלונס הארז ולהגביהו על התרן, *ad expandendum ipsum super malo cedrina, atque ad sustollendum ipsum in malum*: quæ verba etiam ita accipi possent, ac si כלונס הארז non de malo, sed de antenna essent prolata, nisi appareret iis eum respexisse ad posterius hemistichium versus quinti, ארז מלבנון לקחו לעשות תרן עליך, ac כלונס & תרן ἐν παραλλήλῳ usurpâsse. Sed quum נס hic *malum* significare non possit, nisi ut היהל significet *poni in*, vel *suspendi ex*, & ista phrasis nuspiam alibi ita usurpetur; hæc expositio minimè est admittenda: uti neque altera, eorum qui *signum vexillum-ve* exponunt, quum sensum illa pariat valde frigidum & coactum. Omnino igitur accedendum Davidi Kimchio, cui נס est *velum*, הוא הוילון שפורשין על התרן, *Nes est velum, quod expanditur super malo:* quam expositionem amplectuntur Novitii Interpretes ferè omnes Pagn. Oecol. Munst. Tigur. Castal. Tremell. Pisc. & Vernaculi cuncti, solo excepto Luthero, qui vertit **Panir**, *Vexillum*: quomodo vertit Arias, itemque Marinus, qui tamen pravam hanc expositionem ad verum sensum trahit, *Ut esset tibi pro vexillo) vela innuit, quæ sunt ut navis signum.* similiterque Schind. נס reddens *signum* & *vexillum*, de *velo* tamen explicat: quod non parvum est pro vera expositione testimonium, quando illi, qui minus convenientem hujus vocis significatum in transferendo eligunt, ad veriorem tamen, ipsa loci atque sensus evidentia compulsi, revolvuntur, ac velut inviti adiguntur.

3. Animadvertendum autem, esse in hoc loco figuram illam in Scriptura usitatissimam, Rabbinis ענין כפול dictam, id est, sententiam geminatam, sive ejusdem sententiæ per diversa vocabula ταυτοδυναμοῦντα sive æquipollentia iterationem. Quippe מפרש quoque nihil aliud quàm velum nauticum hic significat, quum alioqui de aliis quoque velorum generibus hæc vox accipiatur, itidem ac Latinorum *velum*, quod non modò de illo navigandi instrumento, sed & de aulæis, sipariis, ac peripetasmatis dicitur. Hæc autem figura non animadversa Interpretibus, fraudi ipsis fuit, ut qui in alterutro collimaverunt, in altero aberraverint. Ita Hieron. Raschi, Luth. Arias, Osian. Schind. Buxtorf. quum מפרש ritè transtulerint *velum*, vocem נס minus bene reddiderunt. Rursus ex iis, qui נס probè interpretati sunt, plerique in reddendo מפרש lapsi sunt. Kimchi enim exponit יריעה, similiterque Valera cortina; quo vocabulo usus est etiam Pagninus, quum

quum id hoc intellectu planè barbarum sit in lingua latina : Oecol. *explicatio :* Tigur. Munst. *expansio,* similiterque Gallica vet. *tendue,* & Belg. **uytbreydsel** : Italus, *tenda,* i.e. *tentorium :* Piscat. *id quod expandisti,* eodemque modo Genev. Diod. Angl. nova ; *ce que tu estendois, cio che tu ti spiegavi* ; **that which thou spreadest forth** neque multò aliter Anglica vetus, **was spread over thee,** *expansum erat super te.* Videtur autem istis omnibus, quo minus figuram illam כיפול הענין hic deprehenderent, ac utrumque vocabulum rectè intelligerent, præcipuè obstitisse *præpositio lamed* in להיות, quam putaverunt formare *gerundium in dum,* ideoque reddiderunt *ut esset,* quum revera formet *gerundium in do,* quod facit & aliis multis locis ; quorum sylvam hic subjicimus.

4. Gen. 3.22. לדעת. Gen. 34.15. אם תהיו כמנו להמול. Gen. 34. ver. 30. עכרתם אתי להבאישני. Gen. 43. ver. 3. למה הרעתם לי להגיד. Exod. 14. vers. 11. מה־זאת עשית לנו להוציאנו. Levit. 18. vers. 4. ואת חקתי תשמרו ללכת בהם. Num. 5.6. למעל. Num. 9.22. לשכן. Num. 14.36. להוציא. Num. 15.14. להקריב. Deut. 9. vers. 18. חטאתם לעשות הרע. cap. 17.2. לעבר בריתו. cap. 20.19. להלחם עליה. cap. 22. vers. 21. עשתה נבלה—לזנות. cap. 28. 63. להיטיב—ולהרבות—להאביד—ולהשמיד. 1 Sam. 12. ver. 17. רעתכם—לשאל. 2 Sam. 19.6. לאהבה את־שנאיך ולשנא את־אהביך. Nehem. 13.7. רבה אשר עשיתם—לעשות. Esa. 3. ver. 8. למרות. Esa. 10.2. לנטות—לגזול. Job. 31.33. לטמון.

Syrus in nonnullis istorum locorum phrasin hanc ita interpretatur, ut *infinitivum* resolvat in *indicativum* , ejusdem *temporis, generis, numeri,* & *personæ* cum verbo proximè præcedente , cum quo ut aptè cohæreat, *copulam* ipsi præponit, ut Genes. 34. 15. אן הו דתהוון אכותן ותגזרון. Exod. 14.11. למנא עבדת לן הכנא ואפקתן. Levit. 18.4. וטרו פוקדני—והלכו בהון. Num. 5.6. אן נעברון כל חטהא—ונעברון עולא. Deut. 9. vers. 18. דחטיתון ועבדתון ביש. cap. 17.2. דנעבר ביש—ונעבר. cap. 22.21. עבדת—וזנית בהתהא. 2 Sam. 19.6. אבהתת—ורחמת—וסנית.

Etiam Græci hoc interdum usurpant , ut Levit. 18.4. *Τὰ προστάγματά μου φυλάξεσθε, καὶ πορεύεσθε ἐν αὐτοῖς.* Num. 5.6. *Ὅστις ἂν ποιήσῃ—καὶ παριδὼν παρίδῃ.* uti & Hieronymus, Gen. 34.30. *Turbâstis me, & odiosum fecistis me.* Levit. 18.4. *Præcepta mea servabitis, & ambulabitis in eis.* Numer. 5.6. *Cum fecerint——& transgressi fuerint.* Deut. 17.2. *Qui faciant malum——& transgrediantur.* Iste interpretandi

tandi modus, quoties locum habere potest (neque enim potest ubique) admodum tolerabilis est. exactius tamen ac pressius hebraica exprimere si voluerimus, id faciendum est vel per *gerundia in do*, vel per *participia*, quæ in hoc locutionis genere gerundiis istis prorsus æquipollent, & à Græcis ac Hieron. subinde adhibita fuerunt, ut Genes. 3.22. *sciens*: Gen. 43.6. Τί ἐκακώσατέ με, ἀναγγείλαντες. Exod. 14.11. Τί τοῦτο ἐποίησας ἡμῖν ἐξαγαγὼν ἡμᾶς. Num. 14.36. *Murmurare fecerunt —— detrahentes terræ.* Deut. 28.63. *Et sicut ante lætatus est Dominus super vos, bene vobis faciens, vosque multiplicans: sic lætabitur disperdens vos atque subvertens.* 1 Sam. 12.17. Ἡ κακία —— ἣν ἐποιήσατε —— αἰτήσαντες ὑμῖν βασιλέα, *Quia grande malum feceritis —— petendo super vos regem.* Jam sicuti in omnibus istis locis, aliisque præterea non paucis, quos facilè erit unicuique per se observare inter legendum, *lamed* format *gerundium in do*, quod in participium commodè resolvatur in transferendo; ita etiam hic de להיות res sese habet. sed cum *verbum substantivum* isto *gerundio* apud nos careat, uti *& participio*, exactè ad verbum latinè verti nequit istud להיות, sed aliqua circumlocutio adhibenda est: qua opus non est Græcis, utpote idoneum participium habentibus.

5. Porro quum Latinis unicum tantùm sit *veli* vocabulum in pedestri sermone usitatum; necesse est, nisi velimus ipsum bis ponere, ac tam in reddendo נס quàm מפרש usurpare, ut alterum petamus à poetis, quibus duo tria-ve præterea in usu sunt, *carbasus*, & *lintea*, quæ duo passim occurrunt; itemque *lina*, & *vestis*, quorum priore utitur Seneca in Medea,

Ausus Tiphys pandere vasto
Carbasa ponto, legesque novas
Scribere ventis: nunc lina sinu
Pandere toto: ———

altero usus est Catullus, in epithalamio Thetidis ac Pelei,

Funestam antemnæ deponant undique vestem,
Candidaque intorti sustollant vela rudentes.

Græci autem præter ἱστίον, quæ propria est veli nautici appellatio, etiam ὀθόνην habent, prosaicis quoque scriptoribus hoc sensu usurpatum; ac præterea poeticum λαῖφος, quo vocabulo quod & Plutarchus alicubi pro *velo* utatur, non præter morem suum facit, solitus passim voces phrasesque merè poeticas orationi intexere: cujusmodi licentiâ etiam Ammianus apud Latinos multum delectatus; *lintea* pro *velo* dixit libro 15. *Ne imitari videar desides nauticos, adtrita lintea cum rudentibus,*

dentibus, quæ licuit parari securius, inter fluctus resarcire coactos & tempestates. Syrus in ejusmodi repetitionibus, quando in textu Hebraico duo diversa vocabula ad rem planè eandem significandam adhibentur, Syriacâ linguâ eandem varietatem non suppeditante; fortiter contemnere solet tædium è tam propinqua ejusdem vocabuli iteratione exoriens, cujus rei paucula è plurimis exempla apponimus: Esa.1.26. קריה, עיר מדינתא : cap.3.13. קאם : נצב, עמד. cap. 4.3. מן דמשתחר : הנותר, הנשאר. cap.8.8. עבר : עבר, חלף. cap.10.2. משפט, דין דינא. cap.10.vers.11. פתכרא : אלילים עצבים. cap.11.12. כנש : אסף, קבץ. cap.20.ver.4 שביתא שבי, גלות. cap.25.7. עממא : גוים, עמים. & sanè longè præstabilius est ita agere, quàm ad devitandam cacophoniam ipsi sensui vim afferre, ac vocabula minus ad rem facientia usurpare: cui errori & alios Interpretes interdum obnoxios videre est, & Græcos plusquam semel: sicuti contra Syrus interdum adeo fuit incuriosus, ut orationem variare neglexerit, etiam ubi vocum penuriâ nequaquam laborabat, & diversa vocabula idem significantia ad manum ipsi erant, ut Esa.22.13. הרג בקר ושחט צאן, ——— נכסתא דתורא ונכסתא דענא, quum קטלא pro altero נכסתא dicere potuerit. Sed uti cum damno sensus talem repetitionem effugere, imprudentis est parumque diligentis Interpretis; ita rursus culpâ non caret ejusmodi negligentia, & omnino studendum, ut ingratam istam iterationem devitemus, quoties commodè id fieri potest, eique rei vel petita à poetis vocabula (modò ne nimis insolentia sint, atque à prosaico stilo abhorrentia) non reformidanda. atque ita hic Tremell. & Castal. qui soli ex omnibus Interpretibus viderunt utroque vocabulo, נם & מפרש, *velum* significari, (sicuti contra Chald.Syr. & Marinus utrumque malè intellexerunt) *carbasum* in usum traxerunt. Tremellius, *Xylinum cum phrygiano opere ex Ægypto fuit carbasus tua, ut esset tibi velum* (להיות non melius exponit quàm cæteri, quanquam inde par impedimentum non acceperit) *Ægyptia byssus versicolor tua carbasus est: tibi velum præbet hyacinthus*; quæ Castalionis interpretatio esset optima, nisi vocem תכלת *hyacinthus*, à principio sequentis commatis ablatam, huic sententiæ pravè agglutinâsset.

6. Hoc autem cæteris melius Castalio, quod שש ממצרים vertit *byssus Ægyptia*: quandoquidem *mem* eandem vim hic habet, ac Psal. 80.14. in חזיר מיער *aper de silva*, ubi מיער exponitur *silvestris*, non tantùm ab ipso Castal. sed & à Pagn. Tremell. & Pisc. itemque à Calvino in comment. & à Drusio in tractatu De literis servilibus; quibus adjungendi

adjungendi etiam Mariana, Geneb. in comment. & Buxtorf. in Thes. lib.2.cap.3. dicentes *mem* hic constituere *genitivum*. Neque aliter hæc *præpositio* capienda in sequentibus exemplis: Psal.10. vers.18. אנוש מן־הארץ. Tigur. *mortalis prognatus è terra*: Musc. *homines de terra*, i.e. *terrei, è terra procreati*: Castal. *terrestres homines*: Moller. *homo de terra*, i.e. *qui sumptus est de terra, vel terrenus*: Geneb. *homo terrenus, homo de terra natus*: Osian. *homo qui est de terra*: & sic utraque Gallica, Itala, Anglica, necnon Belgica. Psal.17.14. מתים מחלד. Stephan. *mortales de mundo, vel de tempore*, i.e. *temporarii*: Zuing. & Musc. *mortales* [*viri*] *hujus seculi*: Castal. *mortales mundani*: Tremel. & Buxt. in Thes. *homines è mundo*, i.e. *qui sunt mundani*: Kimchi, שהם מזה העולם, similiterque Osian. Pisc. Luth. Angli, Galli, Itali, Valera, Belgæ, Ainsworthus. Ezech.19.8. גוים סביב ממדינות, *gentes provinciarum circumjectarum*. trajectio est in his verbis (ut id obiter moneam) pro גוים ממדינות סביב, quod animadverterunt soli Græci, Syrus, & Valera: ἔθνη ἐκ χωρῶν κυκλόθεν. Syr. עממא מן מדינתא דחדרוהי: Val. *las gentes de las provincias de alderredor*. Quum itaque in omnibus istis *mem* inserviat *regimini*, ita ut *substantivo quod regitur* conciliet vim *adjectivi* (sicuti etiam *substantiva*, quæ absque interventu *præpositionis* reguntur, creberrimè veniunt pro *adjectivis*) optimè, uti antea quoque dicebamus, שש ממצרים à Castal. versum est *Byssus Ægyptia*: ad quam interpretationem proximè accedunt Osian. & Piscat. *Byssus de Ægypto* [*allata*] quomodo transtulerunt etiam de Vernaculis nonnulli, Angl. vetus, Genev. & Diodatus. Hoc loquendi genus neque Latinis ignotum est. Virg. 3. Georg.

Pastor ab Amphryso. ——

Plin.31.7. *Marinorum salium maximè laudatur cyprius à Salamine.* & lib.36.cap.5. *Hi omnes candido marmore usi sunt è Paro insula.* —— *Pavus è Samo, Phrygia attagena, grues Melicæ, hœdus ex Ambracia.* Varro apud Gellium lib.7.cap.16.

7. Porro uti *mem* in ממצרים, ita etiam *beth* in ברקמה *regimini* inservit, quod & alibi solere facere hanc *præpositionem*, discere licet ex Buxtorfii Thesauro, lib.2.cap.1. regula 2. ubi varia ejus rei afferuntur exempla, inter quæ unum est huic nostro simillimum ex 1 Paral.26. vers.14. יועץ בשכל, quod ipse exponit, *Consiliarius cum intellectu*, i.e. *intelligens, prudens*: Hieronymus vertit, *Vir prudentissimus & eruditus*. Tale etiam est illud Psal.141.4. עלילות ברשע, quod Symmach. vertit ἐννοίας παρανόμους, Syrus עבדא דעולא, Hieron. *cogitationes impias*: similiterque à Kimchio exponitur מעשה רשע. Ita etiam Psal.33.

vers.4. וכל־מעשהו באמונה, Zuing.& Tigur. *omne opus ejus est firmum:* Tremell. *omne opus ejus constans:* Pisc. *omne opus ejus fidele:* Calvin.in comment. *quicquid opere ipso perficit Deus, fidele est ac verax:* Ital. *tutte le sue opere sono fedeli:* Angl.vetus, **all his workes are faithfull:** Gal.vet.in marg. *sont fermes & permanentes:* Belg. **al syn werk is getrouw.** Esse autem ברקמה ita sumendum, ut dicimus, non modò Rabbini viderunt, Raschi & Kimchi (quorum ille ברקמה שש exponit, בגד שש עשוי בציורי רקמה, hic verò ידיעות פשתן עשויות מעשה רוקם) sed & Interpretes non pauci. quippe præter Ariam, Marin. & Schind. qui *beth* transtulerunt *in*, ac Græcos, Tremell. & Pisc. cum Vernaculis plerisque, qui verterunt *cum*; reliqui omnes (Hieron. Pagn. Oecol. Tigur. Munst. Castal. Osian. ברקמה per *adjectivum*, aut per *participium adjectivi vim habens* reddiderunt.

8. Nomen שש Syrus atque Chaldæus hic, & alibi semper, vertunt בוץ, similiterque Græci βύσσ☉ (quod nomen Græcum ex illo Syriaco factum est) & Hieron. *byssus*. neque aliter Recentiores inter quos Vernaculi, quoniam *byssi* vocabulum minus frequentatum aut intellectum est in ipsorum linguis, id utplurimum circumloquuntur per *linum tenuissimum*; Galli, *fin lin*. Itali & Val. *fino lino:* Angli, **fine linnen:** Belg. **fyn linnen.** Soli Tremell.& Piscat. pro *bysso* malunt *xylinum*, eâ præcipuè ratione adducti, (uti ex notis ipsorum ad hunc locum, & ad Exod.25.4.apparet) quod *byssi* alia est apud Hebræos appellatio, nimirum בוץ. sed hoc argumentum non est magni momenti, quum novum non sit, vel in aliis linguis, vel in Hebraica, ut unica res duas diversas habeat appellationes: prætereaque in ipsos quoq; retorqueri potest. namque & *xylinum* aliud habet nomen Hebræis, פשתי עץ, quod vocabulum, Jos.2.6. positum, tametsi omnes Interpretes aliter exponunt, Syr.Chald.Castal. & Marian. טעוני כתנא, כרסבנא, דכתנא, *fasciculi lini, manipuli lini:* Græc.Hieron.Steph.Tremell.Val. Gal.utraque, λινοκαλάμη, *stipulæ lini: tascos de lino:* **vlas-stoppelen:** Munst. *frutices lini:* Tigur. *cauliculi lini:* Pagn. Calv. Osian. Luth. Ital.Gall. & Ang. utraque, *Culmi lini: flachs-stengel: gambi del lino: chenevotes de lin:* **stalkes of flax:** Jarchi & Kimchi, פשתים בגבעוליהם: mihi tamen videtur amplectenda conjectura Masii, qui verisimile putat, istis verbis linum xylinum significari. Sed utut id se habet, facile est monstratu, quod שש nequeat esse *xylinum*. Quippe שש fuit pretiosissimæ vestis genus, & Regum tantum atque Magnatum gestamen, uti liquet è Genes.41.42. Prov.31.22. Ezech.16.11,13. tantundemque de Bysso discimus ex 1.Mach.14.43. Lucæ 16.19. Apoc.

Apoc.18.12,16. & cap.19.8,14. Ast de Xylinis Plinius (cujus autoritate præcipuè se permotum ad hanc opinionem, quod שש sit *xylon*, testatur Tremell. in notis ad Exod.25.4.) nihil amplius tradit, lib.19. cap.1. nisi *Vestes inde Ægypti sacerdotibus gratissimas esse, quia candore mollitiâ-ve nulla sint eis præferenda.* ast duæ istæ notæ, candoris & mollitiei, haud suffecerint ad summum iis pretium summumque honorem conciliandum; sicuti videmus ea hodieque, quum utroque isto etiamnum conspicua sint, vix ulla tamen in autoritate esse, ac satis vili pretio venire; etiam in hisce regionibus, quò per tam longinqua terrarum mariumque spatia importantur. Sed neque Lutherus audiendus est, qui שש plerunque reddit **weisse seide**, *sericum album* (quam expositionem sequitur etiam Osiand. ad Exod.25.24.) quum Ezech.16.10, 13. משי, quod omnium consensu *sericum* significat, & שש distinctè ponantur, tanquam duæ res diversæ: quare ipse quoque Lutherus ibi שש **feine leinen kleider**, & **eitel linwad**, i.e. *vestes lineas pretiosas* interpretatur; ut proinde non alio argumento opus sit ad ipsum refellendum. Fortassis autem in errorem istum, שש interpretandi de *serico*, lapsus est, non tam quia putaverit שש non significare *byssum*, quàm quia ipsa *byssus* quid esset non intellexit. siquidem & alii fuerunt, qui *byssum* de *serico* vel *bombycino* acceperunt; neque modò hoc citeriore ævo, sed jam ante multa secula. quippe inter alios Philostratus *byssum* cum *serico* confudit, quod in eo notat ac reprehendit Lipsius in comment. ad primum Taciti Annalem. Non defuerunt etiam, qui pejori etiamnum errore *byssum* putarent esse genus quoddam coloris, quo vestes tingi solerent: quod in Hesychio ac Suida observavit, & culpavit, Henricus Stephanus in Thesauro linguæ Græcæ. eidemque errori obnoxius est etiam Arabicus Novi Instrumenti Interpres, qui pro Græco βύσσος, ac Syriaco בוצא, reposuit אלברפיר, *purpuram*, duntaxat Lucæ 16. namque in Apocal. ubique per שרב interpretatur.

9. Ast revera *byssus* lini quoddam genus est, uti liquido constat è Plinio, lib.19. cap.1. unde etiam discimus, eam mulieribus in præcipuis deliciis fuisse, ac inter omnia lini genera proximum ab asbestino principatum toto orbe obtinuisse, adeo ut quondam pari pretio, atque ipsum aurum, permutata fuerit. Minus rectè igitur שש ab Esraide, ad Exod.25.4. per בד, & à Kimchio in Diction. per פשתן exponitur, & ab Arabico Pentateuchi Interprete כתאן ubique vertitur; quum nimis generalia sint ista vocabula: uti latinorum *linum*, quo Munst. plerunque in interpretando שש utitur, quum alicubi melius

lius *byssum* transtulerit. Accuratius istis Mercerus, in Dictionario Pagnini שש *byssum*, *Esse genus lini subtilissimi, candidissimi, & omnium pretiosissimi*; qualia habet etiam in comment. ad Genes. 41. 42. ubi etiam Val. Diod. & Belg. similia scribunt, uti & Calv. ad Ezech. 16. 10. & Marinus ac Schind. in Diction. quibus addi etiam potest Lyranus, ad hunc Ezechielis locum scribens, *byssum esse genus lini candidissimi*: sed imprudenter addens, *de quo fiebant telæ ad faciendum vela navium*, quod quidem ex hoc ipso loco collegit, sed non minus inaniter, quam siquis affirmaret, solere vela navium è purpura fieri, quia Plutarchus aliique scribunt, Cleopatram tali velo usam fuisse.

10. Quod autem idem Mercerus & Valera, necnon Munst. in Diction. scribunt, *in sola Ægypto byssum provenire*. secuti Esraidem, ut videtur, qui ad Exod. 25. 4. tantundem affirmat, ימצא במצרים לבדו, in eo ipsi quoque falluntur. Quippe certum est ex Plin. lib. 19. cap. 1. & Pausania in Eliacis, Elim in Peloponneso ejus quoque feracem fuisse. Pollux verò, lib. 7. cap. 17. etiam in India gigni scribit: neque peccaveris, si *carbasa* illa, *auro & purpurâ distincta*, quæ indutos esse Indorum Reges scribit Curt. lib. 8. cap. 9. de *byssinis* intelligas. quippe omnia vestis lineæ præstantissimæ ac tenuissimæ genera, proindeque etiam byssina, *carbasa* appellantur à Latinis: quam vocem Poetæ *catachresticè* ad quæcunque lina, etiam vilissima, qualia navium vela, transtulerunt. Alioquin ipsi quoque *Carbasa* de *Byssinis* non rarò usurpant, ut Lucanus lib. 3. de iisdem Indis loquens,

Fluxa coloratis astringunt carbasa ventis.

Virg. 11. Æneid.

Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati
Cassida. tum croceam chlamydem, sinusq́; crepantes
Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro,
Pictus acu tunicas:——

Flaccus 6. Argon.

Tenuia non illum candentis carbasa Nili,
Non auro depicta chlamys, non flava galeri
Cæsaries, pictoq́; juvant subtegmine braccæ.

Uti autem in eo decipiuntur isti, quòd in Ægypto duntaxat nasci byssum putant; ita etiam, quòd de candore dicunt (itidem ab Esraide haustum, רק הוא לבן ואינו צבוע) meritò in dubium vocari potest, quum Pausanias fulvum colorem bysso attribuat, non Eliensi tantùm, sed & Ægyptiaco, quod Hebraicum ipse vocat, quia Hebræis in multo usu fuit: Ἡ δὲ βύσσος ἡ ἐν τῇ Ἠλείᾳ, λεπτότητος μὲν ἕνεκα οὐκ ἀπο-

δεῖ

δεῖ τῆς Ἑβραίων, ὅτι δὲ οὐχ ὁμοίως ξανθή, Byssus Eliensis tenuitate quidem non cedit Hebraicæ, sed non est æquè fulva. Est & aliud Byssi genus, haudquaquam lini species, sed in mari proveniens, ac certò concharum generi, quòd *pinna* dicitur, adnascens, de quo multa ac scitu digna doctissimus Libavius, lib.2. Bombyciorum, cap.7. ex Doldio, Perotto, aliisque commemorat. sed cum certum sit, Byssum in sacra Scriptura memoratam ad alterum ac lineum genus pertinere, non est cur de isto plura hic dicamus.

11. Tota igitur hæc pericope sic reddenda fuerit, *Byssus Ægyptia acupicta fuit tibi pro linteis* [vel, *pro carbaso*] *præbens* [vel, *præbendo*] *tibi velum:* Græcè autem sic: *Βύσσος αἰγυπτία ποικιλτὴ ἐγένετο ὀθόνη σοι, δοῦναι σοι ἱστίον.*

CAPUT II.

*In vertendis istis verbis Esa.*33.23. נטשו חבליך בל יחזקו כן תרנם בל פרשו נס, *variis errores commissi ab Interprete Syro.* 2. *Etiam Græci in istis vertendis varios errores commiserunt. in ultimo commate duo diversa interpretamenta in unum conflata.* 3. *Hieronymi translatio hujus loci nec ipsa proba.* 4. *Chaldæus magna hic licentia usus, textum Hebraicum tamen longè melius exprimit quàm præcedentes, nonnulla ipsius quoque vitia.* 5. *Verbum* נטש *pro* laxari *hic acceperunt cum Hieronymo Recentiores plerique. sed eo sensu* רפה *potius dicturum fuisse Prophetam: quomodo* רפה *Jobi* 12.21. *pro* laxare *ponitur.* 6. נטש *nusquam alibi habet* laxandi *significationem. malè pro ista expositione à Kimchio allegari* 1 *Sam.*30.16. *ubi* נטשי' *longè aliud significat, putà* diffusos. 7. Natash *ut* 1 *Sam.*30. *ita alibi sæpius habet* diffundendi *significationem: idque permulti Interpretes, hìc illic agnoverunt.* 8. *Etiam Rabbinis animadversa ista verbi* נטש *significatio.* 9. *Repetitur,* 1 *Sam.*30.16. *nequaquam suffragari iis, qui* נטש *hìc Esa.*33. *pro* laxari *sumunt. à nonnullis* נטש *contra, & longè pejus, exponitur* intendi. 10. *A nonnullis* נטש *sumi in significatu* deserendi *aut* dimittendi: *quæ expositio improbatur, propter sensum.* 11. *Alioquin* dimittendi *seu* omittendi *significationem non esse ab hoc verbo alienam. ita enim usurpari* 1 *Sam.*10. *vers.*2. נטש את־דברי האתנות. 12. *Et Prov.*17.*vers.*14. ולפני התגלע הריב נטוש. 13. *Propria opinio, quòd* נטש *hìc significet* dis-jici: *qua notione sumitur hoc verbum etiam Esa.*32.14. ארמון נטש, *& Ezech.*31.12. ויטשהו אל־ההרים.

אל־ההרים. *cum hac expositione probè concordare, quantum ad sensum, illam Græcorum & Chaldæi, qui* rumpi *verterunt.* 14. *Loci aliquot Poetarum, quibus describitur idem navis casus, qui hic per* נטשו—חבליך *exprimitur.*

QUòd נס pro *velo* sumatur Ezech.27.7. superiore capite docuimus. in eadem notione usurpatur etiam Esa.33.23. נטשו חבליך בל יחזקו כן תרנם בל פרשו נס, ubi Syrus rursus נס vertit אתא, *signum*, aliosque præterea commisit errores diversos. quippe totam pericopam sic vertit, אשתריו חבליכי דלא אשתררו ואתרכנו עמוריכי דלא פשטו אתא: in qua interpretatione ut prætereamus, quòd bis de suo ante לא apposuit *dolath* (quod reddi potest vel per *relativum*, vel per *quòd, quia*) תרן haud rectè vertit *columnam*, quum *malum* significet; atque *affixum plurale tertiæ personæ masculinæ* in *affixum singulare secundæ personæ fœmininæ* mutat, ac *nomini singulari plurale* substituit; quòd sæpissimè quidem absque culpa facere licet (quum valde familiariter Hebræi *singularibus* utantur *collectivè*, quæ tunc per *pluralia* commodè redduntur) hic verò locum non habet. præterea admodum mirificè כן *adverbium* mutavit in *verbum*, ac si רכן scriptum invenisset, quod tamen ipsum *verbum* est mere Syriacum, ac nunquam usurpatum Hebræis, qui pro eo נטה dicunt. Hic autem error porro traxit alterum, ut יחזקו, quod *transitivum* est, ac *secundæ conjugationis*, regens nomen תרן, ipse pro *intransitivo* habuerit, atque à תרן, quod pro *nominativo* habuit, ac cum altero verbo, ex כן effecto, cohærere statuit, planè sejunxerit. Etiam נטשו minus accuratè vertit אשתריו, *soluti sunt*: quæ tamen παρερμηνεία à vero verbi Hebraici significatu non prorsus recedens, sensui non admodum insigne detrimentum affert: propterea que, modò reliqua se rectè haberent, litem illi Interpreti super hoc sphalmate haud magnopere moveremus. Itaque Syriaca hujus pericopes translatio ita latinè sonat, *Soluti sunt funes tui, qui* [vel, *quia*] *non firmati fuerunt. & inclinatæ sunt columnæ tuæ, quæ* [vel, *quia*] *non expanderunt signum*: quæ verba immanè quantum à genuino hebraici textus sensu ac tenore abeunt.

2. Græcus Interpres ita hunc locum reddidit, Ἐῤῥάγησαν τὰ σχοινία σε, ὅτι οὐκ ἐνίσχυσαν· ὁ ἱστὸς σου ἔκλινεν, οὐ χαλάσει τὰ ἱστία, οὐκ ἀρεῖ σημεῖον, *Disrupti sunt funiculi tui, quia non invaluerunt. malus tuus inclinatus est, non demittet* (Hieron. vertit, *ut dimittat*, ac si pro οὐ χαλάσει scriptum esset ἵνα χαλάσῃ) *vela, non elevabit signum*: quæ interpretatio Syriacâ melior, quantum ad translationem verbi נטשו attinet, ipsi in duobus

bus præcipuis erroribus conſentit, & in transformando כן in *verbum*, quod ſignificet *inclinari*, & in mutando יחזקו in יחזקו, id eſt, *piel tranſitivum* in *kal intranſitivum*: uti & in permutatione *affixi* dictionis חרנכם. & in tribus iſtis erroribus veriſimile eſt Syrum Græcos ſecutum; quum non rarò ſoleat in iis locis, qui in Hebraico obſcuriores, à Græcis ſequius redditi ſunt, ad ipſos ſe, modò ex parte, ut hic, modò in totum, accommodare (ſicuti Hieron. in præfat. ad Eccleſiaſten de ſeipſo teſtatur, ſolere ſe, in transferenda ex Hebraico ſacra Scriptura, Septuaginta conſuetudini interdum ſe coaptare) ſicuti rurſus in mille ac mille locis, qui à Septuag. fœdè corrupti ſunt, Hebraicæ Veritati fideliter contra ipſos ſuffragatur. Porro ultimi commatis duo diverſa interpretamenta quum junctim hic exhibeat Græca Verſio, tam in aliis Editionibus quàm in Romana (ſive ab ipſis Interpretibus id manavit, ſive quocunque caſu alterum ipſorum poſtea irrepſit) poſterius quidem ex toto pravum eſt, tam in *nomine*, quod perincommodè & eodem modo ac à Syro ibi transfertur; quàm in *verbo*, quod neque *tollere*, neque quicquam ſimile ſignificat: prius autem ſicuti vocem נס probè reddit (niſi quòd numerus eſt mutatus) ita in transferendo *verbo* ipſum quoque vitioſum eſt, quum pro χαλάσει *laxabunt*, aut *demittent* (quæ ſignificatio uti à פרש prorſus aliena, ita ſenſui adverſiſſima eſt) dicere debuerint ἐξαπλώσει vel ἐκπετάσει, id eſt, *expandent*, quomodo Syrus vertit פשטו.

3. Ex iſtis Syri atque Græci erroribus duo treſ-ve etiam Hieronymo adhæſerunt. namque & נס *ſignum* vertit, & יחזקו in יחזקו, ac חרנכם in חרנך mutavit. aſt à capitali illo errato, transfigurandi *adverbium* כן in *verbum*, immunis eſt, ac veræ lectioni contra iſtos teſtimonium perhibet. attribuit tamen iſti voculæ intellectum huic loco minimè congruum; unde, & quia verbum יחזקו, immutatâ *conjugatione*, ab hoc commate ablatum præcedenti adjudicavit, coactus fuit ſtatuere hic *ellipſin* verbi ſubſtantivi, quod propterea de ſuo appoſuit. In verbo נטש transferendo ab utriſque differt; uti & in פרש, quod melius quidem vertit quàm Græci, ſed indiligentius quàm Syrus: eâdemque negligentiâ pro *funibus* ſive *rudentibus* dixit *funiculos*, ſecutus Græcos, ut puto, qui σχοινία dixerunt, ex conſuetudine impurioris dialecti, in qua funes quivis, etiam majores, atque adeo rudentes (quos melior ſermo κάλως vocat ac σχοίνους, uti alios funes grandiores σχοίνους) hoc nomine appellantur. Interpretatio ipſius hæc eſt, *Laxati ſunt funiculi tui, ſed non prævalebunt: ſic erit malus tuus, ut dilatare ſignum non queas.*

4. Chal-

4. Chaldæus, magnâ libertate de suo multa addens, quod facit & alibi crebro, ita hunc locum transtulit : בעדנא ההיא יתתברון עממיא מן תוקפהון ויהון דמין לספינא דאתפסקו חבלהא ולית לה תקיף על תורנהון דאתפסיק ולא אפשר למפרס עלוהי קלע. [*Eo tempore clade affectæ gentes, omnique robore amisso, similes erunt navi, quæ*] *rudentibus diruptis, nullum habet in malo suo subsidium* [*qui amputatus, seu defractus, quum sit*] *velum super eo extendi nequit :* quæ interpretatio, sepositis paraphrasticis additamentis (quorum ut facilior conspectus esset, hamis ea inclusimus) præcedentibus omnibus est longè melior, textumque Hebraicum propius exprimit. ab omni tamen errore nec ipsa immunis est. namque & comma istud בל יחזקו, כן תרנם, quanquam sensum ejus sic satis adumbravit, minimè accuratè reddidit, quantum ad verba, *nullum habet in malo suo subsidium*, ac si in Hebraico scriptum esset, בל יחזקו בתרנם, ac פרשו minus rectè, non retulit ad חבלים *funes* seu *rudentes*, sed pro *impersonali* habuit : sicuti etiam Esraides & Kimchi subaudiendam putant vocem חובלים *nautæ*, ad quam utrumque verbum, יחזקו & פרשו, uti & *affixum* in תרנם referatur ; quæ expositio elegantissimam *allegoriam* non parum enervat, multoque eam frigore perfundit.

5. Hieronymiana verbi נטשו expositio arrisit Novitiorum Interpretum majori parti, Munstero, Tigur. Calv. Musc. Oleast. Piscat. Borrh. qui omnes similiter *laxati sunt* reddiderunt ; itidemque Valer. *se affloxaron :* Ital. & Diod. *sono rallentate :* Gal. utraque, *sont laschez :* Ang. utraque, **are loosed :** Ama. & Belg. **syn slap geworden.** idemque sibi videtur voluisse Castal. qui vertit, *remissi funes tui* (quod interpretamentum usurpat etiam Borrhaus, unà cum altero isto Hieronymiano) & Pagn. qui in Textu transtulit, *Extensi sunt* (quomodo etiam vertit Schind. in נטש, ita tamen ut mox id explicet per *laxati sunt* ; sicuti in תרן *laxati sunt* duntaxat posuit) & in Diction. *Extenderunt se, expansi sunt.* Etiam Kimchi hanc expositionem ponit secundo loco, או פירוש נטשו נתפשטו ואינם נשווים, *aut exponendum, exporrecti sunt, minimeque tensi.* Fortassis huc revocari possit etiam Syri interpretatio אשתריו : quandoquidem verbum שרי, & si propriè *laxare* aut *laxum reddere* non denotat (pro quo magis רפא dicunt Syri) aliquid vicinum significat interdum, nimirum Græcum παραλύεσθαι, *paralysi affici* : unde etiam משריא pro *paralytico* usurpant. Sed si hoc, quòd omnes isti putant, dicere hic voluisset Propheta, credo eum dicturum potius fuisse נרפו vel רפו. Isti enim Radici apud Hebræos (uti & apud Syros) *laxitatis* ac *laxandi* intellectus inest, ipsaque propriè id

id denotat; quum aliæ significationes, in quibus passim usurpatur in Scriptura, secundariæ sint ac metaphoricæ. In proprio isto ac primario significatu legitur Jobi 12.21. ומזיח אפיקים רפה, quo in loco uti reliqua vocabula, ita רפה quoque à multis pravè redditur. sed nec desunt item, qui id ritè transtulerint: Tigur. *Zonam potentium laxat*: Pisc. *Zonam robustorum laxat* (quam interpretationem illustrat hoc scholio, i.e. *robur eorum imminuit: nam præcincti robustiores esse solent. quibus verò laxa est zona, ad opus faciendum minus sunt apti*) Luth. **Er macht den Bund der Gewaltigen loss**: Gen. *Il rend lasche la ceinture des forts*: Diod. *e rallenta la cintura de' poderosi*: Belg. **Hy verslapt den riem der geweldigen.** scholium isti apponunt, ipsum quoque dignum quod hic adducatur: **D. hy verswackt de alversterkste: want eene losse rieme maeckt den mensche slapper van leden: maer styf aengebonden synde, maeckese hem vaster ende wackerder**: i.e. *debilitat fortissimos. quippe cingulum laxum languidiora reddit hominis membra: arctiùs verò adductum, reddit ipsum firmiorem ac alacriorem.* Etiam Buxtorf. in Conc. huic verbo, in isto Jobi loco, *laxandi* significationem attribuit, quanquam dubitanter, & cum altera minus commoda conjunctam: neque aliter id intellexerunt Marin. Mercer. in Diction. Pagn. & Schind. vertentes, *remittere, remissum facere, remissum reddere*, itemque Castal. Osian. Drus. qui minus accuratè transferunt, *solvere, dissolvere*: quomodo etiam Radak exponit per התיר, & Raschi per הרפה ומפתח. Steuchus autem, cui מזיח hic *robur* significat (uti aliis multis) verbum רפה prius quidem vertit *dissolvit*: mox verò commodius, *remittit, relaxat*.

6. Quòd si igitur Propheta volebat dicere, *laxatos esse rudentes*, verbum רפה potiùs, quàm נטש adhibuisset. quippe נטש alibi nusquam *laxandi* significationem obtinet, imò ne cognatam quidem. nam quod Kimchi, ad stabiliendam istam expositionem, allegat 1 Sam. 30.16. והנה נטשים על פני כל־הארץ, acsi נטש ibi consimilem vim haberet, planè demiror. Quippe נטש ibi significat *diffundi, se diffundere*; ad quam mentem id verterunt Vernaculi Interpretes cuncti: Luth. **sie hatten sich Zustrewet**: Belg. **laegen verstropt**: Gal. utraque, *estoyent espars*: Val. *estavan derramados*: Ital. utraque, *erano sparsi*: Angl. vetus, **they lay scattered abroad**: Anglica nova, **they were spread abroad**: itemque è Latinis Pagn. *diffusi erant* (quam interpretationem exhibent etiam Steph. & Buxtorf. sed cum aliis sequioribus conjunctam) & Marian. *dispersi erant*. sed & Græci eodem modo verterunt, χεχυμένοι ἐπὶ πρόσωπον... isti sque accensere etiam licet Tigu-

rinos

rinos & Tremellium, qui phrasibus minus exactis, sed in eundem sensum, transtulerunt, *dis-jecti jacebant : dissiti erant.*

7. Et istam interpretationem firmant alii loci complures, in quibus eodem intellectu hoc verbum sumitur, pro *diffundere* in *kal*, & pro *diffundi, se diffundere*, in *niphal* : ut Num.11.31. וִיִּטֹּשׁ עַל הַמַּחֲנֶה : Judic.15.9. וַיִּנָּטְשׁוּ בַּלֶּחִי, cui loco simillimi sunt 2 Sam.5.ver.18,22. Esa.16.8. שְׁלֻחוֹתֶיהָ נִטְּשׁוּ עָבְרוּ יָם : Hos.12.vers.14. וְדָמָיו עָלָיו יִטּוֹשׁ, quibus omnibus locis non desunt qui pravè hoc verbum interpretentur, æquè ac 1 Sam.30. sed rursus permulti id ritè exponunt, aut saltem ad veram expositionem prope accedunt. Num.11.31. Pagn. in Diction. *Extendit se, diffudit se* (habuit pro *intransitivo*, secutus nimirum Kimchium, id affirmantem in Dictionario, quum sit *transitivum*, sicuti ipse quoque sensit in versione Textus, ubi tamen pravè transtulit *demisit*) Tigur. *dis jecit* : Castal. *dispersit* : Tremell. *dissevit* : Pisc. *expandit* (addit aliud minus probum *prostravit*) Luth. **strewet sie** : Belg. **stroyde se** : Genev. *les espandit* : Diod. *le sparse* : Cajet. *extendit* : Ainsw. **spread them forth.** Judic.15.9. Pagn. *extenderunt se*, & in Dict. melius, *Diffusi sunt, diffuderunt se* : Marian. *diffusi sunt* : Tigur. *sparsi* : Steph. *effusi* : Piscat. & Buxtorf. in Conc. *expanderunt se* : Buxtorf. in Diction. *diffuderunt se* : Tremell. *fuderunt se* : Gall.vet. *furent espars* : Genev. *s'espandirent* : Ital. utraque, *si sparsero* : Ang.vet. **were spread abroad** : Anglica nova, **spread themselves** : Belg. **breydden hen uyt.** 2 Sam.5.18,22. Pagn. & Tigur. *diffuderunt se* : Hieron. & Marian. *diffusi sunt*, similiterque Marin. sed qui alterum ac pravum apponit, *dimiserunt se* : Buxt. *expanderunt se* : Trem. *dissiti erant* : Valer. *estendieronse* : Ital. utraque *si sparsero* : Gal.vet. *s'espardirent* : Gen. *s'espandirent* : Ang. utraque **spread themselves** : Belg **verspreydden sich.** Esa.16.8. Marin. *diffusi sunt* : Buxtorf in Conc. *expanderunt se* (sed uterque cum pravo additamento, hic *deseri*, ille *dimitti*) Pagn. Oleast. Marian. Schindler. Buxtorf. in Diction. *extenderunt se* : Castal. *porrecti* : Gall. utraque, *s'estendoyent* : Angl.vet. **stretched out themselves** : Anglica nova, **are stretched out** : Val. *se estendieron* : Ital.vet. *si stesero* : Diod. *si spandevano* : Belg **syn uyt gesprept.** Hos.12.14. Pagn. Marian. Riv. *diffundet se* : Merc. *diffundetur* : Tremell. & Pisc. *expandit* : Belg. in notis, **uytspreyden** : Gall.vet. Genev. Ital. & Val. hic usurpant verba, quæ & *spargere, diffundere* significant, & *effundere*; quo posteriore sensu si ea sumpserunt, minus bene fecerunt, itidem ac Græc. Syr. Munst. Tigur. Angl.vet. qui verterunt ἐκχυθήσεται, נִתְאֲשַׁר, *effundetur*, **shall be powred out** :

out: quæ versio ipsi quidem loco videtur apprimè quadrare, sed ab intellectu verbi נטש aliena est.

8. Etiam Rabbini, ipseque Kimchi inter eos, passim hoc verbum eodem modo explicant, quum in reliquis locis, tum in isto 1 Sam. 30. quem & in exemplum istius significationis sæpius allegant, uti & Num.11.31. (quæ duo & ad mutuam declarationem ultro citroque advocant) ac si in istis duobus ea per se manifestissima esset. Numer. 11.31. Esraides, ויטוש׳ כמו ויפרוש וכן והנה נטושים, *Natás idem hic valet quod parás, expandit, itidem ac* 1 *Sam.*30.16. Raschi, ויטוש׳ ויפשט כמו והנם נטושים ונטשתיך המדברה, *Natás hic explicandum per pasát, exporrexit seu extendit, sicuti* 1 *Sam.*30.16. *&* *Ezech.* 29.5. (posterius hoc pravè ad hanc classem refert, quum נטש ibi potius significet *projicere*, quomodo id vertit Hieron. uti Syrus ארמי, & Græc. καταβαλλεῖν) Judic. 15.9. וינטשו, Raschi ויתפזרו, *dispersi sunt:* R.Levi, ר״ל שהתפזרו——והתפשטו במקום ההוא מענין והנם נטושים, *Vult, eos se dispersisse atque exporrexisse in loco isto, quam vim hoc verbum etiam* 1 *Sam.*30. *obtinet:* R.David, וינטשו׳ לשון שטיחה כמו והנם נטושים. *Natás hic significat* שטח, *distendit seu expandit, ut* 1 *Sam.*30.16.——1 Sam.30.16. Rab.Esaias, נטושים׳ פרושים כמו ניטוש על המחנה. *Netusím hic positum est pro perusím, expansi, quomodo hoc verbum etiam Num.*11.31. *usurpatur.* R.David, מענין ויטוש על המחנה ענין התפשטות, *Eandem hic significationem habet, ac Num.*11.*ver.*31. *puta significationem extendendi seu exporrigendi.* 2 Sam.5.18. וינטשו, Raschi & Kimchi, ויתפשטו, *& extenderunt seu explicaverunt se.* Esa.16.8 נטשו Raschi, נפצו כמו ונטשתיך והנם נטושים וינטשו בעמק, *Natesú hic valet naphezu, dispersi sunt, quomodo hoc verbum etiam sumitur Ezech.*29.*ver.*5. *&* 1 *Sam.*30.16. *&* 2 *Sam.*5.18. Esraides נטשו׳ כמו והנם נטושים פרוסים, *Nittás hic sumitur, ut* 1 *Sam.*30.16. *id est, pro parás, expandere, expandi:* Kimchi, נטשו׳ התפשטו עד שעברו ים וכן והנם נטושים מתפשטים׳, *Nittesú ponitur pro hithpassetu, extenderunt se, adeo ut transierint mare: sicuti* 1 *Sam.*30.16. *netusim positum est pro mithpassetim, extendentes se, extensi.* Hos.12. vers.14. ויטוש Kimchius, כמו והנה נטושים ויטוש על המחנה ענין התפשטות. *Hoc verbum ita hic intelligendum est, ac* 1 *Sam.*30. *&* *Num.*11. *nimirum in significatu extendendi seu expandendi:* quæ interpretatio melior est eâ, quam in Dict. affert, ubi יטוש per ינוח exponit: in hoc quoque ibi peccans, quod omnia, quæ istius sunt classis, interpretatur per פשיטה והנחה, posteriorem vocem

vocem non superfluè tantum, sed perperam apponens.

9. Quod נטש 1 Sam. 30. 16. uti & in cognatis locis, nullam habeat *relaxandi* significationem, sed *spargendi* ac *diffundendi*, apparet ex dictis, é-que tot Interpretum, atque ipsorum in iis Rabbinorum & Kimchii, consensu cum nobis; ideoque præter rationem fecisse Kimchium, qui istum Samuelis locum allegaverit ad confirmationem expositionis, qua verbo נטשו Esa. 33. 23. *relaxandi* notio attribuitur: quum ista duo, *relaxari*, & *se spargere* vel *diffundere*, plurimum inter se distent. Verum quidem est, verbum התפשט, quo hic ad declarandam *relaxationis* significationem utitur Kimchius, etiam ad significandam *diffusionem* ab ipso aliisque Rabbinis usurpari in illis locis, ubi נטש *diffundendi* vim habet, uti ex testimoniis præcedenti paragrapho allatis liquet. sed hoc parum ad rem facit, quum familiare admodum sit Rabbinis ἀκυρολογεῖν, atque animi sui sensa vocabulis minus commodis exprimere: sicuti sanè התפשט verbum est minimè idoneum ad *laxitatem* aut *relaxationem* denotandam. Sicuti autem contra eos, qui נטשו hic exponunt *relaxati sunt*, argumentum hoc est minimè spernendum, quod nusquam alibi vel eandem vel consimilem significationem hoc verbum obtinet; ita aliud ac potius desumitur ex ipso sensu, atque ex totius loci scopo, cui ista expositio haudquaquam satisfecerit; sicuti ex iis, quæ infra ea de re dicturi sumus, planum fiet. Ast utraque hæc ratio æquè, imò validius etiam, pugnat contra eos, qui נטש hic exponunt *tendi, intendi*, quod fecerunt Zuinglius, Oecol. & Lutherus: Zuing. *Istic ita intenti sunt funes, ut refectione nihil egeant:* Oecol. *Expansi sunt funiculi tui*; in comment. *in quorum navibus funiculi & rudentes extenti dicuntur propter perpetuum studium*: Luth. **Lass sie ihre stricke spannen**: quarum Interpretationum prior planè contrarium dicit ei, quod hic à Propheta intenditur; (non enim *omnia firma & tuta illic esse narrat*, ut vult Zuingl. sed summum discrimen & extrema omnia imminere præmonstrat) altera verò toto genere inde aberrat, dum vocem חבלים non pro *funibus* aut *rudentibus*, ut omnes alii, sed pro *laqueis* accipit.

10. Sed neque eos probare possum, qui נטש hic *dimittendi* aut *deserendi* intellectum ascripserunt: in quibus est Kimchius in Diction. ubi in cœtu eorum, quæ pertinent ad priorem hujus verbi significatum עזיבה והנחה *derelictionis & dimissionis*, hunc quoque locum reponit. Ita Forer. & Marinus, *dimissi sunt funes tui*: Ste. *Rudentes tui deserentur*: Tremell. *Deserent rudentes tuos* (habuit pro *piel*, uti Marin. & Ste. pro *niphal*) Buxtorf. *Deserti sunt.* Nimirum isti volunt hic

hic à Propheta designari ejusmodi statum navis, quando tempestatis violentia victi gubernator ac nautæ, animumque penitus despondentes, ventis se navemque permittunt (Ste. *deserentur.sub. à nautis, ut in re desperata*) qualem casum describit Papinius 6.Thebaidos.

—— Lassa veluti ratione magister
In fluctus & saxa ruit, nec jam amplius astra
Respicit, & victam projecit casibus artem:

Et 3.Theb. *—— Ac velut ille*
Fluctibus Ioniis calabræ datus arbiter alno——
Ipse quidem mallet terras, pugnatq; reverti:
Fert ingens à puppe Notus: tunc arte relicta
Ingemit, & cæcas sequitur jam nescius undas:

Itidemque Seneca in Agam.

Nil ratio & usus audet: ars cessit malis:
Tenet horror artus: omnis officio stupet
Navita relicto:——

Et Ovidius 11.Metam.

Ipse pavet, nec se, quis sit status, ipse fatetur
Scire ratis rector, nec quid jubeat ve velit ve:
Tanta mali moles, tantoq; potentior arte est:

Necnon Lucanus 7.Pharf.

——Ut victus violento Navita Coro,
Dat regimen ventis, ignavumq; arte relicta
Puppis onus trahitur——

Itidemque Nonnus, lib.32.Dionys.

Ναῦτα δ' ἀσχαλάοντες ἐπέτρεπον ἐλπίδα πόντῳ,
Nautæ mœrentes permiserunt spem mari.

Verùm si id voluisset Propheta, potius dixisset, deserta esse vela aut gubernacula, sicuti ab aliis ista nominari in tali casu solent, rudentes verò haudquaquam. Seneca consol.ad Polyb.cap.6. *Turpis est navigii rector, cui gubernacula fluctus eripuit, qui fluctuantia vela deseruit, permisit tempestati ratem.* Zozim.li.1. ἐφέρετο τὰ σκάφη σὺν οὐδενὶ κόσμῳ, τῶν κυβερνητῶν μεθιέντων τοὺς οἴακας, ὥστε τὰς μὲν καταδύναι, τὰς δὲ —— ἀκεῖλαι, πλῆθος πολλῶν καὶ ἀνθρώπων καὶ πλοίων ἀπολλυμένων, *Nullo ferebantur ordine navigia, gubernatoribus clavos dimittentibus; ita quidem ut partim mergerentur, partim in littus expellerentur, magna tum hominum tum navium multitudine pereunte.* Ovidius 1.Trist.Eleg.3.

Navita confessus gelidum pallore timorem,
Jam sequitur victus, non regit arte ratem.

Utque

Utque parum validus non proficientia rector
Cervicis rigidæ fræna remittit equo:
Sic non quo voluit, sed quo rapit impetus undæ,
Aurigam video vela dedisse rati:

Et 2. Metam.

——Ita fertur, ut acta
Præcipiti pinus borea, cui victa remisit
Fræna suus rector, quam Diis votisq; reliquit:

ubi per *fræna* gubernaculum est intelligendum.

11. Alioquin ipse verbi נטש intellectus isti expositioni non repugnat, si videlicet cum Marino vertas *dimittere*. namque *deserere*, quod Ste. Tremell. ac Buxtorf. in eundem sensum usurpaverunt, haud æquè admitti potest, quum נטש nunquam habeat *deserendi* aut *derelinquendi* significationem. & quanquam in contrarium stant tum Lexicographi omnes, qui unanimiter ista inter hujus verbi significatus, & quidem primarios, reponunt; tum Interpretes, quorum nemo est, qui non aliquoties נטש ita transferat: certus tamen sum, nullum esse locum, in quo non aliter reddi possit, ac debeat. Ast pro *dimittere, omittere, seu missum facere* sumitur plus semel: ut 1 Sam. 10. 2. והנה נטש אביך את־דברי האתנות, quod optimè vertit Castal. *omissâ curâ asinarum*. namque דברי (ut id quoque moneamus obiter) omnino pro *cura* positum hic est, atque ita id acceperunt etiam Marian. Diod. Anglica utraque, ut & Syrus, qui רניא vertit; quum Græci ῥῆμα, Tigur. *ratio*, Munst. *causæ*, Tremell. ac Belg. *res* **saecken**; Chald. Pagnin. Ital. Val. & Gall. utraque עסק, *negotium, affare, negotio, affaire*, minus commodè verterint. ast verbum נטש (quod Græci ἀπολιμπάνεσθαι, Hieron. *intermittere*, Tigur. *objicere*, Munst. Belg. ac Gall. utraque *deserere*, **verlaeten**, *delaisser*, reddiderunt) itidem ac Castal. per *omittere* interpretati sunt etiam Buxtorf. & Tremell. uti Pagnin. Marin. Marian. & Ital. per *dimittere*: in quo *dimittendi* vel *omittendi* significatu sumi etiam potest Syri & Chaldæi שבק, Valeræ *dexar*, Diodati *lasciar*, & Anglicæ utriusque **to leave**: quæ verba alioquin etiam *deserendi* & *derelinquendi* intellectum habent.

12. Alter locus, ubi נטש pro *omittere* seu *missum facere* sumatur, est Prov. 17. 14. ולפני התגלע הריב נטש, quæ verba admodum malè vertit Hieron. *& antequam patiatur contumeliam, judicium deserit*. nihiloque melius Chald. וקדם קריא אטעי דינא, *& ante—— decepit judicium*: & æquè pravè Græci, προηγεῖται δὲ τῆς ἐνδείας στάσις καὶ μάχη, *inopiam præcedit seditio & certamen*, ac Syrus, qui pro toto isto membro

bro tantùm hæc duo vocabula reponit, קדם שליש, *coram principe:* quæ interpretamenta ficuti ab Hebraico textu quam longissimè recedunt, ita & inter se adversis frontibus pugnant. De Recentioribus plerique (Pagn. Cajet. Cast. Tigur. Jans. Marian. Ital. Val. Gall. vetus, Anglica utraque, Belg.) minus rectè putant ריב cum התגלע cohærere, ideoque aut נטש pro *intransitivo* habent (Osian. Gall. vet. Anglica vetus) aut *pronomen* post id subintelligendum putant. Sed revera הריב construendum cum נטש, quod & viderunt Munst. Trem. Luth. Genev. Anglica nova, Diod. & Brunius; qui tamen ipsi quoque התגלע ad הריב, ex sequentibus ἀπὸ τοῦ κοινοῦ subintellectum, referunt omnes, excepto Luthero; qui solus vidit, *ellipsin* hic esse *affixi secundæ personæ,* **Ehe du dich mit gemenget wirst**, *Antequam ipsi immisceàris:* quod ab Luthero acceptum, retinuit Osiander, quum alioquin הריב cum התגלע construat, contra quam Lutherus fecit, & alio modo quam cæteri omnes qui idem fecerunt (quippe qui הריב pro *accusativo* habent) *Priusquam immiscearis liti.* Porro ipsum verbum נטש Pagnin. Cajet. ac Marin. transtulerunt *dimittere*, similiterque Val. *dexar*, & Ital. ac Diod. *lasciar*; melius quàm Tigur. & Marian. qui *abjicere*, & Castal. Tremell. Jans. Buxtorf. Belg. qui *deserere*, **verlaeten**, interpretantur. Est autem sententia istius pericopæ, *Omittendas esse contentiones simulatque exoriri incipiunt; ne ulterius iis implicati, postea pedem referre nequeamus (quemadmodum aqua semel elapsa revocari non potest*; sicuti in priore istius versus parte dicitur) quam sententiam satis bene expressit Osiander isto scholio, *Ortâ contentione, nos maturè subducamus, ne jurgiis & infortunio implicemur.* Jam ut in duobus istis locis נטש sumitur pro *dimittere, omittere, vel missum facere*, ita etiam hic Esa. 33.23. posset eodem modo exponi, atque ita sensus ille, de quo § 9. dictum, inde elici. sed quum alia obstent, quo minus ista expositio admittatur, uti modò monstravimus; alia exponendi hujus verbi ratio ineunda est.

13. Ego itaque existimo, נטש hic significare *disjici*; quomodo hoc verbum etiam alibi sumitur, tum Ezech. 31. vers. 12. ויטשהו אל־ההרים, tum in hoc ipso Propheta, cap. 32. vers. 14. כי ארמון נטש, quorum locorum posteriore maxima pars Interpretum vertunt *Derelinqui, Deseri*, aut *Desertum esse*, Græc. Chald. Munst. Calv. Castal. Ste. Musc. Osian. Piscat. Buxtorf. & Vernaculi cuncti: Syrus אתטשי, *oblivioni dari:* Hieron. Pagn. Oecol. Forer. Oleast. Marian. *dimitti.* soli verò ex omnibus Tigurini rectè transtulerunt, *palatia disjecta* [*erunt*]: & sic satis tolerabiliter Zuinglius, *dissipari.* Ast in priore loco solus bene

bene reddidit Lutherus, usus vocabulo **Zerstrewen**, quod Latino *dis-jicere* respondet: neque à vera hac interpretatione longè abeunt Græc. Syr. Hieron. & Osian. qui *καταβάλλειν*, ארמו, *projicere* vertunt (quam sanè notionem compluribus in locis hoc verbum obtinet) & Munst. ac Tigur. qui *Sternere*. pravè autem Pagn. in textu *dimittere*, & in Diction. *derelinquere* (quomodo & Pisc. vertit) Oecol. & Castal. *relinquere*, Tremell. ac Buxtorf. *deserere*: similiterque Vernaculi omnes præter Lutherum, *lasciár, dexár, laissér*: **to leave. verlaeten.** Innixus itaque duobus istis locis, ubi נטש *dis-jiciendi* intellectum habet, etiam in hoc Esaiæ loco נטשו חבליך interpretor, *Dis-jecti sunt funes tui*, seu potius *rudentes tui*; quomodo Tigur. & Tremel. verterunt חבליך vocabulo magis proprio: quanquam neque illi culpandi sunt, qui *funes* vertunt; quum *funes* pro *rudentibus* dicere, non insolens sit Latinis: cujus rei exemplum habemus in versibus istis Virgilianis ex 8. Æneidos,

Ipsa videbatur ventis Regina vocatis
Vela dare, & laxos jam jamq; immittere funes.

Alioquin in re nautica *funes* ferè usurpantur tantùm de retinaculis, quibus terræ alligatur navis; quæ *πρυμνήσια* Græci, & Homerus etiam *πείσματα* appellat. Ad nostram verbi נטשו interpretationem proximè accedit illa Græcorum & Chaldæi *ἐῤῥάγησαν*, אתפסקו, *rupti sunt*: quomodo etiam Kimchius in comment. priore loco נטשו exponit נפסקו: & Hieron. in comment. *rumpi, disrumpi*. Tametsi enim ipsi verbo נטש nequaquam competit *rumpendi* intellectus; ex eo tamen, quod hic significat, *ruptio* intelligi datur, quum rudentes in navi dis-jiei non possint, nisi prius rupti fuerint; sicuti rursus ad ruptionem eorum sequitur dis-jectio, atque ut huc illuc à vento raptentur: ideoque hæc interpretatio, quanquam ipsius verbi vim non adamussim exprimit, sensui tamen plenissimè satisfacit, atque omnino tolerabilis est & proba: quum ejusmodi permutationis libertas possit à quovis bono Interprete citra vitium usurpari.

14. Ut autem melius appareat, quid hic sibi velit Propheta per ruptos dis-jectosque rudentes, apponemus aliquot loca è Poetis, ubi eadem ista res describitur, ac plenius depingitur Homerus 13. *Ὀδυσ.*

——αἶψα γὰρ ἦλθε
Κεκληγὼς Ζέφυρος μεγάλῃ σὺν λαίλαπι θύων,
Ἱστοῦ δὲ προτόνους ἔρρηξ' ἀνέμοιο θύελλα
Ἀμφοτέρους,——

——*Repentè venit*

Stridens

Stridens Zephyrus, cum magno turbine impetum faciens,
Malique rudentes fregit venti procella
Ambos———

Nonnus lib.32.Dionys.

Πρυμναίους τε κάλωας ἀφειδέϊ κύματος ὁρμῇ
Λαίλαπες ἐῤῥήξαντο, καὶ ἄσθματι λαῖφος ἑλίξας
Ἱστὸν ἀνεχλαίνωσε κεκυφότα λάβρος ἀήτης
Λαίφεσιν ἀμφίζωστον,——

Rudentes ad puppim extensos vehementi undarum illisu
Procellæ ruperunt, ac turbine velum convolvens
Malum nutantem eo obduxit violentus ventus,
Carbasis obvolutum.

Lucanus quinto,

Avulsit laceros percussa puppe rudentes
Turbo rapax, fragilemq; super volitantia malum
Vela tulit:———

quem Lucani locum Valerius Flaccus lib.1.Argon. breviter ita contraxit,

Vela super tremulum subitus volitantia malum
Turbo tulit.———

CAPUT III.

Verbum יחזקו *Esa.33.23. quidam Recentiores malè pro* intransitivo *habent: à multis verò eorum, qui id* activum *agnoscunt, indiligentius transfertur. vertendum* firmare, *quomodo & verterunt id aliquot Interpretes.* 2. *Tres loci, unus ex Jeremia, & duo ex Isaia, ubi* חזק *eandem ferè, atque hic, significationem obtinet.* 3. Particula כן *variè exposita à diversis. esse* adverbium, *& significare* rectè, bene. 4. *Diversa exempla, ubi* כן *eodem modo usurpatur. nonnullos in istis quoque locis id pro* præpositione *habere.* 5. *Ab aliis haberi pro* nomine. *multos tamen etiam, æquè ac nos, id accipere pro* adverbio. 6. תרנם *pravè expositum à nonnullis, omnibus nimirum illis, qui à* כן *novum* comma *inchoant, idque à* יחזקו, *à quo revera regitur, divellunt.* 7. *Ellipsis verbi* possum, *subintelligendi in* יחזקו *&* פרשו. 8. *Aliquot exempla, ubi* possum *itidem extrinsecus suppleri debet. verba ista Amos 6.12.* אם יחרש בבקרים *fœdè depravata ab Interprete Græco.* 9. *Dictio* נס, *quæ* velum *hic significat, ab aliquibus* vexillum,

vexillum, *ab aliis* signum *transfertur. Forerii fluctuatio in hujus versus expositione.* 10. *Per* נס *hic* vela tentoriorum *intelligi à nonnullis, totumque hunc locum de* tentoriis *exponi; sicuti alii eum de* tentoriis *simul ac* navibus *capiunt.* 11. *Totam hanc periocham de navibus capiendam. navis malique statum hic indicatum dupliciter posse intelligi: vel de malo, stante quidem, sed tremulo nutanteque; vel de malo fracto. mirificus casus, ab Apollonio confictus, mali procellis è sede sua evulsi.* 12. *Scopus hujus allegoriæ. nonnullorum opinio, irritum conatum eâ significari.* 13. *Verior sententia; ea figurari ultimum discrimen.* laxitatis rudentium *mentionem hic incommodam esse sub utravis expositione; ideoque ne sensum quidem pati, ut* נטש *sumatur pro laxari.* 14. *Breviter proponitur genuinus sensus istius periochæ, hactenus prolixius enarratæ,* נטשו חבליך בל יחזקו כן תרנם בל ——פרשו נס *veraque ejus interpretatio sub unum aspectum datur: ii-que, qui mutatis punctis* יחזקו *pro* יחזקו *legunt, obiter refelluntur.*

IN proximo commate ejus perioches ex Esa. 33.23. cujus enarrationem superiori capite instituimus, בל יחזקו כן תרנם, unus atque alter è Recentioribus, itidem ac Chald. Syr. Græc. & Hieronymus, יחזקו pro *intransitivo* habuerunt, acsi esset יחזקו è *conjugatione prima.* Oecol. *non validi erunt:* Oleast. *non roboraverunt se:* Marian. *non erunt fortes.* Sed longè maxima pars pro *activo*, ut oportuit, habuerunt; de quibus tamen multi non satis probè hoc verbum interpretati sunt, partim alienas notiones ipsi attribuentes, partim ex diversis ipsius significationibus (quæ sanè multæ sunt, ita tamen ut omnes aliquam inter se cognationem habeant) eligentes eas, quæ huic loco minus sunt idoneæ. Ita Schind. in נטש vertit *constringere:* Osian. *fortiter intendere:* Munst. & Calv. *solidare:* Marin. *fortificare:* Pagn. Ari. Musc. *roborare:* similiterque Gall. utraque, Italus, & Ang. utraque, *renforcer, rinforzare,* **to strengthen.** Zuinglius, qui in hac voce finit comma, à כן תרנם novum comma inchoans (sicuti illi faciunt, quibus יחזקו est intransitivum) accepit in significatione *reficiendi* (in qua usurpatur 2 Reg. 12.5,6,12,14. & cap. 22.6. & 2 Paral. 29.3.) *ut refectione nihil egeant;* habens nimirum יחזקו pro *impersonali*, idque in *passivum* vertens, cum additamento verbi in futuro subintellecti: *non reficient, non opus erit ut reficiant,* i.e. *ut quis reficiat* [*funes*] i.e. *non opus erit ut* [*funes*] *reficiantur:* ad quam interpretationem, nihil quidem habentem contrarium consuetudini linguæ, aut intellectui ipsius verbi nude considerato, sed summopere à præsentis loci scopo abhorrentem, induxit

duxit eum dictio נטש sequius intellecta, & pro *intendere* accepta, uti supra diximus. Tremell. ac Buxtorf. verterunt *confirmare*; pro quo mallem dixissent *firmare*; quod verbum, ex omnibus accommodatissimum, adhibuerunt Castal. Borrh. (hic quidem junctim cum altero minus bono *tenere*; quæ significatio, etiam à Luth. & Tigurinis, **halten**, *retinere*, hic usurpata, isti verbo non nisi in *hiphil* competit) Piscat. Schindlerus in חזק: itemque Diod. & Val. *fermare, affermar*: necnon Gen. & Ama. ac Belg. cum aliqua circumlocutione, *tenir ferme*, **styf houden**; id est, *tenere firmum*, quod ferè eodem redit cum *firmare*, atque à *tenere* seu *retinere* simpliciter, quod modò rejiciebamus, manifestò distat. Cæsar in hoc significatu usurpare suevit verbum *Distineo*: lib.3. Gall. *Qui antennas ad malos distinebant*: & lib.4. *Binis utrinque fibulis ab utraque parte distinebantur*: ac lib.1. Civil. *Has quaternis ancheris ex quatuor angulis distinebat, ne fluctibus moverentur.*

2. Ab ea notione, quam hic obtinet verbum חזק, non multum abludit ea, in qua usurpatur Esa.41.7. ויחזקהו במסמרים, & Jerem. 10.4. במסמרות ובמקבות יחזקום: itidemque Esa.54.2. ויתדתיך חזקי: in quibus tamen locis rursus plerique Interpretes hoc verbum minus rectè transferunt. Chald. ubique תקף; & Oecol. *conforto*: Hieron. Esa.41. *conforto*: Esa.54. *consolido*: Jerem.10. *compingo*: Forrer. Esa.41. & 54. ac Marinus ubique, *confirmare*: Arias Esa.41. & Marian. Jerem.10. *roboro*: Oleast. Esa.41. *roboro*: Esa.54. *consolido*: Musc. Esa.41. *confirmo*: Esa.54. *consolido*. Nonnulli quum alibi rectè hoc verbum transtulerint, alibi nihilo melius quàm præcedentes collimârunt. Ita Pagn. Esa.41. bene transtulit *firmo*: ast Esa.54. *consolido*, & Jer.10. *conforto*: in Diction. verò omnia tria loca pravè transfert, Esa.41. & 54. *roboro* vel *consolido*: Jerem.10. *roboro*. Calvinus Esa.41. *firmo*; Esa.54. *consolido*: Jerem.10. *fortifico*. Munster. Esa.41. *firmo*: Esa.54. *roboro*. Græci Jerem.10. στερεόω· Esa.41. ἰσχυρόω· & 54. κατισχύω. Castal. Piscat. & Buxt. Esa.41. & Jerem.10. *firmo*: Esa.54. *obfirmo, confirmo*: Tremell. Esa.41. *firmo*; Esa.54. & Jerem.10. *confirmo*. Valera & Anglica nova, Esa.41. & Jerem.10. *affirmar*, **to fasten**; Jer.10. *fortificar*, **to strengthen**: Itala Esa.54. & Jerem.10. *fermar*; Esa.41. *fortificar*: Diod. Esa. Esa. *fermar*, & Jerem.10. *far star soldo*; Esa.54. *rinforzar*. Ast Zuingl. & Tigurini in omnibus istis tribus locis, ut oportuit, *firmare* verterunt; ut Ang. vet. Esa.41. & Jerem.10. **to fasten**; & Esa.54. **to make fast**. Syrus, qui Esa.54. & Jerem.10. vertit שרר, i.e. *firmo*, Esa.41. vertit קבע, id est, *figo*: cujusmodi verbo etiam Munst. & Belgæ Jerem.10. & Luth. Esa.41. ac Jerem.10. Gallica autem

autem utraque in omnibus illis tribus locis usi sunt *affigo*, **hechten, heften**, *faire tenir*; similiterque Osian. Esa.41. transtulit *affigere*: & Esa.54. Hieronymi *consolida* per *terræ infigito*, ac Jerem.10. Hieronymianum *compegit* per *parieti aut basi affixit* explicat: quæ expositiones nequaquam sunt spernendæ, ita tamen ut sciatur, quòd חזק in istis locis non tam *figere, affigere, aut defigere* simpliciter, quàm *firmiter figere* significet; quemadmodum etiam Luth. Ste. & Belg. Esa.54. transtulerunt, **fast stecken**. *fortiter figere*, **vast steecken**. Ego itaque sic istos locos transtulerim: Esa.41. *clavis illud firmat*, vel *firmiter figit*: Esa.54. *paxillos tuos firma*, vel *firmiter defige*, aut *adige*: Jer.10. *clavis ac malleis ea firmant*, vel, *firmiter figunt affigunt-ve*. Et quomodo in istis locis pro *firmare* rectè substituitur *firmiter figere* aut *defigere*, ita & in hoc loco, Esa.33.23. *firmare* haud incommodè mutaveris in *firmum tenere*; quod & Genev. Amamam, ac Belgas fecisse, præcedenti paragrapho ostendimus. Quod autem de firmando malo dicitur; sciendum est, etsi malus à rudentibus præcipuum firmamentum suum non habet, sed à modio seu receptaculo suo: rudentes tamen, ab utroque navis latere ad malum pertinentes, & ipsos non parum conferre ad hanc rem, atque ad malum in sede sua stabiliendum.

3. Particula כן, planè omissa à Pagn. Calv. Castal. & Val. à multis accipitur in vulgatissima illa significatione, qua *conjunctio* est, & nostro *sic* vel *ita* respondet. ita cum Hieronymo eam acceperunt Luth. Oecol. Oleast. itemque Musc. Marian. & Schindlerus. Munst. & Gall. vet. itidem pro *conjunctione* habentes, exponunt acsi esset על כן, *ob id, par ainsi*: Genevenses verò adhuc aliter, *ita ut*, *Tellement qu'ils n'ont point renforcé le mas, Ita ut non roboraverint malum*: quas duas significationes ego ab ista præpositione alienas puto; neque minus illam Forerianam, qui בל יחזקו כן, vertit *ne tantillum quidem confirmarunt*. quem enim ibidem in comment. canonem tradit (à Mercero etiam & Cevall. in Diction. Pagnini inde transcriptum) quando hanc voculam præcedit negatio, plerumque valere *ne tantillum quidem*, mihi constat haudquaquam esse verum: & exempla, quæ ibi ab ipso allegantur, longè aliter exponenda. Marinus כן habet pro *substantivo*, *Non fortificabunt aptationem mali sui*: similiterque Piscat. qui cum in textu verterit, *erectum malum*, in scholiis dicit, hebraica ad verbum sonare *rectitudinem mali*: eademque videtur Tremellii mens fuisse, qui eodem modo vertit, *erectum malum*. quanquam enim כן interdum est *adjectivum*, hic tamen ut pro *adjectivo* illud habuerint, non patitur linguæ natura, in qua *adjectivum* nunquam *substantivo* præpo-

nitur. Zuinglius autem (qui ab hac vocula novum comma inchoat, uti supra diximus) duas diversas expositiones conjunxit, *Sic erectus malus.* sed neque כן uspiam alibi habet eum intellectum, quem ei hic attribuunt; & si haberet, ista tamen expositio non esset hic admittenda; quum locutio, quam isti Interpretes hic statuunt, dura nimis sit & inconcinna. Quum verò etiam vulgaris significatio, *sic* vel *ita*, hic minimè quadret, omnino accedendum iis, qui id pro *adverbio* habent; inter-que eos Tigur. & Diod. qui vertunt *firmiter*, *saldamente*, præferendi Amama & Belg. qui **recht**, i.e. *rectè*, & Angl. utraque, quæ **well**, i.e. *bene*, interpretatur: quomodo hæc vocula etiam à Kimch. per היטב ac per טוב חוזק in Dict. & à Raschio per הכן היטב exponitur.

4. Isti expositioni suffragantur alii loci complures, in quibus כן itidem *adverbialiter*, atque in eadem significatione ponitur: Exod. 10. 29. כן דברת : Syrus, שפיר אמרת : Chald. יאות מללת : Raschi יפה דברת ובזמנו (שפיר & יפה, quæ utraque propriè sunt *adjectiva*, hic pro *adverbiis* ponuntur, ut alibi sæpe) Num. 27. 7. כן—דברת Græc. ὀρθῶς λελαλήκασι· Syrus, כאנאית אמרן : Chald. יאות ממללן. Jer. 8. 6. לוא כן ידברו : Syr. לא הוא כאנאית ממללין, Chald. כד כשר, Raschi כדין. 2 Sam. 18. 14. לא כן אחילה לפניך, *non rectè te [tuam operam] expecto:* Kimch. לא טוב שאיחל אותך. 2 Regum 7. 9. לא כן אנחנו עשים, Syrus, לא כאנאיה עבדינן, Hieron. *non rectè facimus:* Chald. לא כשר מה דאנחנא עבדין. Eccles. 8. 10. וישתכחו בעיר אשר כן עשו, *oblivioni dantur in urbe ii, qui rectè fecerunt.* Non desunt in plerisque istorum locorum Interpretes, qui כן pro *conjunctione* habentes, exponunt *sic, ita*, & 2 Sam. 18. quidem longè maxima pars id faciunt: ast 2 Reg. 7. Græc. οὐχ οὕτως ἡμεῖς ποιοῦμεν, & Luth. **last uns nicht also thun.** Jerem. 8. Græc. οὐχ οὕτω λαλήσουσι. Eccl. 8. Græc. Syr. Cajet. Luth. Castal. Ste. Ari. Tremell. Osian. Marian. Gall. vet. Angl. nova. Etiam Exod. 10. & Num. 27. multi faciunt *conjunctionem.* sed quia istis locis nequaquam convenit vulgaris significatio, nisi quis velit legere per interrogationem, *Siccine dixisti?* (quam expositionem nusquam reperio, nisi quòd Genev. ejus in margine meminerunt) novè ac insolenter id exponunt, ac si idem valeret cum כאשר. ita Exod. 10. Græc. vertunt καθὼς εἴρηκας. Hieron. *ita fiat ut locutus es:* Munst. *sicut locutus es:* Tigur. *quemadmodum locutus es:* Castal. *ut dixisti:* Luth. **wie du gesaget hast:** Gal. vet. *ainsi que tu l'as dit.* Num. 27. Munst. *ut locutæ sunt.*

5. Complures etiam in istis locis כן pro *nomine* habent: Exod. 10. Raschi אמת: Ste. *verum:* Pagn. Calv. Trem. *rectum.* Num. 27.

Esraides

Esraides אמת או הדבר כן : Hieron. *justam rem postulant* : Pagnin. Cajet. Calv. Pisc. *rectum* :- Val. *derecho pieden.* 2 Sam. 18. *Non est bonum, vel rectum, quod expectem* : Val. *no es razon que jo te ruege* : Pagnin. & Marian. duas diversas expositiones conjungunt, *Non bonum est quod sic expectem* : *non bonum sic.* 2 Reg. 7. אין אנחנו עשים דבר ראוי. Jerem. 8. 6. agminatim in eam sententiam itur, Hieron. *nemo quod bonum est loquitur* : Munst. *non erant qui loquerentur quod rectum est* : Tremell. *prava loquuntur*, heb. *non rectum* : Olean. & Marian. *nemo rectum loquitur* : Tigur. & Pagn. *non loquebantur rectum* : Piscat *loquuntur quæ non sunt recta* : Ital. *no parlano cosa buona* : Val. *no hablan derecho* : Gall. vetus, *nul ne dit rien de bien* : Luth. **das sie nichts rechts lehren** : Belg. **sy spreecken dat niet recht en is.** Eccles. 8. Esraides האמת : Kimchi in כן, המעשה הישר, & in *Radice* שבח, האמת והיושר : Symm. *δίκαια* · Hieron. *justa opera* : Pagn. & Drus. *rectum* : Pisc. *quod rectum est* : Val. *verdad* : Tigur. *In qua quicquid egissent ratum rectumque erat.* Istis expositionibus præferendam esse nostram, qua כן facimus *adverbium*, diligens locorum pensitatio ipseque sensus docere potest quemvis peritum harum rerum æstimatorem; nisi forte Jerem. 8. ubi forte non minus aptum est, ut pro *nomine* quam pro *adverbio* habeatur. & tamen non desunt, qui ibi quoque nobiscum, & cum Syro ac Chald. *adverbialiter* exponant. Oecol. quum in textu verterit, *non paratum dicent*, in marg. apponit, *vel, non rectè* : & in comment. hæc habet, *nemo rectè ac piè loquitur* : *accipe* כן *pro decenter.* Calv. & Castal. *non loquuntur rectè* : Diod. *non parlano dirittamente* : Ang. utraque, **none speak aright** : Gen. *nul ne parle adroit.* sic Exod. 10. & Num. 27. Arabs מליחא : Tremell. & Schind. *rectè* (similiterque Castal. Num. 27. duntaxat, & ibidem Tigur. *justè*) Anglica utraque, **well, right** : Diod. *dirittamente* : Gen. *bien, droitement* : Belg. **gy hebt recht gesproocken, sy spreecken recht** : Val. Exod. 10. *bien has dicho* : Luth. Gall. & Ital. Num. 27. **haben recht geredt** : *parlent bien* : *parlano bene.* 2 Reg. 7. 9. Pagn. Tigur. Munst. Castal. Tremell. *non rectè facimus* : & sic omnes Vernaculi, præter Lutherum. Eccl. 8. Munst. *& qui rectè fecerant* : Ital. *ne la quale hanno fatto bene* : Diod. *quelli che havevano operato dirittamente* : Angl. **where they had done right** : Gen. *qui avoyent bien fait* : Belg. **in deswelke sy recht gedaen hadden.** Quomodo igitur in omnibus istis locis, aliisque præterea nonnullis (quorum discussionem alteri occasioni reservamus) כן *adverbii* vicem præbet, ita hic quoque in ויחזקו כן *adverbialiter* sumendum, & *rectè, bene*, seu *ritè* exponendum est.

6. Illi,

6. Illi, qui à כן novum *comma* inchoant, sicuti in eo conveniunt, quod כן pravè *sic* exponunt (ut nunc omittamus Græc. & Syr. qui id in aliam vocem deformârunt; qua de re satis supra dictum) ita in eo dissentiunt, quod aliis תרנם est *nominativus*, ante quem *verbum substantivum* subaudiendum sit; quæ est sententia Hieronymi & Marianæ, itemque *Zuinglii, *Sic erectus malus, ut velum non pandatur*: aliis verò est *casus obliqui*, cum *ellipsi præpositionis*. Oleast. & Pagnin. in Diction. *In malo suo non extenderunt velum*: Oecol. *sic ad malum eorum non extendent signum*: Luther. **also werden sie auch das fahnlein nicht auff den mastbaum aufs stecken.** Contra quas expositiones non est ut quicquam dicamus, quum per se corruant, postquam יחזקו & כן ritè explicata sunt; inde-que liquido constet, תרנם esse *accusativum*, qui à יחזקו regatur. *affixum* autem non referendum ad nautas, alias-ve personas, sed ad ipsos *rudentes*, jam præcedentis capitis §. quarto monuimus.

7. In פרשו nulla est difficultas: sed notandum minus idoneo vocabulo in eo interpretando usos esse Pagn. Castal. Oecol. Marin. in נס Oleast. & Schind. *extendere*. melius Borrh. Osian. & Marian. *explicare*: & Munst. Tigur. Calv. Musc. Forer. Marin. in פרש, Trem. Pisc. Buxt. *expandere*. omnium autem optimè Zuing. *pandere*; quod vocabulum hic unicè quadrat, passimque tam à prosaicis scriptoribus, quàm à Poetis, hac in re adhibetur. Observandum præterea est, tam פרשו quàm יחזקו & per *præsentis temporis* verba commodius, quàm per *præteriti* aut *futuri* reddi, & vim verbi *possum* in se inclusam gerere. Hoc perspexerunt etiam Tigur. & Piscat. *Rudentes tui laxati sunt, ut nec malum suum firmiter retinere, nec velum expandere possint*: *Funes tui laxati sunt; non possunt firmare erectum malum ipsorum, non possunt expandere velum*: & ex Vernaculis Anglica utraque, Diod. (qui tamen illud de *præsenti tempore* neglexerunt) & Amama: **they could not well strengthen their mast, neither can they spread the saile**: *essi non potronno fermar saldamente l'albero della lor nave, ne spiegar la vela*: **sy en connen haeren mastboom niet recht styf houden, noch het seyl uytspannen.** Similiter David Kimchi, והחובלים לא יוכלו לחזק היטב התרן שלהם ולפרוש הנס כיון שהחבלי׳ נטשו ונפסקו. *Nautæ nequeunt ritè firmare malum suum, velumque pandere, postquam rudentes divulsi disruptique sunt*. Etiam Pagnin. Ital. & Belgæ supplementum hoc verbi *possum* adhibent, in priore duntaxat membro; uti Hieron. Oecol. in comment. (nam in Textu aliter fecit) & Raschi in posteriore; *Non roborare poterunt malum suum*: *non hanno potuto bene rinforzare il lor malo*:

sy

sy en sullen haeren mastboom niet connen recht styf houden : *Ut dilatare signum non queas* (miror cur non potius dixerit *queant*) *Quamvis in navibus eorum erecti sint mali, non tamen velum extendere poterunt :* לא יוכלו לפרוש. וילון המנהיג את־הספינה, *non possunt pandere velum, quo navis provehitur :* quæ postrema verba adjecit Raschi, ne dubium relinqueret, de quo veli genere loqueretur, quum nonnulli hic vela non nautica intellexerint ; uti infra ostendemus. Miror autem Tremellium, qui בל, quod nihil aliud est quàm simplex *negativa, cum nondum* reddidit, *Quum nondum confirmaverint erectum malum suum, non expanderint velum* ; quæ expositio & à vocula ista, & ab hoc loco summè aliena est.

8. *Ellipseos* ejusmodi, qualem hic in יחזקו & פרשו statuimus, exempla alibi etiam occurrunt. Judic.16.10. במה תאסר, Tigur. *quo possis vinciri :* Munst. *quo ligari possis :* Tremell.& Castal. *quo pacto vinciri possis :* Val. *como podras ser atado :* Ital. *con che cosa puoi esser legato :* Diod. *come tu potresti esser legato :* Anglica utraque, **wherewith thou mightest be bound :** Gall.vet. *comment tu peux estre liè :* Luth. **womit can man dich binden :** Belg. **waermede gy soudt connen gebonden worden.** Jobi 6.6. היאכל תפל מבלי מלח : Targ. האפשר דמתאכיל : Hieron. *Aut poterit comedi?* Tigur. *potest-ne edi?* Luth. **kan man auch essen das ungesaltsen ist ?** Anglica nova, **can that which is unsavoury be eaten ?** Esa.10.19. ונער יכתבם, Munst. & Tig. *ut puer possit conscribere eas :* Tremell. *adeo ut puer scribere possit ea :* Luther. **und [das] ein knab sie mag anschreiben :** Val. *que un niño las pueda contar :* Angl.utraque, **that a childe may tell them :** Diod. *& un fanciullo gli potrà mettere in iscritto :* similiterque istum locum παραφράζουσιν in commentariis, aut scholiis, Calv. Oecol. Oleast. Osian. Marian. Belg.& Rabbini tres, Jarchi, Esraides, & Kimchi. Jerem.13. vers.23. היהפך כושי עורו, Syr. דלא משכח הנדוי׳ דנשחלף משכה : Chald. האפשר די שני הנדואה משכיה : Hieron. *Si mutare potest Æthiops pellem suam?* Tremell.& Piscat. *An mutare potest Æthiops cutem suam?* Calv.in comment. *Poterit-ne Æthiops mutare pellem suam?* & sic Luth. Gallica vetus, Angl.utraque, & Diodat. Lam. 3.7. גדר בעדי ולא אצא : Pisc. *sepem circumdedit mihi, ut non possim exire :* Marian. *sepivit me* [i.e. *clausit*] *ut exire* [*& evadere*] *non possem.* Osian.paraphrasticè. *sum circumdatus angustiis, quas evadere nequeo :* Luth. **er hat mich vermawret, das ich nicht heraus kan :** Diod. *egli m'ha assiepato d'intorno, si che non posso uscire :* Angl.utraque, **he hath hedged me about, that I cannot get out :** Belg. **hy heeft my toegemuyet.**

dat

dat icker niet uytgaen en can. Psal.49.8. אח לא פדה יפדה איש לא יתן לאלהים כפרו : Raschi, אח לא יוכל לפדות את־אחיו : Esraid. העשירי׳ לא יוכלו לפדות אחיהם : Kimchius, לא יוכל לפדות איש את אחיו——ולא יוכלו לתת לאלהים כפרו. Munst. *Frater redimendo redimere non potest quemcunque, neque dare potest Deo redemptionem ejus.* Zuing. & Tigur. *Nemo fratrem suum ullà ratione redimere potest, neque Deo pretium redemptionis ejus persolvere.* Tremell. & Pisc. *Fratrem nullo modo redimere potest quispiam, non dare Deo redempturam ejus.* Moller. *Nemo est qui possit hominem redimere à morte.* & sic Vernaculi omnes, præter Italum (qui tamen in notis verum sensum expressit) & Valeram. Psal.76.8. ומי יעמד——לפניך : Munst. *quis stare poterit?* Castal. *stare quis potest?* Osiand. *nemo consistere potest:* Moller. *nemo est qui huic resistere possit:* Luther. **Wer can fur dir stehen?** Gall.vetus, *qui pourroit consister?* Genev. *qui pourra subsister?* Anglica nova, **who may stand?** Eadem verba, מי——יעמד, eodem modo explicanda & supplenda, leguntur etiam Psal.147.17. ubi Syrus, מנו משכח למקם : Luth. **Wer can bleiben?** Gall.utraque, *qui pourrá durer?* Diod. *chi potrá durare?* Anglica vetus, **Who can abide?** Anglica nova, **Who can stand?** Psal.77.4. ולא אדבר : Tremell. *ut non possim eloqui:* Piscat. *ut loqui non possem.* Esra. עד שלא אוכל לדבר. Kimchi, ולא אוכל לדבר. Psal. 106.ver.2. מי ימלל גבורת יהוה ישמיע כל־תהלתו. Kimchi, מי יוכל להשמיע : Chald. מן ייכול למללא——ירשי לאשמעא : Esraid. אין יכולת באדם להלל גבורתיו ולהשמיע כל תהלתו. Ste. *Quis possit celebrare?* Osian. *Nulla humana lingua Deum pro dignitate laudare potest:* Luth. **Wer can ausreden——und preisen?** Anglica vetus, **Who can expresse——or shew forth?** Anglica nova, **Who can utter——who can show forth?** Genev. *qui purroit reciter——qui purroit faire retentir?* Diod. *chi potrebbe racontare——è narrare?* Psal. 56.5 מה יעשה בשר לי, Gall.vetus, *que la chair me puisse faire:* Diod. *cosa che mi passa fare la carne:* Angl.utraque, **What flesh can doe unto me.** Psal.78.20. אם יכין שאר לעמו, Zuing. & Tigur. *Num parare carnes poterit:* Anglica nova, **Can he provide flesh?** Psal.78.44. ונוזליהם בל ישתיון. Tremell. & Pisc. *ne bibere possent:* Luth. **das sie ihre bache nicht trincken konden:** Gall. utraque, *afin qu'ils n'en peussent boire:* Angl.utraque, **that they could not drinke:** Diod. *accio che essi non ne potessero bere.* 2 Sam.23.6. כי לא ביד יקחו. Chald. דלית אפשר למקרב להון ביד. Osian. *Quæ non apprehendi possunt manibus.* Anglica utraque, **They cannot be taken with**

with hands. Diod. *Non si possono prendere con la mano.* Belg. **Om datmense metter hant niet en can vatten.** Amos 6.12. הירצון בסלע סוסים, אם יחרש בבקרים, Luth. **Wer kan mit rossen rennen, oder mit ochsen pflugen auff felsen.** Calv.in comment.(nam aliter in textu) *An poterit equus currere in rupe? an poterit etiam bos arare in loco saxoso?* Sic Oecol.in comment.(quam in textu nuda futura posuerit) *Res impossibiles hoc in loco ponit:* & ad eundem modum Tremel. *Fieri non amplius posse docet ut stent peccatores, quam ut in rupe cursus aut aratio fiat.* Hieron.optimè quidem hæc vertit, quantum ad *ellipses* istas, *Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis?* sed non animadversa ipsi altera *ellipsis*, qua בסלע post יחרש ex priore membro ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, *relinquitur repetendum* (quod omnibus Recentioribus perspectum, à Kimchio ita indicatur, בסלע שזכר עומד במקום שנים) in causa fuit, ut posterioris commatis mentem haudquaquam assecutus sit: sicuti tum ex interpretatione vocis בבקרים, quam *bubalos* reddidit pro *bubus*, tum ex commentario ipsius latius apparet. Græci autem *comma* istud absurdissimè verterunt, εἰ παρασιωπήσονται ἐν θηλείαις, i.e. vertente Hieronymo, *si reticebunt ad fœminas:* quæ hallucinatio planè monstrosa quantum ad בבקרים, in altera dictione orta est à punctorum permutatione, ac si יחרש pro יחרש scriptum esset. isti autem permutationi sicuti sensus validissimè adversatur; ita cum Hieronymo etiam Chaldæus & Syrus: אם יתרדי בתגריא: או דברין בהון פרנא. Plura autem hujusmodi exempla siquis requirat, ubi verbum *possum*, sensui necessarium, non tamen exprimitur, sed in altero verbo tacitè comprehensum, relinquitur subintelligendum; adeat Glassium, qui lib.3.Philol.Sacr.tract.3. canone 5. aliquammulta congessit.

9. Vocem נס *velum* interpretantur cum Græco, Chaldæo, Raschio, & Kimchio, omnes Recentiores, exceptis duntaxat Aria, & Luthero (qui nihil prorsus in toto hoc versu vidit) *vexillum*, **fahnlein**, interpretantibus; quam interpretationem etiam Belgæ in scholiis ponunt, tanquam non improbabilem: & Marinum, Forerium, ac Oecolampadium, qui *signum* transferunt: ita tamen ut hi duo posteriores in comment. profiteantur, se voce *signi velum* intelligere. ut mirer, quare *signum* omnino usurpare voluerint, quum ista dictio Latinis de *velo* nunquam dicatur. Occasionem autem prava hæc interpretatio Forerio dedit, ut quum prius genuinum hujus versiculi sensum sic satis bene aperuisset, *Notum est peritis in re nautica, confirmationem mali, quæ funibus fit, summi esse momenti. quare & dum tempestas ingruit, alios funes*

V

nes superaddunt, ne fluctuatione navis, & crebrâ jactatione, laxatis seu ruptis funibus, ipse quoque malus abrumpatur, & impossibilis eis reddatur navigatio, non habentibus ubi antenna & velum suspendantur : bonæ huic expositioni alteram deinceps istam & alienissimam subjunxerit, *Forte hic etiam moris nautarum meminit, qui in summitate mali signum collocare solent, præsertim in navi prætoria. laxatis autem funibus, & malo non confirmato, sed collapso, regeque fugam capiente, nullum signum expansum est, quo se colligerent milites, aut quod sequerentur fugientes.* hujusmodi fluctuationes optimos quoque Interpretes in ambiguis vocabulis passim pati videas; etiam, quod mirum est, quando verum sensum clarè perviderunt.

10. Porro quum *veli* vocabulum ambiguum sit, ac non modo de iis linteis dicatur, quibus naves ventum excipientes cursum suum perficiunt, sed & de iis, quibus tentoria ac tabernacula intenduntur (ut 1. Æneid.

Nec procul hinc Rhesi niveis tentoria velis)

de posterioribus hic intelligere maluit Osiander: *Perinde res Ecclesiæ habebunt, ac si quis tabernaculum seu tentorium figat : cujus malus, qui deberet totum onus tabernaculi sustinere, tam infirmus videatur, ut non crederes eum posse ferre, ut vela tabernaculi appendantur, quin vel frangatur, vel corruat ; & funiculi in lateribus non bene intendentur : ita ut tale tentorium singulis momentis ruinam videatur minari.* Similiter Musculus (qui valde ἀκύρως etiam *vexilla* vocat illa vela) *Tentoria tua haudquaquam firma erunt, funes illorum laxabuntur, non roborabunt malum, quo vexilla possint expandi,* q.d. *priusquam funes firmentur paxillis, & malus stabiliatur, vexillaque suspendantur, percutieris à Domino.* Præivit istis Hieron. qui in comment. *signum* (qua voce in textu reddidit Hebraicum נס) itidem exponit de velis tentoriorum, ita tamen ut huic expositioni etiam alteram, qua hæc periocha de navibus accipitur, immisceat; prætereaque mirificâ inconstantiâ *signum etiam* diversissimo modo, atque in vulgari significatu accipiat; quæ simul stare nullo pacto possunt: atque ex prava interpretatione (quum pro *signo velum* dicere debuerit, & *signi* dictio penitus inepta sit ad *velum* significandum) misera illa fluctuatio ortum habuit; quod idem vitium, atque in eadem hac re, modò in Forerio notabamus. Verba Hieronymi hæc sunt : *Nunc autem ad terrenam loquitur Hierusalem* (crediderim potius aliis Expositoribus, qui omnes ferè uno ore aiunt, ad Assyrios & Ecclesiæ hostes hunc sermonem dirigi) *quod laxati sint funiculi tabernaculi ejus, & tentorium sustinere non quiverint ; & malus*

ejus,

ejus, in quo pulcherrima quondam vela pendebant, ceciderit ruptis funibus, ut non solum ad navigationem, sed ad signum quoque inutilis sit. Postquam autem navis eorum fuerit dissipata, & tentorium dissolutum, ita ut in utramque partem funiculi disrumpantur, &c. Etiam Oleaster utrumque copulat, & junctim de tentoriis atque navibus hunc locum exponit, quamvis alioqui נס de solis *velis nauticis* capiat: *Funes tui, ô Assyrie, laxati sunt, quibus figebas tentoria tua: laxati sunt & soluti. Non roboraverunt se) ut perdurarent. In malo non extenderunt velum) ut navibus fugere possent.* & rursus, *Possent etiam verba ad Judæos malos pertinere——laxati sunt funiculi tui)* i.e. *tabernaculi tui——Non extenderunt in malo velum) ut saltem navigio deferrentur, sed pedes in captivitatem abierunt.* Lyranus autem etiamsi נס non de *velis tentoriorum*, uti neque de *velo navigatorio* exponit, sed de vexillo (Hieronymi translatione, *signum*, deceptus) totam tamen periocham, itidem ac Osian. & Musc. de *tentoriis* accipit, etiam verbum *laxari* mirificè exponens: *Laxati sunt funiculi tui)* i.e. *dispositi ut cum eis figantur tentoria circa Jerusalem. Sic erit malus) malus hic dicitur lignum longum, quod in medio tentorii erigitur, ut malus in medio navis. & quia desuper ponitur signum vel vexillum ejus, cujus est tentorium, &c.*

11. Sed quum *vela tentoriorum* peculiari vocabulo יריעות dicantur Hebræis, & nequaquam constet, vim dictionis נס ad ista vela pertinere; rectius est, ut cum Chaldæo, Raschio, Esraide, Kimchio, & maxima Recentiorum parte, נס de *velo nautico*, ac consequenter totam hanc pericopam de nave intelligamus. Namque ut cum Oleast. posteriorem tantùm partem *de navibus* capiamus, priorem verò *de tentoriis*, ineptum est nimis ac invenustum; & cum vera expositione istius commatis, בל יחזקו כן תרנם (in quo penitus caligavit Oleast.) consistere handquaquam valet. Potest autem hæc allegoria de nave, cujus rudentes dis-jecti divulsique malum non ritè, ut antea, firmant, unde etiam velorum non sit usus amplius; dupliciter intelligi. Primò ut indicetur navis, quæ erectum adhuc stantemque habet malum, sed tremulum nutantemque, & velis circa ipsum volitantibus ac fluitantibus, ob disruptos quibus tenebantur ac pandebantur rudentes, inutilem navi, atque adeo periculosum: qualem navis ac mali statum describunt Poetæ, extremo paragrapho præcedentis capitis à nobis allegati, præsertimque Nonnus. Secundò, licet accipere de malo non tantùm tremente ac nutante, postquam rudentium firmamento ac retinaculis destitutus est, sed etiam defracto atque prostrato (de quo magis etiam verum est, velum in eo pandi non

 posse)

posse) quod in tali casu solenne est, ac rudentium disruptionem insequitur ferè semper: quare Lucanus malum illum, cujus rudentes turbine divulsi sunt, *fragilem* vocat, q.d. *jam jamque frangendum*, (qua de re sic ipse alibi, lib.1.

Fractaq; veliferi sonuerunt pondera mali)

& Homerus post illa verba,

Ἱστοῦ δὲ προτόνους ἔρρηξ' ἀνέμοιο θύελλα
Ἀμφοτέρους,——

illico subjungit, ἱστὸς δ' ὀπίσω πέσεν, *malus retro cecidit, nimirum eadem procellæ vi labefactus fractusque*: id ipsum quinto odysseas plenius sic exprimens,

——μεσσὸν δέ οἱ ἱστὸν ἔαξε
Δεινὴ μισγομένων ἀνέμων ἐλθοῦσα θύελλα,
——*medium ipsi malum fregit*
Atrox permistorum ventorum veniens procella.

Sic alii quoque Poetæ, quando sævas ejusmodi tempestates, rudentium velorumque disruptrices, describunt, fracti mali passim meminerunt. Seneca in Agamem.

——*fluctus hanc decimus tegit:*
Hæc lacera & omni decore populato levis
Fluitat, nec illi vela, nec tonsæ manent,
Nec rectus altas malus antennas ferens,
Sed trunca toto puppis Ionio natat:

Horat. oda 14. lib. 1.

——— *nonne vides, ut*
Nudum remigio latus,
Et malus celeri saucius Africo,
Antennæque gemant, ac sine funibus
Vix durare carinæ
Possint imperiosius
Æquor? non tibi sunt integra lintea:

Ovid. 11. Metam.

Frangitur incursu nimbosi turbinis arbor:

Plautus Trinum.

Imber fluctusq; atq; procellæ infensæ frangere malum,
Ruere antennas, scindere vela.

Lucan.

Fractaque veliferi sonuerunt pondera mali.

Quem autem casum ponit Apoll. lib.1. ut malus turbinis vi atque impetu

impetu è receptaculo suo seu modiolo sustollatur, atque rudentibus ipsum distinentibus eripiatur evellatur-que,

> Ὡς δ' ὅταν ἀπρεφάτως ἱστὸν νηὸς——
> Ὑψόθεν ἐμπλήξασα θοὴ ἀνέμοιο καταῖξ
> Αὐτοῖσι σφήνεσσιν ὑπ' ἐκ προτόνων ἐρύσῃ,
> Ὡς ὅγε τὴν ἤειρε.——
> *Sicuti quando derepente malum navis,*
> *Superne ingruens acris venti procella,*
> *Una cum ipsis cuneis*

[quibus nimirum in modiolo fixus tenetur: τοῖς περὶ τὴν ἱστοδόκην σφησίν, inquit Scholiastes, τοῖς περιέχουσι καὶ κρατοῦσι τὸν ἱστόν]

> *ex rudentibus evellit:*
> *Ita ipse eam* [arborem è terra evulsam] *sustulit:*——

eum ego casum planè inauditum credo, ac immodicâ licentiâ poeticâ confictum: quanquam collaudat hanc comparationem scholiastes, eamque dicit esse δι' ὅλου ὑγιῆ καὶ ἐρρωμένην, *in totum sanam ac validam.*

12. Jam quum hujus *allegoriæ* scopus in universum sit, ut extremum discrimen hostilibus copiis imminere dicatur, quæ proinde similes sint navi in summo naufragii periculo constitutæ: ad hunc sensum nihil interest, utrum istorum eligas, quum utrumque maximopere periculosum sit. quemadmodum enim navis prorsus amisso malo velisque in eo est, ut jamjam in tempestatum prædam cedat, atque à mari absorbeatur; ita quæ post divulsos rudentes stantem adhuc malum retinet, nihilo secius, imò etiamnum magis turbinum undarumque sævitiæ obnoxia est: unde etiam solenne est in ejusmodi casu, ut nautæ vectoresque suis ipsorum manibus arborem navis amputent. qua de re Juven. sat. 12.

> ——*Tunc adversis urgentibus illuc*
> *Decidit, ut malum ferro summitteret:*——

& Lucanus lib. 9.

> *Sors melior classi, quæ fluctibus incidit altis,*
> *Et certo jactata mari: quæcunque levatæ*
> *Arboribus cæsis flatum effudere prementem.*

Sunt qui putent hac allegoriâ seu similitudine non plus innui, quam irritum conatum. Oecol.—*Insidiantur, sed stultis conatibus. funiculi enim eorum & omnes conatus invalidi erunt. Deus enim——consilia eorum irrita facit——manifesta est malignitas eorum, sed inefficax, eo quod nihil proficiant, Deo eis obsistente nequid prosperè cedat:* Genev. & Diod. *O Assyrien, tous tes efforts contre l'Eglise seront vains & de nul effect: O*



Assyrii,

Assyrii, tutti i vestri disegni & sforze saranno vani. sic Amama, addita etiam istius expositionis ratione, quasi nimirum hujus comparationis mens esset, Navem vento destitutam, ac proinde laxos rudentes habentem, non posse procedere, sed in medio cursu hærere. ita autem ipse: **Alle uwe aenslaegen sullen vergeefs syn; gelyckmen niet vaeren en can, als de touwen ende seylen, door het stille weder, niet en connen styf staen.**

13. Sed multo *ἐμφατικωτέρα*, & Prophetæ scopo accommodatior est altera expositio, à nobis allata, quæ & multos doctos Interpretes habet suffragantes. Esraides, דרך משל כי הספינה תטבע *metaphora à navi qua submergitur:* Munst. *Dicitur de exercitu Assyriorum, qui navi malo destituta, & à funibus atque velo dissoluto comparatur, atq; ob id arbitrio ventorum in mari jactatur, & tandem procellis obruitur:* Calv. *Impiorum statum navibus comparat—— Evertet Dominus eorum naves, abruptisq; funibus & malis, eodem naufragio ipsos involvet:* Ste. *comparat hic exercitum Assyriorum navi, quæ naufragium vitare nequit:* Ital. *predice la ruina de gli Assyrii, per una similitudine presa d'una nave, che sta per affondare:* Marian. *Assyriorum cladem naufragio comparat.* etiam Belgæ de naufragii discrimine exponunt, sed ita ut alteram quoque illam expositionem admisceant, de cursu impedito, cui conatus irriti assimilentur: quam perplexitatem in Borrhao etiam licet animadvertere. Miror autem eos, quotquot de naufragio hæc exponentes, נטש vertunt *laxari*; quum in funibus nimium remissis ac laxis sit quidem nonnihil incommodi, sed nullum ejusmodi ingens periculum: præsertim quum in nautarum sit potestate, quamdiu rupti divulsique non sunt rudentes, sed justo laxiores duntaxat, vitium hoc emendare, eosque quantum velint adducere atque adstringere. Si autem alteram rudentium velorumque laxitatem, à venti defectu ortam (de qua ita Lucan. lib. 5.

Ut primum levior propellere lintea ventus
Incipit, exiguumq; tument; mox reddita malo
In mediam cecidere ratem; terrâq; relictâ
Non valet ipsa sequi puppes, quæ vexerat aura)

in animo habuisset Propheta, uti expositoribus præcedenti paragrapho memoratis visum est; tunc nequaquam addidisset illa verba, בל יחזקו כן תרנם, utpote in illo casu planè superflua. siquidem rudentes velo inservientes diversi sunt ab iis, qui malo firmando destinati, *πρότονοι* propriè dicuntur Græcis (quam vocem Od. γ. ad, *κατὰ δ' προτόνοισιν ἔδησαν*, ita explicant Grammatici, *σχοινία, δι' ὧν ὁ ἱστὸς ἀποδεσμεῖται*),

σιμεῖ), ὡς ἂν ἔχῃ βεβαίως ἵστασθαι, funes, quibus malus revincitur, ut possit stare firmus) & quum mali firmitas hisce, non illis sustentetur; parum Mali intereſt, quàm languidi illi ſint aut laxi, modò proprii rudentes ſeu *πρότονοι* debitum tenorem obtineant. Atque ex iſtis ſatis apparet, ne ſenſum quidem hujus loci pati (ſicuti præcedentis capitis § 9. dicebamus) ut נטשו hic *laxari* exponatur.

14. Jam ut expoſitionem iſtius verſus in ſummam contrahamus; Propheta, ad indicandum ultimum diſcrimen atque exitium Aſſyriis impendens, eos hiſce verbis, נטשו חבליך בל יחזקו כן תרנם —— בל פרשו נס, comparat navi, quæ in medio mari, diſruptis procellarum vi rudentibus, (tam iis quæ velo ac velificationi inſerviunt, quàm quæ firmando ritè malo peculiariter ſunt deſtinati) ipſoque malo defracto, ac proinde in totum amiſſo veli uſu, neque ullum certum tenere curſum valens, in ſummo naufragii periculo verſatur, atque in eo eſt, ut jamjam ab iratis fluctibus abſorbeatur. Genuina autem totius periochæ interpretatio hæc eſt: *Rudentes tui disjecti* [vel *divulsi*, aut *dirupti*] *neque malum suum ritè* [vel, *ut oportet*] *firmare, neq; velum pandere* [vel, *expandere*, aut *expansum tenere*] *valent.* Quam interpretationem atque expoſitionem, ſiquis cum iis conferat, qui יחזקו in יחזקו mutârunt, videbit quâm in ea mutatione omnis eos ratio fugerit: quandoquidem puncta ita mutata venuſtiſſimam allegoriam miſerè deformant; membraque ejus, optimè atque arctiſſimè inter ſe cohærentia, temerè diſcerpunt: atque ex ſenſu æquabili admodum & concinno ſummè ſcabrum atque incompoſitum efficiunt.

CAPUT IV.

Num. 21. 8. על נס *à Syro & Hieron. malè transfertur* לאתא, pro ſigno. 2. *Ab aliis multis itidem incommodè transferri* ſuper ſignum, *vel* ſuper vexillum. *Pervulgata ac desultoria Interpretum circa voces πολυσήμους inconstantia notatur.* 3. *Melius fecisse, qui* נס *hic* perticam *verterunt: quod ipsum tamen interpretamentum non sit admittendum.* 4. *Eos, qui* perticam *transferunt, videri hausisse à Rasehio, qui* פר"קא *gallicè, i.e.* perche (*quod vocabulum idem cum latino* pertica) *interpretatur. Pagninus* פר"קא *malè reddidit* furcam. 5. *Tigurinorum interpretamentum*, palus, *examinatur. Nobis videri, quòd vocabulum* נס *hoc loco vertendum sit* malus. 6. *Articulum* ה

in

in הנם *παρὰλλων·* & *sæpe hoc fieri, ut præponatur nominibus, etiam ubi nulla certa ac definita res significanda est, multis exemplis ostenditur.*

DIximus initio libri hujus, quòd נם & *malum* significet, & *velum*. & locos quidem duos, in quibus pro *velo* sumatur, adduximus, atque declaravimus hactenus. pro *malo* sumitur Num.21.vers.8. ושים אותו על נם, & vers.9. וי שמהו על־הנם, ubi Hieron. & Syrus על נם & על הנם valde inconvenienter לאתא, *pro signo* transtulerunt. quanquam enim ista serpentis ærei effigies revera fuit signum ac typus Messiæ crucifigendi, sicuti ex Evangelio Johannis discimus; id tamen non tam ex istis verbis, quàm ex tota rei narratione colligitur: quum hæc verba non plus doceant, quàm quòd effigies illa à Mose in sublimi, ut toti populo conspicua esset, constituta fuerit, & super excelsa aliqua trabe collocata. Bene Esraid. על נס׳ שיהיה גבוה ויראו אתו הכל [*Jubetur ponere serpentem*] *super* נם, *ut esset sublimis, ac cuncti eum viderent:* (quæ verba malè Pagn.in Diction.vertit, Appellatur נם, quia erat elevatus, &c.) itidemque Lyranus, *Sic positus fuit, ut posset longè & à pluribus videri.* Rectè itaque Cajet. & Steuch. illam Hieronymi versionem, *pro signo*, reprehendunt: *Juxta Hebræum habetur, pone eum super perticam. nihil dicitur de signo, sed locandus super stipitem ligneum decernitur: Aliud adhiberi præcepit, super quod serpens poneretur, puta lignum & stipitem excelsum, cui serpens affigeretur æneus. non ergo serpens & signum idem, sed super signum serpens.* & tamen non defuerunt etiam inter Recentiores, qui ita vertendum putârint, nimirum Pagn.in Diction. *in signum, vel pro signo:* Luth. **zum zeichen**, & Angl.vetus, **for a signe**: quam interpretationem etiam Ste. Belg. & Ainsw. dignam judicârunt, cujus in scholiis veluti minimè improbabilis meminissent.

2. Græcus etiam & Chaldæus parum commodè על נם transtulerunt *ἐπὶ σημείου*, על את: similiterque Marinus, *super signo:* & pejus etiamnum Arias & Val. *super vexillum: sobre la vandera.* quam interpretationem, minimè aptam, miror sanè multos ex iis adhibere voluisse, qui alioqui satis perspectum habebant quid hic per נם significaretur. Ita Steuchus quum in comment. נם explicet *lignum & stipitem excelsum* (ut modò vidimus) vertit tamen *super signum.* unde etiam illa ejusdem verba, *Non ergo serpens & signum idem, sed super signum serpens.* eodem modo vertit Munsterus, quum in notis scribat, *Fuit serpens ille factitius erectus super* נם, i.e. *super stipitem excelsum.*

sum. sic Calv. qui in textu reddidit, *supra vexillum*, in comment. inquit, *Jussus est Moses serpentem attollere in sublime, ut undique esset conspicuus. Ac nomen* נס *tam pro vexillo, quàm pro malo navis, aut quali- bet alta pertica sumitur.* similiter Schind. *Pone illum super* נס, *vexillo:* Targum אות, *signo : stipite erecto.* Sanè in vocibus πολυσήμοις frequentissimum est, ut Interpretes commodiore significatione omissâ eam arripiant, quæ præsenti sermoni haudquaquam est idonea. sed ut quis vero significatu perspecto, in vertendo tamen diversum minusque aptum usurpet, id valde mirum est ; tametsi ejusmodi vertiginis exempla passim, in eruditissimis quoque Scripturæ Interpretibus, occurrunt. sicuti rursus non rarò, quando vocem aliquam ambiguam bene transtulerunt, in scholiis aut commentariis ea dicunt, quæ bonam istam interpretationem destruunt, quæ-que non ad eam, sed ad contrariam & falsam sunt accommodata. è cujusmodi erroribus ac turbis molestæ plerunque difficultates oriuntur, locisque per se satis claris & planis magnæ tenebræ offunduntur. Quorsum quæso attinebat, ut qui videbant נס hic denotare *stipitem erectum aut excelsum, aut perticam altam*, non sic potius, quàm *signum* aut *vexillum* transferrent ? Excusatur quidem ista translatio, dicendo quòd *signum vexillum-ve* hic usurpentur pro ipsis *contis* sive *hastis*, quibus signa vexilla-ve affixa gestantur. quare igitur, ad vitandam ambiguitatem, non verterunt potius cum Ste. *hastam vexillarem* (cui tamen interpretationi ipse quoque alteram illam ac pravam, *super vexillum*, præmittit) & cum Buxtorf. *vexilli perticam, perticam vexillarem* ? Sed quodnam argumentum habent, *signi hastile* aut *hastam vexillarem* potius, quàm quencumque alium contum aut sparum huic operi adhibitum fuisse ? nullum profectò, nisi quòd נס, quod *altum erectumque lignum* hic significat, alibi *vexillum signum-ve* significet : quod argumentandi genus, quanquam vulgatum nimis atque familiare Interpretibus, nihili planè est ac nullius pretii.

3. Melius itaque supradictis fecerunt Lyran. Pagn. Cajet. Castal. Tremell. Drus. (in comment. ad loca diffic. Num. cap. 87.) Piscat. qui *perticam* verterunt : quod fecerunt etiam Amam. in Censura Vulg. & Marian. sed inconstantius : *super perticam, vel stipitem, aut vexillum : super pertica aut vexillo.* Oleast. transtulit, *lignum* aut *perticam :* & Gall. utraque *perche*, quod idem est cum latino *pertica*, atque inde factum : sicuti & stange, quo Belgæ usi sunt, idem quod *pertica* denotat. Hanc autem interpretationem, quanquam superiori præferendam, nec ipsam tamen possum amplecti ; quia *pertica* minus lignum

 est,

est, quàm quòd hæc narratio desiderat. Etenim exigua illa tigilla, quæ transversim inter se juncta, vinearum juga constituunt, quibusque similiter compositis cancellata sepimenta clathrantur; parva etiam tigilla, quibus oleæ aliaque poma arboribus decutiuntur, eaque, in quibus gallinæ dormientes assidere solent; decempedæ item, quibus metatores utuntur, & flagella, quibus frumenta in area excutiuntur: hæc, inquam, omnia perticarum nomine afficiuntur, uti ex Varrone, Columella, Plinio, Virgilio, Ovidio constat. Ast ut ingens aliquis atque procerus stipes, magnæ trabis molem atque altitudinem habens (qualis omnino in hoc opere fuit necessarius, ut impositus serpens non pauculis aliquot proximè circumstantibus, sed totis castris, aut maximæ saltem ipsorum parti procul conspicuus esset) *perticæ* appellatione veniat, omnino insolens est. Et eadem hæc ratio, ob quam *perticæ* interpretamentum admitti hic non debet (nimirum minor quàm par sit magnitudo & proceritas) contra Italum quoque pugnat, qui *hasta* vertit, contra-que eos qui *signum* & *vexillum* transferentes, de signi alicujus vexilli-ve hastili intelligi volunt.

4. Videntur autem ii, qui נם hic *perticam* interpretantur, secuti R. Solomonem, qui נם interpretatur Gallico פר"קא, *perche*: על נם׳ על כלונם שקורין פרקא, quæ verba Pagn. in Diction. ita transferens, *super columnam quam vocant* פרקא *furcam*, geminum admisit errorem. namque & כלונם seu קלונם (utroque enim modo scribitur) non *columnam*, sed *contum, perticam, aut hastile* significat: & פר"קא *perche, perticam*, malè in פרקא, *fourche, furcam* mutavit; in quo etiam Drusius, ad loca diffic. Num. cap. 87. eum secutus est. Videtur quidem istis favere, quòd in ejusdem autoris commentariis bis ter-ve hæc vox per *vau*, פור"קא scribitur, Esa. 62.10. הרימו נם׳ כלונם פור"קא בלע"ז, & Jerem. 50.2. ושאו נם׳ פו"רקא בלע"ז. Ezech. 27.7. נם בלשן משנה כלונם וב"לעז פי'רקא. sed cum alibi scribatur per *jod*, פיר"קא, Esa. 11.12. ונשא נם׳ פי"רקא בלע"ז, & Esa. 49. v. 22. ארים נסי׳ נם פיר"קא בלע"ז——, putaverim vitiosos esse illos locos, ubi per *vau* scribitur פור"קא, & ubique rescribendum פיר"ק׳; de qua emendatione nequis dubitare possit, facient hæc ipsius Raschii verba ad Esa. 5. vers. 26 ונשא נם׳ הוא כמו קלו נם ארוך——וכן אל־עמים ארים נוסי וכן ושים אותו על־נם קלונם פרט"יגא בלע"ז——, *Nes hic significat hastile longum, itidem ac Esa. 49.22. & Num. 21.8. in quibus locis* נם *idem est quod* קלונם *hastile, vernacule pertica.* hic cum expressè ponat ipsum vocabulum latinum *pertica*, quod idem valeat cum נם & קלונם, clarum est quum in aliis locis, tum hic

Num.

Num.21.8. (qui locus ibi quoque nominatum citatur) non פר"קא, aut פורקא, sed פירקא vel פרקא scribendum esse: quum hoc latino *pertica* respondeat, non illud. quare bene Cevallerius, in Diction. Pagn. pro Pagnini פרקא, *furca*, rescripsit פרקא, *pertica:* quomodo etiam Buxtorf. in Diction.Chald. voce כלונס, allegans Raschium ad Esa.62.10. פורקא (non obstante depravata illa scriptura) explicat *perche, pertica.* & sic ab aliis quoque intellectum Num.21. illud פר"קא puto, unde suum *pertica* hauserint. Quod autem ibidem Num.21. inter illos locos, ubi נס sumatur pro כלונס & פר"קא numerat etiam Esa.49.22. & Jer.4.6. (ובן ארים נסי שאו נס) fecit præter rationem, & *aliena sunt à proposito illa exempla, quum ibi* נס *vexillum potius quàm perticam denotet* (uti rectè monet Drusius, ad loca diffic. Numer. cap.87.) & tamen eundem errorem iteravit non modò in comment. ad Esa.49.22. sed & in aliis diversis locis; sicuti modò allata ex ipso testimonia commonstrant.

5. Quum autem *pertica*, sicuti ostendimus, sit minus lignum, quàm ut huic proposito quadret: malim interpretamentum Tigurinorum, qui נס *palum* verterunt (quomodo etiam Amama, eos imitatus, vertit **een staeck of paele**) sed cum aliquo additamento. quippe priori loco habent, *pone eum super palum sublime elatum*; & in posteriore, *posuit eum super palum erectum:* quæ additamenta, *sublime elatum*, & *erectum*, fortasse in id adhibita fuerunt, ut significaretur, non humilem aliquam aut parvam ridicam sudem-ve, sed magnum atque sublimem stipitem hic intelligendum, quum alioqui tam illis quàm istis hæc appellatio competat. Imò forsitan posterioribus hisce, sublimibus inquam ac vastis stipitibus sive tignis, ne competit quidem omnino nomen pali; quanquam multo propius, quàm illud *pertica*, eò accedat. Sanè mihi ita lectum non memini: & si unquam ita sumeretur, Virg.5.Æneid.in istis versibus,

Ingentique manu malum de nave Seresti
Erigit; & volucrem trajecto in fune columbam,
Quò tendant ferrum, malo suspendit ab alto,

pro *malo ab alto* potius dixisset *palo ab alto*, ad vitandam ejusdem vocabuli tam parvo intervallo repetitionem; quam summopere defugere oratores quoque ac historici, & multo magis poetæ consueverunt, ubi diversarum vocum, idem aut ferè idem significantium, copia ipsis suppetit. Potius igitur cum Diodato verterim *Antennam*, aut cum Belgis (in margine) **een sparre**, i. *sparum*. sed istis etiamnum prætulerim, ut נס vertatur *malus:* quum suetum sit Latinis

ſcriptoribus, trabes ejuſmodi, qualem hanc fuiſſe neceſſe eſt (majorem ſanè, quàm quæ non modò *perticæ* aut *pali*, ſed & *ſpari antennæve* vocabulo deſignetur) *malorum* appellatione inſignire, etiamſi alioqui malorum navalium officio nunquam functæ fuerint: quod vel ex Gellio apparet, qui libri primi cap. 13. procerum grandeque lignum ſive tignum arieti faciendo, modò *trabis*, modò *mali* nomine indiſcretè afficit. ſimiliterque Lucretius lib. 4. ubi de tignis erectis, vela theatralia ſuſtinentibus, iſta duo ἐκ παραλλήλου uſurpat

——quum magnis intenta theatris
Per malos vulgata, trabeſq; trementia pendent.

ſic *malum* dixit etiam Frontinus, lib. 3. Strat. cap. 8. *Ad mœnia malos exæquantes altitudinem jugi ſurrexit, in quibus ſimulacra hominum armata Perſici habitus impoſuerat, noctuq; eos monti admovit.*

6. Notandum porro eſt, verſu nono *articulum* ante גם ex ſupervacuo adhibitum fuiſſe; id quod ſæpe alibi evenit, ut ה præponatur nominibus perſonam aut rem indefinitam ſignificantibus: quum proprius ejus uſus ſit, ut rem certam denotet, unde & ה"א הידיעה dicitur. Exempla aliquot, ubi ſimiliter atque hic redundat, ſubjungimus. Exod. 4. 20. וירכבם על־החמר. cap. 8. 21. הנני משליח בך —— את־הערב. cap. 15. 20. ותקח את־התף. cap. 16. ver. 13. ותעל השלו. Levit. 13. 47. הבגר. Judic. 6. verſ. 21. ותעל האש מן־הצור. cap. 8. verſ. 25. ויפרשו את־השמלה. 1 Sam. 17. 34. ובא הארי ואת־הדוב. 2 Sam. 18. 9. ואבשלום רכב על־הפרד. cap. 21. 10. ותקח את־השק. Cant. 7. 2. אל־יחסר המזג. Jerem. 38. 9. אין הלחם עוד בעיר. cap. 43. 13. כאשר יעטה הרעה את־בגדו. & in hoc ipſo capite, Num. 21. 6. וישלח יהוה בעם את־הנחשים השרפי'. Idem fit quandoque cum *numeralibus*, ut Exod. 16. 22. שני העמר. Cant. 4. 4. אלף המגן. Valde autem creber eſt in nominibus *materiam* ſignificantibus hic *articuli pleonaſmus*, ut: Geneſ. 41. ver. 42. רביד הזהב. Exod. 32. 3. נזמי הזהב. Geneſ. 44. 2. גביע הכסף. Exod. 24. 12. לחות האבן. cap. 35. 25. מטוה התכלת. Cant. 7. 2. אגן הסהר. ibid. ver. 4. כמגדל השן. Et in his quidem poſterioribus *articulus* iſte planè vacat; quum in prioribus eandem ferè vim habeat, quam Anglis **a**, Italis, Hiſpanis, & Gallis *un*, Germanis & Belgis **ein**, qui *articuli* ſunt *indefiniti*, ac rebus perſoniſque non determinatis præmitti ſolitæ: quum omnes iſtæ linguæ alios præterea articulos habeant, rebus certis definitiſque jungi ſolitos, & [illegible] ה"א הידיעה in principaliori uſu reſpondentes.

CAPUT

CAPUT V.

Vocem נס *pro Malo sumi etiam Esa.*30.17. *ubi ab omnibus ferè Interpretibus pravè exponitur* signum *aut* vexillum. 2. *Etiam vocem* תרן, *quæ ibi synonymè cum* נס *ponitur, perperam à multis accipi, pro arbore ramis truncata, aut arbore aptâ è qua malus fiat: aliisque adhuc modis.* 3. *Ab Hieronymo aliisque per* תרן *hic intelligi* malum nauticum, *quod ipsum quoque non sit rectum: à Chaldæo autem transferri* בוערא, facem. 4. *Nostra opinio, per* תרן *&* נס *hic significari Malos, in summis jugis collocari in id solitos, ut per varias occasiones signa inde sustollerentur, ac significationes speculares fierent. Raschi eodem modo exponit.* 5. *De significatione vocis* כלונס *sive* קלונס, *à Raschio adhibitæ; & videri quòd eâ, ut Anglico* **pole**, *non minora tantùm hostilia & perticæ, sed & majora ac trabalia ligna propriè denotentur.* 6. *Kimchii expositio vocis* נס, *quam vocem non posse hic pro* signo *aut* vexillo *accipi, demonstratur.* 7. *Vera harum vocum expositio à Mariana quoque subindicatur. Etiam Forerius vidit genuinum intellectum vocis* תרן: *non item τῆ* נס, *cujus prava interpretatio ipsum aliosque in errorem induxit, ut alienum sensum huic loco assignarent.* 8. *Anglis peculiare vocabulum* **beacon**, *ad significandum id, quod hic per* תרן *&* נס *designatur; ut Græcis φρυκτώριον. Latinum nomen esse* speculam, *quod tamen latius pateat. non debere locum hunc de maritimis speculis intelligi, sed de mediterraneis.* 9. *Vox* עדרא, *quæ hic ab Interprete Syro adhibetur in interpretando* תרן, *ne ipsis quidem Syris jam per aliquot secula satis intellecta, excutitur, & vera ejus notio indagatur.* 10. *Malos ejusmodi speculares sub Imperio Persico & Macedonico per totam Asiam dispositos fuisse, ut earum ope velocissimè significationes ad Regiam perferrentur.* Turres Annibalis, *in Hispania: &* Danica munimenta, *in Hibernia.* 11. *Ad speculas istas sacram Scripturam subinde tectius alludere, ut Esa.*40.9. *in quo loco* מבשרת ציון *à Kimchio aliisque multis malè exponitur per* Appositionem: *prætereaque alia observatio de nomine* מבשרת. 12. *Consimilem allusionem esse in Esa.*52.7. *Jer.*3.21. *&* 7.29. *&* 22.20. *in quo postremo loco* עברים *à maxima Interpretum parte perperam exponitur* appellativè, *quum sit proprium certi montis nomen.* 13. *Probabile videri, quòd* נס *etiam de Malis nauticis usurpatum fuerit ab Hebræis.*

Exposi-

EXpositionem nostram vocis נם, Num.21. cæteris esse præferendam, præter rationes jam allatas ex eo quoque colligere licet, quòd alibi in sacra Scriptura nomen תרן, quo *Malus* propriè significatur, per נם tanquam per *synonymum* exponitur, & utroque vocabulo una eademque res denotatur. Locus est Esaiæ cap. 30. ver. 17. in hisce verbis, עד אם נותרתם כתרן על ההר וכנם על ראש הגבעה: ubi tamen rursus plerique Interpretes vocem נם pravè transtulerunt. Syrus ac Chald. אתא, similiterque Hieron. Pagn. Oecol. Marin. Forer. Oleast. *signum:* Munst. Tigur. Calv. Musc. Arias, Tremell. Piscat. Buxtorf. *vexillum*, & sic Vernaculi: Luth. Gall. vet. Val. Belg. **panir**, *baniere, vandera*, **banier**: Genev. *banderolle*: Ital. *stendardo: ensigne.* Græci verò adhuc pejus, *σημαίαν φέρων*, *vexillum ferens.* Etiam inter Rabbinos sunt, qui נם hic *signum* sive *vexillum* interpretentur. Quippe *Baal turim*, ad Exod. 17. 15. ita scribit, נסי ב׳ במס׳ הכא ואידך אל־עמים ארים נסי ומה התם נס ממש כמו וכנס על הגבעה אף כאן נס ממש שקרא להק״בה נסי ודגלי, *Nissi bis extat in Masora* [*i.e.* in Masora notatur bis extare] *hic, & Esa. 49. 22. & sicuti illic propriam habet significationem vexilli sive signi, quemadmodum & Esa. 30. 17. ita etiam hic. quippe vocat Deum signum suum & vexillum suum.* Porro per *vexillum* Calv. & Muscul. intelligunt trophæum. Calv. *subjicitur alia similitudo, à trophæis sumpta, quæ profligatis hostibus eriguntur.* Musc. *De vexillo quoque non displicet, quod nonnulli ad morem trophæa locis editis erigendi respiciunt. existimo per malum navis significari totius terræ Judææ velut naufragium: per signum verò, futurum trophæum post casum exercitum hostium.* Osiander נם interpretatur de Herma, sive columna itineris monstratrice: *Sicut columna lignea, solitaria, in sublimi loco collocatur, ut sciant peregrinantes, qua debeant iter suum intendere.* Castal. autem, uti Num. 21. ita hic quoque נם *perticam* vertit: quæ translatio etiam Borrhao placuit.

2. Et sicuti error errorem trahit; malè intellecta hæc vox in causa multis fuit, ut etiam alteram, תרן, quæ vox planissimè malum significat, sequius intelligerent, alienamque significationem ipsi attribuerent. Etenim Tremell. vertit *cippus*, similiterque Pisc. qui tamen malam interpretationem emendat isto scholio: *Hebraicè Malus*, i.e. *lignum simile Malo, erectum in monte.* quod autem addit, *in signum certæ rei*, in eo rursus fallitur, ut postea videbimus. & isti interpretationi quodammodo affinis est & Oecol. qui *malum* accipit de arboribus

bus iter demonstrantibus. *Comparantur arboribus raris in montibus, circa quas iter demonstratur. & vocat arbores malum navis. quod solæ stant, sicut in navi malus.* Genev. exponunt, *un arbre tout esbranchè, i.e. arbor omnibus ramis truncata:* quasi dicerent, arbor quæ solo stipite sive trunco relicto, mali speciem intuentibus præbet. eaque expositio digna visa est etiam Angl. nov. & Belgis, quam in margine collocarent: **as a tree bereft of branches or boughs: als een hogen boom sonder tacken of bladers:** ac suffragantes quoque habet Marinum, Forer. & Merc. in Diction. Pagnini, qui omnes quum תרן reddant Malum, ad istum tamen modum explicant: Marin. *sicut Malum,* i.e. *tanquam arborem ramis privatam ad instar mali:* Forer. *vocat Malum, arborem ramis privatam, quæ in vertice montis interdum apparet, sicut Malus in navi:* Merc. *sicut Malus, arbor scilicet ramis spoliata, ut arbor in nave.* neque multum abludit Castal. qui *Malum* intelligit arborem aptam è qua Malus fiat. hanc enim notam apponit, *Paucissimi, ut si una arbor de sylva restet ad faciendum Malum.* atque ita Osian. *Quasi cum cæditur sylva, & in ea hinc inde relinquitur una aut altera arbor alta & directa, quæ asservatur, ut præbeat aliquando, postulante necessitate, malum navis, cui velum appendatur:* & Angl. vetus, **till ye be left as a ship mast upon the top of a mountaine whereas all the trees are cut downe, save two or three to make masts:** eamque expositionem etiam Calv. adducit, uti sic satis probabilem, *Dum cæditur sylva, relinquuntur proceræ arbores, quæ ad usum navalem aptari possint.* Admodum autem mirificè Schindlerus, hunc locum respiciens, dicit, תרן *metaphoricè significare vexillum quod in monte ponitur, ut procul videatur.*

3. Hieronymus, qui נס interpretatur *signum,* per תרן Malum propriè dictum sive Malum nauticum intelligit, totamque hanc periocham ita accipit, ac si *malus in monte & signum in colle* dictum foret pro *malus in monte colle-ve positus pro signo. Quomodo,* inquit, *si fractâ nave, & compage ejus dissolutâ, sola arbor, quæ malus dicitur, remanet, & ponitur pro signo in summitate montis, sive in excelso colle.* quæ sanè verba valde mirifica sunt, neque cuiquam satis intelligendum, quid sibi velit de fracta nave malus in collis montis-ve jugo pro signo positus. Nam quod Musculus, istam Hieronymi expositionem intuens, scribit, *Forsitan solebant mali navis post naufragium locis editis erigi,* nullius est momenti. Tolerabilius aliquanto Calvinus, Hieronymianæ expositionis vestigiis alioquin insistens, הר *etiam accipi pro scopulo vel promontorio probabile est, cui impactæ naves adhærescunt, ac deinde in iis malus, naufragii signum, conspicitur.* sed cum nulla

nulla tempeſtas ſoleat naves propellere ad ipſa cacumina promontoriorum aut ſcopulorum (niſi eorum qui ita humiles, ac ſupra aquam tam parum extant, ut montium colliumque appellatio iis nullo pacto competat) ne poſſunt quidem illic relinqui ullæ naufragii reliquiæ, ac propterea neque mali, fractarum navium ſignum, conſpici. Chaldæus חרן vertit בוערא, i.e. *lampadem* ſeu *facem*, atque ita ſervavit figuram כיפול הענין, quum אתא *ſignum* aut *vexillum*, & ביערא *fax*, in aliquo caſu, (nimirum ſpecularis ſignificationis, quam iſtum Interpretem hic præ oculis habuiſſe credibile eſt) ſint res ejuſdem ordinis, ac quadamtenus *ſynonyma* : quandoquidem & faces ſive πυρσοὶ, & alia quoque ſigna vexillaque in iſta ſignificatione uſurpari conſueverunt : qua de re in extremo libro primò actum fuit. Sed ſicuti rectè Chaldæus figuram iſtam geminatæ ſententiæ hic animadvertit; ita imprudenter ex נם, quod pro *ſigno vexillo-ve* perperam accepit, vocem חרן interpretatus eſt, atque inauditam notionem (niſi forte בוערא Chaldæis non facem tantùm ſignificat, ſed & Malum aliam-ve Speculam, è qua fax pro ſigno tollitur) ipſi aſſignavit : quum debuerit contra vocabuli חרן, utpote certioris ac minus ancipitis intellectûs, ductu uti, ad veram hoc loco τοῦ נם ſignificationem indagandam.

4. Nos itaque, iſtum exponendi ordinem ſecuti, dicimus נם idem hic ſignificare, quod Numer. 21.8. ac tam iſto vocabulo, quàm חרן, hic denotari Malos, non veliferos aut navigationi inſervientes, ſed formâ quidem atque magnitudine veliferis ſimiles, uſui autem longè diverſo adhibitos : eos nimirum, qui in jugis excelſioribus deſtitui in hoc ſolebant (non quidem nudi, ſed adhibitis circum ſtatuminibus aliiſque lignis, tum ad firmandos ipſos ſtabiliendoſque, tum ad præbendum in ipſorum ſummitatem aſcenſum) ut quum res ferret, ſigno ex ipſorum cacumine, unde latè circum-commorantibus conſpicuum eſſet, ſublato, ſcirent omnes, vel ad habendos delectus, alioſve conventus ſibi coeundum ; vel ſumptis repentè armis, globis graſſatoriis occurrendum ; vel adventante juſto exercitu, ad loca munita confugiendum, omniaque ſua in tutum comportanda eſſe, atque ipſas urbes arceſque permuniendas, & convectione commeatuum aliiſque rebus neceſſariis adverſus vim hoſtilem firmandas : qui varii fines, ſuperiore libro uberius pertractati, vel diverſitate ſignorum, ex iſtis Malis oſtendi ſolitorum, vel alio atque alio ejuſdem ſigni oſtenſionis modo, aſpectantibus indicarentur. obiter autem obſervetur, *he hajediá*, in omnibus quatuor vocibus, quibus hic apponitur, vacare : quem

quem istius *articuli pleonasmum* valde crebrum esse, præcedentis capitis fine monebamus. Ad hanc nostram expositionem aspirat quodammodo versio Diodati, *Come un albero di nave sopra la sommità d'un monte, è come una antenna sopra un colle:* quæ tamen versio neque in se est satis exacta (quippe *antenna* vox haud satis plena hic est, aut נם idoneè exprimit, uti neque Num. 21.) & corrumpitur porro istius scholii appositione, *Come si sogliono piantare in luoghi eminenti tali segnali:* quæ verba eum sensum præ se ferunt, acsi ipsi Mali pro signo in editis collocarentur; quum revera ipsorum collocatio alium finem habeat, neque ut ipsi signorum vicem præstent, sed ut occasione ferente ex ipsis signa sustollantur. Melius Raschi, atque prorsus ad mentem nostram (nisi quod sustollendi signi fines ἐνδεέστερον enumerat) duas istas voces exponit: כתרן עץ גבוה תקוע בארץ כמין תרן הספינה: וכנס' אף הוא קלונס גבוה שנותנין בראש הגבעה וכשרואה הצופה גיסות באין נותן עליו סודר ורוח מוליכו והוא סימן שינוסו או יתקבצו, *Sicut Malus) sicut lignum procerum in terra depactum, speciem Mali nautici gerens. Et sicut* נם) *etiam hæc vox denotat tignum procerum, in collis vertice defigi solitum, cui speculator, quando adventantes videt [hostiles] copias, imponit vexillum [linteum-ve] quod vento agitatum, significationem [intuentibus] præbet, ut fugiant, aut congregentur.*

§. 5. Quod nomen קלונס hic in verbis Solomonis vertimus *tignum*, id facimus ipso sermonis contextu atque scopo id flagitante: quum *hastile* aut *pertica*, quod alias ista vox significat, & in quo significatu sæpius ab ipso Jarchio usurpatur (uti ex præcedentis capitis §. 4. claret) hic nequaquam apta sint, utpote ad eam magnitudinem, quæ hic requiritur, nullo pacto accedentia. Et sanè etiam Ezech. 27. 7. hac voce idem Rabbi de ligno trabalis magnitudinis utitur, atque נם (quod ibi quoque *Malum* putavit significare, quanquam falsò: uti cap. 2. §. 2. dictum) itidem per כלונס exponit. Ac quanquam haud ignota mihi est Rabbinorum ἀκυρολογία, alibique ipsi indicavimus, solere eos persæpe mentem suam vocabulis minimè idoneis declarare: hîc tamen fieri potest ut aliter se res habeat, utque כלונס appellatio sit communis minoribus illis lignis, & majoribus tignis, trabium malorumque molem habentibus: sicuti videmus Anglicum **pole** (quo Ang. nov. utitur Num. 21. in reddenda voce נם) & de minoribus illis, *perticâ, hastili, conto* dici, & de majoribus etiam usurpari, atque adeo de ipsis *Malis:* unde **May-poles** vocant malos illos certis in locis defigi solitos, ad festa gaudia atque tripudia circum ipsos celebranda.

6. Porro etiam R.David videtur in ea sententia fuisse, ut putaret נס hic *Malum* significare. ita enim inquit, כמו התרן על ראש ההר' שיראה יחידי מרחוק' וכן כמו הנס על הגבעה והענין כפול כי הנס יפרשו על־התרן, *Sicut Malus in cacumine montis) qui procul apparet solitarius. & sic, Sicuti* נס *super collem (est enim sententiæ iteratio) quippe vexillum expandunt super Malum.* quæ postrema verba ita accipi possunt, acsi diceret נס, quod propriè *vexillum* significat, *metonymicè* de ipso *Malo* vexillum sustinente intelligi. Quòd si alia ejus mens fuit, & נס in vulgatiore *vexilli* intellectu accipiens (id quod illa verba quoque admittunt) figuram iteratæ sententiæ in eo collocavit, non quòd נס idem denotet quod תרן, sed quòd *synecdochicè* idem ex eo intelligatur, & nominato vexillo etiam Malus id sustinens tacitè intelligatur; minus bene dixit, neque possum ipsi assentiri. Quod enim נס hic non de signo in Malum attolli solito, sed de ipso Malo, æquè ac תרן, intelligendum sit, hinc colligere licet, quia nimirum ejusmodi signum raro, (nec nisi necessitate ac peculiari occasione id postulante (ad significandam hostium impressionem, indicendam coitionem, aliosque fines) modò memoratos) proponebatur. Ast instituta hic à Propheta similitudo poscit mentionem rei permanentis, semperque in oculos incurrentis. Ut enim insignem eorum, qui cladi superstites futuri, paucitatem demonstret, ait eos vix plures numero futuros, quàm malos ejusmodi speculares, qui in universa regione oppidò pauci; quum & singulares ac solitarii, & magnis invicem intervallis discreti soleant collocari: quomodo alibi consimiliter residuorum exiguum numerum paucis arboribus de ingenti saltu relictis comparat, cap.10.ver.19. ושאר עץ יערו מספר יהיו ונער יכתבם, *residuaque arbores sylvæ ejus tam pauca erunt, ut vel puer eas conscribere possit.* sicuti contra, florentibus rebus numerosus populus, saltui comparatur, Esa.37.24. Jerem.21.14. & 46.23. Ezech.20.46. Zach.11.2. imò saltui condenso, סבכי יער, Esa.9.18. & 10.34. Quibus ritè consideratis, satis evidens est, minimè opportunum aut præsenti sermoni accommodatum esse, ut per נס intelligatur *vexillum*, aut signum aliud quodcunque in sublime attolli solitum, sed omnino accipiendum esse de Malo, è cujus vertice signum ostentatur: ac proinde duobus hisce vocabulis, נס & תרן unam eandemque rem designari.

7. Nostram istarum vocum expositionem subindicat & Mariana, qui ad Hieronymi, *quasi malus navis*, scribit, *Quem erigunt super montis culmen, & in eo vexillum, ad quod seu navigantes seu milites confugiunt:* & ad, *& quasi signum*, porro adnotat, *Repetitio est & explicatio*

ejus

ejus quod dixerat. Eandem attingit quoque Forerius, sed quantum ad priorem vocem תרן duntaxat. quippe postquam *Malum* explicaverat de *arbore ramis privata*, subjungit: *Sed quia in nonnullis regionibus etiam hodie in montibus designuntur, è quorum summitate prospiciunt* [mallem dixisset *significant*] *speculatores hostium adventum, præsertim in regionibus maritimis: quia etiam de signo mox infert similitudinem: forte ad hunc morem alludit, ut non sit sermo de arbore, sed de malo.* è quibus verbis sicuti apparet, eum sic satis vidisse verum vocis תרן intellectum (cui tamen non satis adhæsit, expositionem istam velut in medio relinquens) ita indidem colligas, eum penitus ignorâsse, quid נס sibi vellet. atque istius vocis ignoratio effecit, ut inde sensum valde à Prophetæ scopo abhorrentem eliceret: *Jam verò & similitudo signi in vertice collis addit ad præcedentem similitudinem, quod Judæi in omnium oculis futuri essent per orbem terrarum tanquam signum divinæ vindictæ, sicuti conspicuum est signum quodpiam super montem.* Ast Propheta nihil aliud sibi voluit hac similitudine, nisi summam residuorum paucitatem indicare, uti supra diximus, & observatum etiam est à Kimchio, Calv. Musc. Osian. Marian. Schindl. itemque ab Hieronymo, qui tamen nonnihil alieni, ex prava vocis נס interpretatione haustum, admiscet, *Pro signo & vestigio unus & alter residebunt*: similiterque Diodatus, ad aliorum potius quàm suam interpretationem respiciens, (quum ipse נס aliter ac melius transtulerit) *in pochissimo numero, si che quel picciol remanente restera sol come per un segnale de' giudicii di Dio, &c.* Et sic Oecol. & Borth. veræ expositioni alia addunt minus proba. Oecol. *Paucitatem salvandorum insinuat——erunt conspicui sancti propter raram & insignem patientiam, & è longinquo videbuntur.* Borrhaus, *Similitudo paucas reliquias residuas mansuras indicat——Sanctorum reliquias, quæ ex calamitatibus evaserint, arbori ex sylva restanti, & in vertice ejus conspicuæ, comparat: quæ non secus patientiâ, fide, & Dei ostentis conspicuæ sint futuræ, atque malus in nave, & arbor in summo montis vertice conspicua est, &c.*

8. Anglica vetus, quum תרן reddiderit **a shipmast**, i.e. *Malum*, נס vertit **a beacon**: sicuti contra Anglica nova, quum נס verterit **an ensigne**, תרן eodem vocabulo **beacon** transtulit: quæ sanè vox hic est appositissima. Etenim **a beacon** non quidem *Malum* simpliciter *significat*, sed (quod magis ad rem facit) malum iis usibus, de quibus §.4. diximus, destinatum, atque locis editis in id erectum, ut ex eo tollantur signa, quibus ejusmodi significationes fiant. & tales Mali in multis Angliæ partibus quamplurimi hodieque conspiciuntur, qui

 bellicis

bellicis significationibus quum olim inservierint; jamdiu, ob altam ac diuturnam pacem, qua istud Regnum fruitur, ac cujus beneficio καπνοὶ ἐκ πεδίων, καὶ φρυκτοὶ φίλιοι καὶ πολέμιοι, οἷον πνεύματ@ ἐκριπισθέντες, φροῦδοι, *fumi ex agris, & faces sociales hostilesque, veluti vento abrepti, evanuerunt* (quibus verbis Romani suo seculo Imperii felicitati gratulatur Aristides in Romæ encomio) ab omni opere cessant. quippe ad cogendos togatos quoque cœtus, contra quam in Oriente, adhibiti nunquam ibi fuerunt. Quum autem Angli eodem nomine appellent etiam Malos ad littus maris locatos, è quibus ostensum noctu lumen nautas ad portum aut stationes dirigat, (præcedentibus sanè per omnia similes, & solo usu differentes) qui & Belgis **Baken** dicuntur: fieri potest ut ad hos potius, quàm ad illos, respexerint isti Interpretes, sicuti planissimè fecit ante ipsos Stephanus: *Ut pauci Mali statuuntur in promontoriis altis, ad quos cursum dirigant nautæ*: sed minus rectè. namque & haud ita noti fuerunt in Judæa, ubi prophetavit Esaias, maritimi isti Mali, utpote mediterranea, & navigationi ac commerciis διαποντίοις parum dedita: & præterea haud æquè, atque alteri isti, ad Prophetæ scopum faciunt. quippe infrequens populus, & exiguus incolarum numerus, multo aptius Malis ejusmodi sive Speculis, hic illic per totam regionem sparsis, & qui magnis in omnem partem intervallis distent, comparantur; quàm iis, qui in extrema duntaxat terræ ora (quod in maritimis speculis fit) dispositi sunt. *Speculas* appellamus ejusmodi Malos, non quia hoc sit peculiare ipsorum nomen, ut Anglicum **beacon**: sed quia certum est, illos quoque interdum affici hoc nomine, quod alioquin ut plurimum sumitur de machinis aut substructionibus ita grandibus, ut ipsis speculatoribus in summo sui spatium ad desidendum satis amplum præbeant, id quod in Malis specularibus aliter se habet, in id tantùm destinatis, ut suspenso vexillo aut accenso igne indicium ex iis fiat, non ut speculatores in ipsorum cacumine excubent. Græci autem, æquè ac Belgæ & Angli, peculiare vocabulum hic habent, ac speculas istas, sive Malos speculares, φρυκτωρεία, & interdum πυρσευτὰς, appellant. itaque, בתרן וכנס Græce, Latine, Anglice rectè vertas, ὡς ἱστὸς, καὶ ὡς φρυκτώριον ἢ πυρσευτὴς, *sicut Malus, & sicut specula*: **like a mast, and like a beacon**: & Belgicè, **gelyck een mast, ende gelyck een baecke.**

9. Syrus, qui נס vertit אתא, (ut diximus) תרן transtulit עררא: quæ vox prisca admodum, atque adeo obsoleta, ne ipsis quidem Syris satis intelligitur: sicuti non ex Ferrerio tantùm apparet, qui diversos non satis inter se convenientes intellectus ipsi attribuit, *Adminiculum*,

lum, fulcimentum, palus, paxillus, clavus ligneus, stipes: sed & ex Gregorio scholiaste, tanto vetustiore scriptore, & qui ante tria secula vixit. Is enim ad Ezech. 27. 5. ubi hæc vox rursus occurrit, in ejus explicatione duas affert notiones plurimum inter se dissonantes, ac dubium relinquit utra eligenda sit. עררא ה̄ סקריא אוכית קיסא דעלוהי מתבניא ספינתא, *ordo*, i.e. *Malus*, *sive lignum, super quo navis ædificatur*. סקריא (quæ vox in Ferrerio nusquam comparet) *Malum* interpretamur, suffragante magno lexico Buxtorfiano, in quo legimus, איסקריא, *Malus navis, hebraicè* תורן, addito loco Talmudis, in quo ita usurpetur. posterioribus autem verbis videtur *carinam* designare: inter quæ duo permultum sanè interest, ut non sit credibile, unum commune nomen iis impositum fuisse. Et sanè minus mirum est, posteriores istos Syros vim hujus vocabuli ignorâsse, quum nec veram ipsius scriptionem satis perspectam habuerint, nec quibus literis ac vocalibus exarari debeat. Namque quum in textu biblico Esa. 30. 17. & in Ferrerio scribatur per *risch* & *dolath*, Gregorius ad Esa. 30. scribit per geminum *risch*, atque ita scribendum esse asserit, איך עררא בתרתין ריש: & tamen ipse quoque altero modo, ac per *risch* & *dolath*, scribit Ezech. 27. ubi in textu biblico ita hæc vox scribitur in nostro codice, ut secunda quidem litera sit *dolath* planissimè, de tertia autem nemo divinare queat, num pro *risch* & pro *dolath* habenda sit, quum & supernè duo *puncta* appicta habeat, & totidem infernè [Syriac]. præterea cum Esa. 30. tam in textu, quàm in Gregorio, quarta vocalis ascribatur secundæ literæ, quod & in Ferrer. fit: Ezech. 27. eadem ascribitur primæ, ibidemque expressè monet Greg. ita faciendum, ac *risch schevandum* esse, עררא בזקף עין ושלי ולד מרכבתא. è quibus satis apparet, nihil certi super hac voce è Syris Grammaticis hauriri posse. Ego persuasum habeo, hoc vocabulo propriè significari *Malum nauticum*, quum videam Syrum Interpretem Ezech. 27. 5. id adhibuisse ad interpretandum תרן, quo ibi denotari *Malum navis*, non potuit ignorare. Jam sicuti *Malus* & תרן dicuntur etiam de aliis trabibus, Mali veliferi instar atque effigiem gerentibus, sive de Malis ad alium quàm nauticum usum adhibitis: ita idem quoque in עררא locum habere puto, tum quia in Ferrerio invenio עררא דקיסא, *trabes, fulturæ trabales*; tum præcipuè ob ea, quæ Gregorius Esa, 30. 17. ex Ephremo adducit, איך עררא ה̄ מרי אפרים בקיסא אריכא ומתקטר בה מאנא ומתקבע ברמתא איך נישא דמן רוחקא מתחזא מפשק לה, *Sicut ororo: D. Ephrem id exponit de ligno procero, cui alligatur vestis* [*velum, vexillum*]

vexillum] *ac defixum in colle instar signi, procul videtur.* Ex istis clarè apparet, & quid de hujus vocis significatu sentiendum sit, & rectè fecisse Syrum Interpretem; qui eam hoc loco ad transferendum חרן adhibuerit.

10. Porro sicuti ejusmodi speculæ, sive Mali speculares, ad tollenda inde signa & faciendas significationes in iis occasionibus; quas modò §.4. breviter attigimus, & in variis primi libri locis latius executi sumus, passim per Judæam aliasque Orientis regiones locis idoneis dispositi erant: ita de alio adhuc ipsorum genere legimus, qui per totam sub Imperio Persico Asiam, reliquamque ditionem, ita ordinati erant, ut justis intervallis specula speculæ responderet, atque ita, quoties occasio ita ferret, signis ab una ad aliam ordine ac perpetuâ serie sublatis, brevissimo temporis spatio ab extremis Imperii finibus ad ipsam usque Regiam significationes ejusmodi pervenirent. De istis speculis loquitur autor libri de Mundo (falsò ascripti Aristoteli) ad hunc modum: Τὴν σύμπασαν Ἀρχὴν τῆς Ἀσίας—διειλήφεισαν ἡμεροδρόμοι τε καὶ σκοποὶ καὶ ἀγγελιαφόροι, καὶ φύλακες, φρυκτωριῶν τε ἐπόπται· τοσοῦτος δ' ἦν ὁ κόσμος, καὶ μάλιστα τῶν φρυκτωριῶν, κατὰ διαδοχὴν πυρσευόντων ἀλλήλοις, ἐκ περάτων τῆς Ἀρχῆς μέχρι Σούσων καὶ Ἐκβατάνων, ὥστε τὸν Βασιλέα γιγνώσκειν αὐθήμερον πάντα τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ καινουργούμενα· *Per totum Asiæ Imperium—dispositi erant—cursores, speculatores, tabellarii, excubitores, ac specularium significationum observatores. Tantus autem ordo erat, præcipuè specularum, quæ inde ab extremis Imperii finibus adusq; Susa & Ecbatana ignes altera alteri tollebant, ut Rex intra unius diei spatium cognosceret quæcunq; in Asia novabantur*: quem locum valde indiligenter atque imperitè vertit Apuleius, æquè ac totum librum; cui se, fœdo ac miserabili plagio, non Interpretem sed Autorem inscripsit, atque multis etiam doctissimis viris, quanquam in re manifestissima, imposuit. Istas autem speculas, atque hunc earum usum, per bella atque eversionem Persicæ Monarchiæ abolitum, revocavit postea Antigonus, quum Asiæ Imperium obtinuisset, uti discimus è Diodoro Siculo, qui lib. 19. narrat, illum πᾶσαν Ἀσίαν, ἧς ἦν κύριος, διαλαβεῖν πυρσοῖς καὶ βιβλιαφόροις, δι' ὧν ἔμελλον ὀξέως ὑπηρετεῖσθαι πάντα, *Per totam Asiam, quæ sub ipsius ditione erat, disposuisse ignes speculares* [i.e. *speculas*: nam πυρσοὺς dixit pro πυρσευτὰς vel φρυκτωροὺς, seu pro φρυκτώρια] *& tabellarios, per quos celeriter omnia administrarentur.* Et Philippum quoque Macedoniæ Regem, in bello contra Romanos, tale quippiam in regno suo instituisse, superioris libri cap. 11. declaratum fuit. quod & successorem ejus Perseum postea usurpâsse, discimus ex isto Polybii apud Suidam fragmento,

fragmento, Περσεὺς ὁ Μακεδὼν κατὰ πᾶσαν τὴν Μακεδονίαν καλασκοπιαζόμενος πυρσείας, διὰ τούτων ὀξέως ἐμάνθανε τὰ πανταχοῦ γιγνόμενα, *Perseus Macedo per universam Macedoniam malos speculares instituens, illarum ope velociter edocebatur quicquid rerum ubiq; gerebatur.* Sed & in America, in Imperio Ingarum (omnium quæ unquam fuerunt inter universas Mundi gentes, præter solum Dei populum, optimè ordinato atque descripto) hunc ejusmodi specularum fuisse usum, discimus ex lib. 6. cap. 7. exactissimi operis Garcilassæ de la Vega, quod *Historia general del Peru* inscripsit, ubi cum tota hæc res mirâ diligentiâ & perspicuitate (uti reliqua in isto opere omnia) delineetur, placet totum locum, quanquam prolixiorem, ipsis autoris verbis huc transcribere: *Tenian otra manera de dar aviso por estos correos, y era à haziendo humadas de dia de uno en otro, y llamaradas de noche. para loqual teniam siempre los chasques apercebido el fuego y los bachos, y velavan perpetuamente de noche y de dia por su rueda, para estar apercebidos para qualquire suceso que se ofreciesse. esta manera de aviso por los fuegos era solamente, quando avia alcun levantamiento y rebellion de reyno o provincia grande, y haziase paraque el Inca lo supiesse dentro de dos o tres horas quando mucho (aunque fuesse de 500. or 600. legas de la Corte) y mandasse apercebir lo necessario para quando llegasse la nueva cierta de qual provincia o reyno era el levantamiento:* id est, *Habebant alium modum dandi significationes per istos cursores, idque faciendo ordine fumum interdiu, ac flammas noctu: quamobrem homines isti in id destinati paratum semper tenebant focum facesque, ac jugiter vigilabant vicibus, noctu & interdiu, ut in omnem eventum starent parati. hac per ignes significatione utebantur duntaxat, quando regnum aut provincia magna defecerat aut rebellaverat, ac usurpabatur ut Imperator certior de eo redderetur intra duas aut tres horas ad summum (et si locus distaret 500. aut 600. leucas ab Aula) juberetque necessaria parari interim, dum certum nuntium perfertur, quænam provincia aut regnum defecisset.* Hi specularum custodes, *Chanques* ab indigenis dicti, seni octonive per singulos leucæ quadrantes dispositi erant in tuguriis, non hoc tantùm officio, sed & cursorum vice fungentes, & literas mandatave à sua quisque statione ad proximam portantes, quo pacto omnia incredibili celeritate è provinciis ad Imperatorem, ac ab ipso in provincias, perferebantur; sicuti idem Autor fusè docet. Hujus fortasse generis fuerint turres illæ, quas Livius scribit (lib. 22. cap. 19.) Hispaniam multas habere in locis altis (Plinius ait, speculas Hannibalis suo tempore appellatas fuisse, lib. 35. cap. 14.) quæ tamen potuerunt ad alterum quoque specularum genus pertinere: ab utrisque

verò

verò in hoc differunt, quod iis incolæ (ut Livius ait) non modò pro ſpeculis, ſed & propugnaculis adverſus latrones uſi fuerunt : cujuſmodi ſpecularia præſidia (ut ita vocem) Hibernia plurimis in locis, à Danis olim excitata, ac propterea hodieque *Danica munimenta* dicta, in ſummis editiorum collium jugis oſtentat.

11. Ad prius illud ſpecularum genus, atque ad ſignificationes earum miniſterio fieri conſuetas, Scripturam reſpicere in pleriſque illorum locorum, in quibus ſigni attollendi *metaphoricè* aut *mimeticè* commeminit, clarum eſt ex iis, quæ nos in primo libro ſparſim de iſtis locis diſſeruimus. Nonnunquam verò tectius ad eaſdem ſpeculas alluditur, ut Eſa.40.ver.9. על הר גבה עלי לך מבשרת ציון הרימי בכח קולך מבשרת ירושלם——אמרי לערי יהודה הנה אלהיכם, ubi quare montium facta ſit mentio, alii alia excogitant. ſed revera reſpicit Propheta ad eos, qui cum inſigni aliquo nuntio miſſi, quem invulgari, atque toti populo repentè innoteſcere, Reip. intererat; paſſim, qua tranſeundum ipſis, adiebant φρυκτωρειῶν ἐπιστάτας, *præfectos ſpecularum*, נצרים Jerem.31.6. & צפים Eſa.52.8. dictos, (ac proinde editos montes aſcendebant, quandoquidem in ſummis jugis ſpeculæ poſitæ erant) qui ſublato è ſpeculis ſigno quum populum undique ex vicinia convocâſſent, nuntii in cœtu ita coacto mandata ſua exponebant. Itaque *aſcende montem, & eleva vocem tuam*, in idem redit, ac ſi planius dixiſſet, Invulga hoc, quod in mandatis accepiſti, ac paſſim in publicis cœtibus illud declara : totam regionem hoc nuntio imple, atque ubique notum fac, Deum adventare : Obſervandum autem hic eſt, מבשרת non cohærere cum ציון & ירושלם per *appoſitionem*, ſicuti exiſtimavit Kimchi, ita ad hunc locum ſcribens : לפי שירושלם היא עקר ארץ ישראל וכן ציון לו שתיהן עיר אחת. לפיכך שם אתם בדברי הנבואה כאלו הן מבשרות שאר הערים ופירוש מבשרת ציון את ציון המבשרת וכן מבשרת ירושלם, *Quia Jeruſalem eſt caput terræ Iſraelis, itidemque Sion (ambæ enim ſunt urbs una) propterea eas in ſermone prophetico ponit, ac ſi ipſæ cæterarum urbium Evangeliſatrices eſſent. itaque, Evangeliſatrix Sion, idem valet ac, tu Sion quæ es Evangeliſatrix, ſimiliterque Evangeliſatrix Jeruſalem* : quæ expoſitio etiam placuit Syro (vertit enim צהיון מבסרתא & אורשלם מבסרתא) Munſt. Zuing. Muſc. Tigur. Oecol. Calv. Oleaſt. Marin. Marian. & Vernaculis omnibus, ſolo Valera excepto. Sed manifeſtè errant iſti omnes, quum מבשרת regat ציון & ירושלם in genitivo, ut viderunt etiam Hieron. Chald. & Raſchi, *Tu quæ evangelizas Sion* : נביא די מבברין לציון : ac de Recentioribus

Pagn.

Pagn.Castal. (*ô nuncia Sionis*) Tremell.ac Piscat. (*ô quæ evangelizas Sioni*) & Valera. Notandum est præterea, nomen מבשרת, quanquam formæ *fœmininæ*, posse tamen *masculinè* intelligi, tum hic, (ubi tamen à nemine id animadversum, præterquam à solis Græcis ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών. & à Pisc. qui in scholiis scribit, *videri subaudiendum* נפש,*ita ut anima evangelizans idem sit quod Evangelista seu præco Evangelii, quomodo* Eccl.1. קהלת *significat ecclesiasten*) tum Psal.68.12.אמר המבשרות, ubi duntaxat Græci ac Symm. εὐαγγελιζομένοις, & Luth. ac Osian. *Evangelistas* verterunt : etiam Ainswortho in scholiis similia hic scribente, ac Esa.40. à Piscatore scribuntur.

12. Consimilem allusionem ad istas speculas ac speculares significationes, cœtusque iis cogi solitos, continet etiam hic ex eodem Propheta locus,cap.52.ver.7.מה־נאוו על־ההרים רגלי מבשר משמע שלום (quæ periocha totidem ferè verbis habetur etiam apud Prophetam Nahum, cap.1.ver.15.aliis cap.2.ver.1.) in cujus loci expositione quum reliqui omnes ὡς ὥρα [illegible] dicant, soli Musc. ac Forer. veram expositionem attigerunt, sed Forer. minus accuratè, & ita ut alteram quoque minus probam apponat, *Montium meminit, quod de Sione sermonem instituit, quæ & in montibus sita, & in vicinis montibus speculas & speculatores habere consueverat, qui quæ viderent, celeri cursu nuntiarent per montana currentes.* Musculus autem, quum ista minus proba præmisisset, *Quod dicit, Super montes, referendum esse puto ad situm civitatis Sion, quem constat esse montanum* ; subjungit, *Sunt qui sentiant, voluisse Prophetam hac particulà significare, Evangelium illud liberationis pluribus, imò communiter omnibus, palam & summo studio fore annuntiandum, quod quæ pluribus annunciari debent, locis editioribus invulgentur. simile est illud supra cap.40. vers.19. In montem excelsum ascende, &c.* & videtur etiam Kimchi digitum eodem intendisse, והענין דרך משל כי ידוע הדבר בעולם כלו כאלו אנשים על ההרים משמיעים קול הישועה, *significatur metaphoricè, rem toto mundo notam fore, ac si homines super montes publicarent nuntium salutis. Pedes* (de quo vocabulo multi multa ineptè hic argutantur) significant *adventum :* & totius loci sensus est, Gratissimum esse eorum adventum, qui salutarem hunc nuntium adferunt, ac passim divulgant non secus, quàm ii facere solent, qui in montium jugis sublato ex speculis signo concionem advocant, in qua res sibi in mandatis datas publicent atque invulgent. Hujus generis sunt etiam isti loci : Esa.42.11.מראש הרי' יצוחו : Jerem.3.21.קול על שפיים נשמע. בכי תחנוני בני ישראל. Jer.7.29.ושאי על שפים קינה.

& cap.

& cap.22. ver. 20. עלי הלבנון וצעקי ובבשן תני קולך וצעקי מעברים, quibus in locis fletus ac clamor in excelsorum montium jugis editus, significat fletum clamoremve coram toto mundo editum, ac publicum haud aliter, quàm quæ fiunt dicunturve in magnis hominum cœtibus per signum è speculis sublatum in montium juga convocatis. In postremo istorum trium locorum vocabulum מעברים non intellexerunt plerique Interpretes. Græci verterunt, *εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης*, similiterque Syrus מן עברי ימא, acsi in Hebraico scriptum esset מעבר ים: Hieronymus, *ad transeuntes*, quam interpretationem etiam Osian. retinuit, quum tamen pugnet non modò cum *vocalibus* istius vocis, sed & cum *consonantibus*, siquidem *mem* non potest *ad* denotare. Pagn. vertit *Undique*, cui Arias substituit *è transitibus*: Calv. Ste. Marian. Schindl. *è lateribus*, quod in scholiis explicant, *ex omni latere, undique, huc atque illuc*: Munst. *à regionibus*, i.e. *ab una plaga ad aliam*: Zuing. *de omnibus limitibus*: Oecol. *quoquoversum*: Castal. *per regiones*: Symm. *ἀντιπέραν*. Targum, על מגיזת': Tremell. Piscat. Buxtorf. *trans vada*: Tigur. *transfluvianos*: Gall. utraque, *par les passages*: Angl. utraque, **by the passages**: Val. *azia todas partes*: Ital. *da tutte le parti*: Diod. *a quelli che sono di là, overo, da tutti i lati*: Belg. **van de veyzen**. Ast עברים hic proprium est certi montis nomen, æquè ac בשן & לבנון: quod omnes istos viros latuisse, profectò valde mirum est. Vidit autem id Lutherus, **und schrey van Abarim**, ac Marinus, *Vocifera ab Abarim*: ejusque expositionis etiam Belgæ in notis, ac Mercer. in Dictionario Pagnini, mentionem faciunt. Mons autem ille Mosi in libro Num. ac Deuter. aliquoties nominatur.

13. Duos locos, in quibus נס pro *Malo* sumitur, hactenus pertractavimus, non quidem pro *Malo velifero*, sed aliis usibus adhibito. Valde tamen probabile est, nauticos etiam *Malos* sub hanc appellationem venire (etsi nullus in Scriptura locus extet, ubi נס ita sumatur) quum *nautici Mali*, ac *non nautici*, iidem sint, neque aliter differant, quàm solo usu: ut mirum non sit, si unum utriusque vocabulum indatur: quare etiam תרן (ut Latinis *Malus*, & Syris עדרא) quod propriè de arbore illa navigatoria dicitur, ad alias quoque trabes eandem formam sortitas, tametsi diverso usui adhibeantur, transfertur, uti ex loco illo jam à nobis enarrato constat.

CAPUT

CAPUT VI.

Esaiæ 31. 9. *Hieron. pro* מנם *pravè legit* מנוס. *etiam Græci in eadem voce, uti & in sequente* שריו, *graviter erraverunt. Syrus, Chaldæus, ac Nazaræi, veræ lectioni suffragantur.* 2. *Verbum* וחתו *quomodo exponendum sit, atque ab aliis exponatur, in eodem Esaiæ loco.* 3. *Varii sensus istius commatis,* וחתו מנם, *à variis allati.* 4. *Nostrum de istius loci sententia judicium : &* ellipsin *hic esse* particulæ similitudinis, *uti & in verbis paulò ante præcedentibus,* ונס לו מפני חרב, *ubi Græc. & Hieron.* לו *in* לא *pravè mutaverunt. Observatio quædam circa geminationem sententiarum.* 5. שרים *non* principes *hic significat, sed* duces præfectosque militares : *& quare eorum meminerit Propheta. Pericopes istius,* וחתו מנם שריו *genuina interpretatio atque paraphrasis sub unum aspectum datur.* 6. נס *propriè significare non* vexillum, *sed* signum ; *& præter* vexilla, *ad alia etiam Insignia, multum à vexillis distantia, pertinere.* 7. *Dubitari posse, an* נס, *ubi de* signi elatione *agitur, æquè latè pateat, ac* σημεῖον *&* signum, *quæ duo in isto casu ad multas res, plurimum inter se differentes, extendantur ; putà ad Pileum, Galeam, Clypeum, Lintea, Vexilla, Ignes. testimonia de Pileo, & Galea :* 8. *De Clypeo :* 9. *De Linteis :* 10. *De Vexillis.* 11. *Inter signa è sublimi ostendi solita, omnium frequentissimum fuisse Ignium usum ; qui multis valde differentibus occasionibus adhiberi consueverint : putà in castris movendis : in exploranda excubitorum vigilantia : & in indicanda rei gerendæ opportunitate : quod posterius genus in quatuor capita diducitur.* 12. *Ignes ab obsessis editi, ad significandum sociis tempus invadendi aut perrumpendi hostis : & à delectis, ad occupandum locum aliquem immissis.* 13. *Lumina ostensa ab exploratoribus aut proditoribus, ad declarandam* ἐπιθέσεως *opportunitatem.* 14. *Quartum istorum Ignium genus, ad excitandos eos qui in insidiis subsidiisve collocati, aut ad aliud quid agendum immissi.* 15. *Ignes è pharis seu turribus littoralibus editi, ad dirigendum navium cursum.* 16. *Videri* נס *æquè latè patere, ac Græcum* σημεῖον *& Latinum* signum, *ubi agitur de rebus in sublime efferri solitis ad significationes faciendas. Multis diversisque modis phrasin* נשא נס *seu* הרים נס *exprimi à Græcis Latinisque.*

VOcabulum נס in iis locis, ubi cum verbis נשא aut הרים jungitur, aut de insignibus militaribus accipitur, Interpretes Latini

 nonnulli

nonnulli promiscuè *Vexillum* aut *Signum* interpretantur, ac modò unam, modò alteram istarum dictionum in eo transferendo usurpant. Alii verò constanter alterutrum istorum adhibent, & vel *Vexillum* ubique vertunt, ut Arias, Piscator, aliique: vel *Signum*, ut Munster. Oecol. Forer. ipseque Hieronymus, qui isto interpretamento etiam utitur in iis locis, ubi nequaquam congruit, ac res diversissimæ, quas *signi* appellatione nemo latinè loquens affecerit, per נס denotantur: cui vitio etiam alii complures Interpretes obnoxii sunt, ut נס *signum* aut *vexillum* etiam illic transferant, ubi longè aliter transferendum fuerat: sicuti istud in variis hujus ac præcedentis libri Capitibus prolixius fuit pertractatum. Sanè Hieronymus nusquam aliter נס transtulit, quàm *signum*, nisi in tribus locis, Exod. 17.15. ubi id *Exaltatio*, Num. 26.10. ubi *Miraculum*, & Ezech. 27.5. ubi id *Malus* reddidit. Quod autem Jerem. 4.21. vertit *Fugientes*, id factum ex prava *punctatione*, & quia *vocalem* alienam adhibens, נס in נס mutavit: in qualem errorem incurrit etiam Esa. 31.9. וחתו מנס שריו, quæ verba ipse ita vertit, acsi pro מנס scriptum esset מנוס, *pavebunt fugientes principes ejus*: similiterque ferè, sed pejus, ibi impegerunt etiam Græci, errorem istum alio adhuc graviore cumulantes in voce שריו, quam admodum monstrosè perverterunt: *καὶ ἡττηθήσονται· ὁ δὲ φεύγων ἁλώσεται, Et vincentur; qui autem fugerit capietur.* contra quas corruptelas pro vera hujus loci lectione testimonium perhibent Syrus atque Chaldæus, ונתחברון מן קדם אתא דורבנ̈, *& profligabuntur de coram signo magnates ejus*: ויתברון מן קדם נסא רברבוהי, quæ interpretatio idem Latinè sonat, ac illa Syri, utpote iisdem pene verbis concepta. variabit autem aliquantulum, si נסא intelligas non de *signo militari*, sed de *signo miraculoso*, seu *miraculo*, quomodo id intellexisse videtur Jarchi; qui in expositionibus suis Targum ob oculos habere solitus, מנס exponit מפני הניסים שיראו שהק"בה עושה לישראל, *ob miracula quæ videbunt Deum facere pro Israele.* sed nihil prohibet, quominus נסא, æquè ac Syri אתא accipiatur de *signo militari* seu *vexillo*, quum etiam Esa. 49.22. istâ voce Chaldæus reddiderit Hebræum נס: quo in loco miraculi significatio nequaquam locum habet, utque omnino altero isto modo נסא est accipiendum. Porro etiam alii Veteres Interpretes מנס שריו eodem modo legerunt, ac à nobis legitur, uti apparet ex allegorica Nazireorum expositione, ab Hieronymo in commentariis allegata, quæ ita se habet, *Philosophi quoque & omne dogma perversum ad crucis signum terga convertent.* quare nollem Hieronymum contra veram *punctationem* secutus

secutus esset Musculus, transferendo, *Et pavebunt à fuga.*

2. Notandum autem est, ad ampliorem istius loci intellectum, verbum חתת, quod interdum significat ἡττᾶσθαι, ἐλαττοῦσθαι, *superari, profligari, cladem accipere*; interdum verò *expavescere, consternari, percelli, perculsum esse*; hic sumendum in posteriore significatu, sicuti contra Tremell. & Oleast. vertentes, *conterentur præ signo, frangentur à vexillo*, consentiunt major pars Interpretum, de quibus Pagn. Calv. Tigur. Marian. transferunt, *pavebunt à signo, à vexillo*: Castal. *expavescentibus vexillum proceribus ejus*: Munst. *terrebuntur à signo*; Forer. & Piscat. *consternabuntur à signo, vexillo*: similiterque de Vernaculis, Val. *tendrán pavor de la vandera*: Ital. *haveranno pavra de la bandiera*: Diod. *saranno spaventati de la bandiera*: Ang. utraque, **shall be afraid of the standard**: Belg. **sullen voor de baniere verschricken**: quæ interpretationes Tremellianæ quidem ac Oleastrinæ sunt præferendæ, quatenus convenientiorem istius verbi significatum eligerunt; sed & ipsæ tamen haud satis sunt exactæ. namque & de Latinis pleræque parum sunt Latinæ, phrasesque illæ, *pavere* aut *consternari à re aliqua*, sunt admodum invenustæ ac barbaræ: & omnes pariter, tam Latinæ quàm Vernaculæ, in eo peccant, quod חת unico verbo putaverunt exprimi posse, quum duobus in id opus sit. Etenim חתו hic est *verbum prægnans*, atque alterius verbi vim in sinu suo inclusam gerit, & *perculsi seu consternati sunt* concisè dictum est pro *perculsi seu consternati fugerunt*. de qua figura alibi egimus, multaque ipsius exempla adduximus. Nobiscum eam hic perspexit solus ex omnibus Osiander, qui Hebræâ sic reddidit, *Consternati fugient à signo militari principes ejus.* Ast Lutherus, Oecol. & Gall. vet. quum nihilo magis quàm alteri isti figuram illam hic animadverterent, è sensu autem viderent aptam hic fugæ mentionem, contrario errato verbum subintellectum duntaxat expresserunt, ipso principali omisso: **werden fur dem panir die flucht geben**: *fugient sicut a signo*: *fuiront devant la baniere* [*des ennemis.*]

3. Zuinglius & Genevenses נס intelligunt de signo ipsorum Assyriorum. Zuing. *Principes ejus signa prodent. ad verbum, horrebunt à signis*, i.e. *aberunt.* Genev. *seront effrayez à cause de la banniere* [*jettee par terre*] i.e. *perculsi erunt ob vexillum* [*humi projectum*] Reliqui autem omnes concordant, quod נס hic accipiendum sit de signo hostili: id quod tamen alii aliter explicant. Piscator exponit de *signo prælii.* Oleastri verò opinio est, *Deum aut Angelum vexillum aliquod ostendisse terribile, quo exercitus Assyriorum fractus timore est*: & fortassis

eadem

eadem mens fuit Tremellii, *Præ signo*, i.e. *metu signi aut vexilli, quod contra eos Deus erexerit* : ac Forerii, *à signo*, i.e. *à signis quæ videbant super castris in cœlo, in aere.* Ast Oecol. subaudiendam putat *similitudinis particulam*, uti liquet ex interpretatione ejus modò allegata, & magis etiam ex hac ipsius annotatione : *Attoniti & perterriti ad tutissimas munitiones & petras confugient tantâ trepidatione, quantâ si eos insequerentur hostium agmina conspicuis signis.* ita etiam Mariana, *Principes ejus pavebunt à vexillo) sicut à vexillo.* i.e. *ut solent homines pavere viso hostilis exercitus vexillo* : necnon Stephanus, *Pavebunt à vexillo*, i.e. *fugient in Assyriam, quasi conspecto vexillo* : itidemque Diodatus, *Saranno spaventati, &c. essendo perseguitati da Dio como da un campo à bandiere spiegate.* etiam Belgæ, cum illa Piscatoris expositione, **Voor de baniere) voor het teecken des strydes, twelke hen den Engel geven sal**, hanc quoque proponunt, **voor den Engel des heeren, die se als met een op geworpen baniere vervolgen sal.** & præivit istis Kimchius, ita hunc locum enarrans : מנס׳ כמו מנס· שיפחד אדם ויחת כמו שיראה נס החילות כן יחתו שריו השרידי׳ מהמגפה אשר יראו: *à signo*, i.e. *sicut à signo* [*sicuti*] *pavent homines ac consternantur, ubi conspexerint signa copiarum, ita consternabuntur duces ejus superstites ad conspectum cladis quam videbunt.*

4. Ego postremam hanc expositionem cæteris præferendam puto, quum & sensum efficiat aptiorem, & in præcedenti versu planè similis locutio occurrat, ונס לו מפני חרב, ubi eadem est *ellipsis*, quanquam à nemine observata, præterquam ab eodem Kimchio, פירוש ונס לו מלך אשור במפני חרב כאלו שולפי חרב ירדפו אחריו, *Id est, fugit Rex Assyriæ tanquam metu gladii, acsi homines strictis gladiis ipsum persequerentur*, & à Chaldæo paraphraste, ויערוק ליה כמן קדם דקטלין בחרבא, *& fugiet acsi instarent homines trucidantes gladio.* Græci autem & Hieron. non animadversâ istâ ellipsi quum vererentur (quod tamen Recentiores in eadem ἀβλεψίᾳ veriti non sunt) ne verba hæc contradicerent istis proximè præcedentibus, *Cadet gladio non viri, &c.* לו, quod expletivè hic positum (unde & Syrus id prorsus omisit, ונערוק מן קדם חרבא) in לא transformaverunt, ϗ φεύξεται) οὐκ ἀπὸ προσώπου μαχαίρας, *& fugiet non à facie gladii* : quem errorem sinceræ lectioni præferre visum etiam Castal. *Fugæ se mandabit non ob gladium* : sicuti contra Oecol. contra omnium codicum fidem, & unanimem omnium Interpretum consensum, נס in נס mutavit, *Et signum ei à facie gladii.* Sunt autem ista duo membra, ונס לו מפני חרב ac ויחתו מנס שריו, ἀντίστοιχα, ac sub verbis aliquantulum

diversis

diversis eundem ferè sensum continentia: quod & alibi plus semel licet observare, & iterari sententiam aliquam post aliorum interjectum (sicuti hic interveniunt ista, ובחוריו למס יהיו: וסלעו ממגור יעבור) & iterationem istam fieri vocabulis non prorsus idem significantibus, sed eodem tamen redeuntibus.

5. Porro omitti non debet, quod שרים non tam *Principes* hic significet, quomodo cum Hieron. transtulerunt Novitii Interpretes universi, tam Vernaculi quàm Latini (solis Genev. exceptis) aut *Proceres*, uti Castal. vertit, quàm Duces præfectosque militares, nimirum שרי עשרות שרי חמשים שרי מאות ·שרי אלפים, aliisque ejusdem generis, qui sicuti & alibi שרים simpliciter, ita interdum plenius שרי צבאות (Deut. 20.9.) & שרי מלחמות (2 Paral. 32.6.) dicuntur. Bene igitur Genev. verterunt, *ses capitaines:* quod vocabulum sicuti non æquè latè patet, ac שרים in hoc sensu, ita proximè eò accedit, neque aliud aptius aut plenius lingua ista suppeditat. Quod autem dicit, *Duces perculsos in fugam se proripuisse*, id eo spectat, ut effusissimam ac summè trepidam universi exercitus fugam significaret. namque cœptam à militibus fugam non raro Duces restituerunt. ast si ipsi Duces, hostibus impressionem facientibus, atque signa inferentibus, pedem referant, ac terga pavidi vertant, fieri vix potest quin omnis exercitus ipsorum exemplum sequatur, animisque penitus abjectis dissipetur statim, atque fugâ sibi de salute prospicere studeat. atque hoc observavit etiam Calv. in comment. ubi & *Duces* ritè appellat, quos in textu cum cæteris *Principes* dixerat: *Addit, Duces ejus, quorum munus est reliquos animare, adeo fore trepidos, ut manum conferre aut conflictum expectare non audeant, refugiant vexillum.* Notetur etiam נס *collectivè* positum esse, ac *pluralis* vim habere: quod soli videntur animadvertisse Oecol. & Diod. ita tamen ut ipsi quoque non in textu, sed in commentariis seu annotationibus duntaxat id expresserint: necnon Zuinglius, qui alioquin ipsum loci sensum haudquaquam intellexit. Itaque pericope ista, וחתו מנס שריו, sic latinè sonat: *Duces ejus fugient consternati veluti signis infestis:* id est, Duces totusque simul exercitus effusè ac summa cum consternatione fugient, haud aliter quàm si hostiles copiæ, animis & numero longè superiores, signa infesta ipsis inferrent, ac summâ vi in ipsos undique impressionem facerent.

6. Jam ut ad id redeamus, quod initio capitis dicere occepimus; ego illos Interpretes reliquis prætulerim, qui נס in istis locis, de quibus ibi dictum, neque *vexillum* semper, *neque signum* transferunt, sed

interdum

interdum hoc, interdum illo pacto: dummodo id non temerè fiat, sed cum delectu, & *vexillum* quidem transferatur, quoties periculum est ne πολυσημία vocis *signum* ambiguitatem faciat atque obscuritatem: alibi verò semper *signum*. Propriè enim נס non *vexillum* significat, sed *signum*, cujus una duntaxat species est *vexillum*. & sicuti ad *vexilla*, quæ peculiari vocabulo דגל dicuntur, hanc τῦ נס appellationem pertinere, ex eo colligere est, quòd ipsa quoque *navium vela* ejus ambitu continentur: ita ex iis locis, ubi pro *tereti trabe* seu *Malo* sumitur, probabili conjecturâ tantundem quoque efficere licet pro aliis generibus signorum, ac pro contis & hastilibus, absque ullo appenso vexillo signi militaris vicem præbentibus, sive nudis, (cujusmodi ψιλὰ δόρατα Romanis Metatoribus loco σημαιῶν in usu fuisse, in aliquibus castrorum partibus designandis, scribit Polybius libro sexto) sive alicujus animalis effigiem, aliudve quid in summo habentibus: cujusmodi Signa nunc quidem ubique ferè exoleverunt: olim autem multa ejusmodi apud varias gentes fuerunt usurpata. Talia fuerunt Aquilæ, non in Romanis modò Legionibus, sed & in regia Persarum cohorte; & quas ante Marii tempora unà cum Aquilis in usu fuisse, atque legionibus præferri solitas memorat Plinius (libri decimi capite quarto) Lupi, Tauri, Equi, Apri effigies: Schytici quoque ac Persici Dracones, à Romanis quoque inferioris ævi in signorum censum asciti: vetusti item Manipuli, sive fasces fœni summis hastis præligati, quos sub Urbis initia pro Vexillis usurpatos tradit in Fastis Ovidius: de quibus omnibus prolixè tractat Lipsius De Milit.Rom.lib.4.cap.5. sicuti & alia quamplurima ejusmodi militaria insignia, diversis gentibus usitata, memorat Alexander libri quarti Genial.Dierum, cap.secundo. Ista, inquam, omnia puto sub hebraico נס, æquè ac sub Græco σημεῖον, & sub Latino *signum*, comprehendi; ideoque *vexillum* nequaquam esse proprium τῦ נס interpretamentum, quippe quod ad ista nequaquam extendi potest. Quia tamen *vexillum* in *signo* atque in נס, tanquam *species* in *genere*, continetur; & sæpe ita fert occasio, ut Interpreti liceat *specificum* vocabulum *generico* permutare, & contra: ideo non incommodè נס interdum *vexillum* quoque interpreteris, præsertim in casu supra memorato, obscuritatis nimirum, & quando sub altera interpretatione sensus orationis futurus est ambiguus: quo casu non solùm excusabiles sunt, sed & commendationem merentur, qui נס *vexillum* interpretantur.

7. Sicuti autem נס, ubi de bellicis insignibus sermo est, videtur

non

non angustioris esse significatus, quàm σημεῖον aut *signum*, ita dubitari potest, an ad omnia, ad quæ σημεῖον & *signum*, extendatur, ubi de efferendo seu extollendo signo agitur: in quo casu duo ista admodum latè patent, ac complures res multum invicem differentes sub se comprehendunt; quarum brevem enumerationem hic subjicimus. Omisso autem & manus elatæ signo (cujus exemplum præbet Polyæ. lib. 4. cap. 2. §. 12. Ἐπεὶ ὁ Φίλιππος ἀνέτεινε τὴν δεξιὰν ὡς δημηγορήσων, τοῦτ' ἦν ἄρα σημεῖον τοῖς στρατιώταις τοῦ δῆσαι πάντας τοὺς παρόντας, *Quum Philippus dextram sustulisset veluti concionaturus, id signum erat militibus ut vincirent cunctos qui aderant*) & vestis quam quis indutui gerit (de quo Ammian. lib. 18. *Porrecto extensius brachio, & summitatibus sagi contortis elatius, adesse hostes signo solito demonstrabam*: & libro 26. *Visus est Firmus, celsiori equo insidens, sago puniceo porrectius panso, milites clamoribus magnis hortari, ut dederent Theodosium*; quibus addi possunt, quæ de consimili Scipionis Nasicæ facto in nece Tiberii Gracchi narrat Appianus 2. Civil.) quinque aut sex diversa ejusmodi signorum genera mihi nunc succurrunt; quorum alia quidem perpetua erant, aut in frequenti usu, quæ-que in certis occasionibus aut semper, aut ut plurimum usurpabantur; alia verò ex condicto tantùm, atque in rem præsentem electa aut excogitata. Sunt autem, I. Pileus: II. Galea : III. Clypeus : IV. Lintea : V. Vexilla : VI. Ignes. De *pileo* exemplum habemus apud Polyænum lib. 2. cap. 14. Οἱ Ἔφοροι πυθόμενοι τοῖς Παρθενίοις σημεῖον συγκείμενον, ὅταν μέλλωσιν ἄρχεσθαι τῆς ἐπαναστάσεως, ἐκ μέσης τῆς ἀγορᾶς πῖλον ἀναχεῖν, προσέταξαν τῷ κήρυκι ἀναγορεῦσαι, Οἱ τὸν πῖλον αἴρειν μέλλοντες ἄπιτε· *Ephori quum intellexissent Parthenios inter se constituisse, quum novandarum rerum tempus viderent, medio foro pileum pro signo tollere, per præconem pronuntiari jusserunt, Abite vos qui pileum sublaturi eratis*. De *Galea* legimus apud eundem autorem, li. 2. Γοργίας φυγὴν προσποιούμενος, ὀπίσω πόδα ἀνεχώρει· τῶν δὲ πολεμίων ἐγκειμένων, ὑπήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὴν εὐρυχωρίαν· ἔνθα δὴ Γοργίας κράνος ἐπὶ δόρατος ἀνατείνας, σημεῖον ἔδωκεν ἀναστροφῆς, *Gorgias fugam simulans, pedem referebat. quumque instarent hostes, protraxit eos in locos patentes. atque ibi galeam hasta in altum tollens, signum suis dedit in hostem rursus vadendi.*

8. Clypeus æreus interdum à Græcis adhibebatur in præliis navalibus, ad indicendum ἐπίπλουν atque certaminis initium. Exemplum ejus rei extat apud Diod. li. 20. hisce verbis: Δημήτριος ἤδη τῶν ἐναντίων ἀπέχων ὡσεὶ τρεῖς σταδίους, ἦρε τὸ συγκείμενον πρὸς μάχην σύσσημον, ἀσπίδα κατακεχρυσωμένην, φανερὰν πᾶσιν ἐκ διαδοχῆς· τὸ δὲ παραπλήσιον καὶ τοῦ Πτολεμαίου ποιήσαντος, ταχὺ τὸ διάστημα συνῃρέθη· ὡς δ' αἱ σάλπιγγες τὸ πολεμικὸν ἐσήμαινον, καὶ συνηλάλαξαν

αἱ δυνάμεις ἀμφότεραι, φερομένων ἁπασῶν τῶν νεῶν εἰς ἐμβολὴν καταπληκτικῶς, κλ. *Demetrius quum tria tantùm stadia ab hoste abesset, sustulit solenne pugnæ signum, clypeum auratum, omnibus ordine conspicuum. quumque idem Ptolomæus quoque fecisset; velociter exuperato medio spatio, tubæ classicum cecinerunt, & utraque copiæ clamorem sustulerunt. ac tunc navibus summâ vi concurrentibus, &c.* Alterum consimile exemplum suppeditat Plutarchus in Lysandro, de pugna navali ad αἰγὸς ποταμούς· Ὁ Λύσανδρος ἐκπέμπων τὰς κατασκόπους ναῦς, ἐκέλευσε τοὺς τριηράρχους, ὅταν ἴδωσιν ἐκβεβηκότας τοὺς Ἀθηναίους, ἐλαύνειν ἀποστρέψαντας ὀπίσω παντὶ τάχει, καὶ γενομένους κατὰ μέσον τὸν πόρον, ἀσπίδα χαλκῆν ἐπάρασθαι πρώραθεν, ἐπίπλου σύμβολον· αὐτὸς δὲ τοὺς τριηράρχους καὶ κυβερνήτας ἐπιπλέων ἀνεκαλεῖτο, καὶ παρώρμα συνέχειν ἕκαστον ἐν τάξει τὸ πλήρωμα καὶ τοὺς ναύτας καὶ τοὺς στρατιώτας ὅταν δὲ σημανθῇ, μετὰ προθυμίας καὶ ῥώμης ἐλαύνειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους· ὡς δὲ ἥ τε ἀσπὶς ἀπὸ τῶν νεῶν ἤρθη, καὶ τῇ σάλπιγγι τὴν ἀναγωγὴν ἐσήμαινεν ἀπὸ τῆς ναυαρχίδος, ἐπέπλεον αἱ νῆες· *Lysander naves speculatorias emittens, jussit trierarchis, ut quum vidissent Athenienses in terram descendisse, retro conversis navibus quàm citissimè redirent, atque in medio cursu clypeum æneum è prora sustollerent, in signum invadendi hostis. ipse autem adnavigans trierarchos gubernatoresque appellabat, hortans ut suos quisque socios navales remigemque ac militem paratos tenerent; & simulatque signum datum esset, alacriter ac fortiter adversus hostes vaderent. Quum itaque clypeus à navibus illis in altum sublatus esset, ac signum proficiscendi tubâ datum è prætoria, naves in hostem processerunt.* Eandem historiam narrat Xenophon, lib.2. de Rebus Græcorum, non longè ab initio, sed concisius atque obscurius: quare Plutarchi verbis eam proponere maluimus. repetitur verò etiam à Polyæno, lib.1.cap.45. Herodotus quoque in Eratone clypei pro signo sublati meminit, sed in alium finem. quippe narrat Athenienses quosdam, quum secretò cum Persis de prodenda iis urbe pacti essent, sublato in altum clypeo, ἀναδειχθείσης ἀσπίδος, iis opportunum invasioni tempus significâsse.

9. De Linteis pro signo sublatis, locus extat in Æthiopica Heliodori historia (fictitiâ illâ quidem, sed in hujusmodi circumstantiis ad veritatis imaginem conformatâ) lib.9. cap.6. Ὡς δὲ ἐκενώθη τὸ μεταπύργιον τῶν ἑστώτων, ὅ, τε δῆμος ὀθόνας κατασείων ἐπιτρέπειν τὸν ὅρμον ἐδείκνυτο, *Quum ex muro abscessissent ii, qui in medio duarum turrium spatio astiterant, ac populus [sublata in altum] lintea agitans monstraret se permittere appulsum.* Etiam Curtius, lib.7.cap.11. narrationem habet huc pertinentem, aiens Alexandrum juvenibus, quos ad occupandam ab aversa parte munitissimam Sogdianorum petram misit, imperâsse,

quum

ut *quum in cacumen evaſiſſent, candidis velis ſignum ipſi darent:* quod *quum* ipſi feciſſent, ac *haſtis impoſuiſſent quod convenerat ſignum, primum Regem vela, ſignum capti verticis, conſpexiſſe.* Polyænus eandem hiſtoriam narrans, lib.4. in Alexandro, §.29. non *lintea* dicit, ſed *zonas* adhibitas fuiſſe. quippe Alexandrum delecto iſti agmini præcepiſſe, ut capto rupis vertice tollerent, *ζώνας λευκὰς, ἃς εἶχον, κοντοῖς εὐμεγέθεσι περιάψαντας, καὶ τούτους ὑπὲρ τὴν ὕλην ἀνατείνειν, ὥστε ἀθρόας καὶ λαμπρὰς τὰς ζώνας, ἐπὶ πλεῖστον τιναασσομένας, καὶ τοῖς ἄνω Βαρβάροις, καὶ τοῖς κάτω Μακεδόσιν ὀφθῆναι, zonas candidas, quas penes ſe habebant, prælongis haſtis alligantes, eaſq; haſtas ſupra lucum ſurſum protendere, ut confertæ ſplendentesq; zonæ, diu huc illuc agitatæ, & Barbaris ſuperiora tenentibus, & Macedonibus inferius conſtitutis, eſſent conſpicuæ.* & mox rei executionem proſequens, idem vocabulum rurſus uſurpat, *τὰς ζώνας ἀνέσειον.* Ego tamen putaverim, vitioſam eſſe iſtam vocem, ac pro ea *σινδόνας* reſcribendum: quum & *zona alba* res ſit inaudita, & zonarum exilitas ad hoc negotium, in tanta præſertim rupis altitudine, quam ad triginta ſtadia eminuiſſe ſcribit Curtius, prorſus inepta futura fuerit.

10. Vexillo in ſublime elato conſueviſſe olim ineundæ pugnæ ſignum dari, omnibus notum eſt: & fuſè de eo egit Lipſius, lib.4. de Milit. Rom. cap.12. ubi multis atque egregiis in hanc rem teſtimoniis prolatis docetur, rubri ferè aut coccinei purpurei-ve coloris fuiſſe, neque Romanis tantùm (in quorum geſtis frequens ejus mentio) ſed Græcis quoque ac Perſis uſitatum, id-que in utriſque pugnis, tam navalibus, quàm terreſtribus: in quibus tamen, ſaltem in navalibus præliis, id non fuiſſe perpetuum, ſed interdum alia quoque ſignorum genera in eandem rem adhibita fuiſſe, apparet ex iis, quæ nos modò de clypeo diximus. Teſtimoniis ibi à Lipſio allatis addi poteſt hoc Leonis cap.19. De bellico apparatu, allegatum Stewichio in comment. ad Veget. lib.4. cap.45. *Nam belli tempore confligendi ſignum habebant, quod φοινικίδα appellabant. erat autem camelaucium, haſta longiore elevatum, rubro colore.* Sed & aliis quoque uſibus, quàm edicendi prælii, vexillum elatum inſerviiſſe, & ad ſpeculares ſignificationes id quandoque adhibitum fuiſſe, atque ad indicandam hoſtium irruptionem, ſuperiore libro jam declaravimus. Diverſum adhuc ejus uſum, & ſpecularem quidem, ſed diverſi generis quàm illum πολέμιον, diſcimus ex eodem ſcriptore Gallico, ibi à nobis allegato ſcriptore itinerum Domini de Breves, cujus verba hic apponimus: [*Hors la ville d' Alexandrie*] *il y à une groſſe montaigne, faicte toute de pots caſſez, & une autre ſemblable à l'oppoſite du Phare, au ſommet de laquelle il y à une eſchan-*

guette, ou tout le long du jour demeure une sentinelle, pour advertir quand quelques vaisseaux paroissent à la volte du port, ayant à cest effect des banderolles de deux sortes, les unes taillees en flamme, pour signall des galeres; & les autres quarrees, pour les vaisseaux ronds: & autant de voiles qu'il descouvre, il met autant de banderolles sur la tour: Extra urbem Alexandriæ magnus est tumulus, totus è testarum fragmentis factus, alterque consimilis ex adverso Phari, in cujus summo est specula, ubi per totum diem speculator agit, ad significandum quando comparent naves cursum versus portum tenentes. habet autem in eum finem parva vexilla duorum generum, partim sinuosa, ad triremes; partim verò quadrata, ad onerarias significandas. & quot navigia conspicit, totidem vexilla proponit in turre. Istis vexilli elati usibus addatur quartus; quod addatur, quòd in Anglia Chathami, ubi classis regia plurimum consistere solet, diebus iis, per quos navibus reficiendis opera datur, summo mane in colle proximo vexillum statuitur, quo operarii ad opus diurnum se accingere ac confluere moneantur: quod olim illic sibi observatum, summus amicus meus D. Thomas Gatakerus nuper mihi perscripsit.

11. Inter omnia autem signa, ad indicandum aliquid attolli solita, maximè frequens fuit Ignium usus, idque ob insignem eorum præ cæteris utilitatem: quippe qui noctu, quando alia signa sunt inutilia, obscuritate adimente oculorum prospectum, soli sunt conspicui, ac flammarum splendore procul se videndos præbent: sicuti interdiu, quando solis claritas minora lumina obliterat, fumi volumina ipsos non minus reliquis signis spectabiles reddunt. Diversas occasiones, in quibus adhiberi olim consueverunt, extremo præcedentis libri memoravimus. alias verò præterea complures Historiarum lectio suppeditat, quas hic breviter enumerabimus: omittentes illos Ignium specularium tollendarumque facium usus, quos extremo libro decimo memorat Polybius, partim ab Ænea & Cleoxeno, partim à se quoque excogitatos aut excultos; quum illorum alios quidem vix unquam, alios non nisi rarissimè usurpatos fuisse credam. Alexander Macedo Ignium elationem usurpavit ad denunciandam profectionem ac dandum castra movendi signum, narrante Curtio li. 5. ca. 2. *Tuba, quum castra movere vellet, signum dabat; cujus sonitus plerunque, tumultuantium fremitu exoriente, haud satis exaudiebatur. Ergo perticam, quæ undiq; conspici posset, supra prætorium statuit, ex qua signum eminebat pariter omnibus conspicuum. observabatur ignis noctu, fumus interdiu.* Alcibiades, obsidentibus Athenas Lacedæmoniis, Ignes adhibuit ad explorandam excubitorum diligentiam ac vigilantiam, uti legimus

apud

apud Frontinum lib. 3. cap. 12. *Alcibiades——veritus negligentiam vigilum, denunciavit his, qui in stationibus erant, ut observarent lumen, quod noctu ostensurus esset ex arce, & ad conspectum ejus ipsi quoque lumina attollerent*——quæ eadem historia extat etiam apud Polyænum, lib. 1. cap. 40. §. 3. Admodum autem celebris fuit ille tollendorum Ignium usus, quo opportunum rei gerendæ tempus significabatur; quem usum in quatuor capita diducere licet. namque aut obsessi auxiliis suis in propinquo constitutis; aut delecta manus, ad occupandum locum aliquem clam immissa, reliquis copiis; aut speculatores inter hostes versantes iis, à quibus submissi, occasionem ἐμβιώσεως sive invadendi aut perrumpendi hostis facium ostensione indicant: aut milites, in subsidiis vel insidiis collocati, aliterve ad certæ rei perpetrationem submissi, iis excitantur ad aggrediendum id, cujus executio ipsis fuerat demandata.

12. Primi generis exemplum suppeditat Livius lib. 40. cap. 47. *Ab hoc spectaculo legati dimissi, deterruerunt suos ab auxilio circumsessæ urbi ferendo. Oppidani quum ignes noctu turribus, quod signum convenerat, nequicquam sustulissent, destituti ab unica spe auxilii, in deditionem venerunt:* & Polyænus lib. 6. cap. 2. aiens Alexandrum Panormitanis à Leosthene obsessis mandâsse, ὅπως εἴτινες τῶν νεῶν ἐκλίποιεν τὴν φυλακὴν, πρὸς τῷ πρότερον αἰρομένῳ πυρσῷ δεύτερον ἀνάσχοιεν τοῖς ἐν Μαγνησίᾳ, κἀκεῖνοι τοῖς ἐν Παγασαῖς, *ut siqua naves de statione decederent, præter facem prius tolli solitam, ederent alteram iis qui Magnesiæ erant, ut ii porro Pagasas eandem significationem transmitterent:* quod cum ita fecissent circumsessi, ac triremibus aliquot à Leosthene dimissis, id sublatis Ignibus Alexandro indicâssent, Ἀλέξανδρος ἐπιπλεύσας ἄφνω καὶ προσπεσὼν, ἐνίκησε τῇ ναυμαχίᾳ τοὺς Ἀθηναίους, *Alexander cum classe subito adveniens, atque Athenienses adortus, eos prælio navali superavit.* De secundo genere est, quod libro 4. narrat Arrianus: Προσέταξεν [Ἀλέξανδρος Πτολεμαίῳ] ὅταν καταλάβῃ τὸ χωρίον, κατέχειν μὲν αὐτὸ ἰσχυρᾷ φυλακῇ, οἱ δὲ σημαίνειν ὅτι ἔχει. Καὶ Πτολεμαῖος——καταλαβὼν τὸν τόπον——πυρσὸν αἴρει ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἔνθεν ὀφθήσεσθαι ὑπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἔμελλε· καὶ ὤφθη τε ἅμα ἡ φλὸξ, καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἐπῆγε τῇ ὑστεραίᾳ τὴν στρατιάν, *Præcepit [Alexander Ptolomeo] uti locum, postquam eum occupâsset, valido præsidio detinens, ipsi significaret eum teneri. Et Ptolomæus——quum locum occupâsset——Ignes tollit è monte, unde ab Alexandro conspici possent. simulatque autem percepta esset flamma, Alexander postridie exercitum admovit.* Eodem pertinet, quod in Toronæ expugnatione narrat libro 4. Thucidides, Brasidam, præmissis viginti cetratis, qui à proditoribus clam in urbem recipiendi essent,

essent, misisse alios centum cetratos, ὅπως ὁπότε πύλαι τινὲς ἀνοιχθεῖεν, καὶ τὸ σημεῖον ἀρθείη, ὃ ξυνέκειτο, πρῶτοι ἐσδράμοιεν· *ut portis quibusdam apertis, & sublato signo, quod convenerat, primi intro ruerent.* & mox, rei successum exequens, τὸ σημεῖον τοῦ πυρὸς ἀνέσχον, καὶ διὰ τῶν κατὰ τὴν ἀγορὰν πυλῶν τοὺς λοιποὺς ἤδη τῶν πελταστῶν ἐσεδέχοντο· καὶ ὁ Βρασίδας ἰδὼν τὸ σύνθημα, ἔθει δρόμῳ ἀναστήσας τὸν στρατὸν· *signum ignis extulerunt, portisque ad forum pertinentibus jam reliquos cetratorum intromittebant. cumque Brasidas signum vidisset, cursu cum copiis eo contendit.* Etiam Livius historiam huc facientem habet libro 4.cap.27. *Ad oppugnanda hostium castra —— M. Geganium cum delectis cohortibus misit. qui postquam —— incautos, neglectis vigiliis stationibusque, est adortus, prius pene cepit castra, quam oppugnari hostes satis scirent. Inde fumo, ut convenerat, datum signum, ubi conspectum à Dictatore est, exclamat, Capta hostium castra.* & hujus quoque loci est illa πυρσοῦ ἀνάσχεσις, qua deceptum à Memnone Charetem, prodidit Polyæn. lib. 5. cap. 44. §. tertio.

13. Tertiæ classis Ignes, ex iis qui ad significandam ἐπιθέσεως opportunitatem ostenduntur, usurpâsse Sinonem ad Trojam, narrat Quintus Smyrnæus lib. 13.

Δὴ τότ' ἄρ' αἰθαλόεντα Σίνων ἀνὰ πυρσὸν ἄειρε.
Δεικνὺς Ἀργείοισι πυρὸς σέλας, ——
Tunc Sino flammantem facem sustulit,
Ostendens Argivis ignis splendorem :——

Et Helenam quoque Virgilius, 6. Æneid.

——flammam media ipsa tenebat
Ingentem, & summa Danaos ex arce vocabat :

De utroque autem junctim id canit Tryphiodorus,

Αὐτίκα δ' Ἀργείοισιν Ἀχιλλῆος παρὰ τύμβον
Ἀγγελίην ἀνέφαινε Σίνων εὐφεγγέϊ δαλῷ.
Παννυχίη δ' ἑτάροισιν ὑπὲρ θαλάμοιο καὶ αὐτὴ
Εὐειδὴς Ἑλένη χρυσέην ἀνεδείκνυτο πεύκην.
Οἱ δὲ σέλας πυρσοῖο μετήορον ἀθρήσαντες
Νῆας ἀνεκρούσαντο· ——
Ilico Argivis juxta Achillis tumulum
Signum dedit Sinon flagrante torre. sed &
Helena sociis ipsa quoque totâ nocte super thalamum ostendit ardentem pinum.
Ipsi autem cernentes facis fulgorem in sublimi,
Naves solverunt.——

Apollonius

Apollonius quoque 4. Argon. Minyas à Medea ostenso lumine excitos scribit ad Colchos adoriendos,

> Οἱ δ' ἄμυδις πυρσοῖο σέλας προπάροιθεν ἰδόντες,
> Τό σφιν παρθενικὴ τέκμαρ μετιοῦσιν ἄειρε,
> Κολχίδος ἄγχοθι νηὸς ἑὴν παρὰ νῆα βαλόντες
> Ἥρωες, Κόλχων ὄλεκον στρατόν,——
> *Illi autem repentè facis splendorem ante se conspicati,*
> *Quod ipsis signum Virgo aggressuris tollebat,*
> *Juxta Colchicam navim Heroes suam navem appellentes,*
> *Colchorum copias trucidabant.*——

Et simile est, quod in historia ancillarum Romanarum, sub nomine atque habitu matrum familias atque virginum in castra Latina missarum, memorat Macrobius, lib. 1. Saturn. cap. 11. eas soporatis multo vino Latinis, ex arbore caprifico, quæ castris erat proxima, signum Romanis dedisse, qui repentinâ incursione hostes superaverint. quam eandem historiam narrans Plutarchus in Camillo, & signum illud fuisse πυρσὸν exprimit, & manu Philotidis cujusdam, præcipuæ inter cæteras ancillas strenuitatis, sublatum, Τὴν Φιλωτίδα προσβᾶσαν ἐρινεῷ μεγάλῳ, καὶ παρατείνασαν ὄπισω τὸ ἱμάτιον, ἆραι πυρσὸν εἰς τὴν Ῥώμην, ὥσπερ ἦν συγκείμενον αὐτῇ πρὸς τοὺς ἄρχοντας. *Philotin conscensa magna caprifico, & extensa pone veste [ne lumen hostibus conspicuum foret] facem sustulisse Romam versus, sicuti ipsi cum magistratibus convenerat.*

14. De quarto istorum Ignium genere intelligendus Polyænus, lib 1. cap. 32. Λεωνίδας ἐμβαλὼν εἰς χώραν πολεμίων, νύκτωρ διαπέμψας ἄλλους ἀλλοσε, προσέταξεν, ὅταν ἀρθῇ τὸ σημεῖον, δένδρα κόπτειν, καὶ τὰς ἐπαύλεις ἐμπιμπράναι, κλ. *Leonidas quum in hosticum fecisset irruptionem, noctu alios aliò misit, jussitque ut, quum sublatum esset signum, arbores caderent, villasque incenderent.* signum hic memoratum fuisse Ignes, satis docet nocturni temporis circumstantia, per quod haud potuit alterius signi usus esse. Quam rem, per se valde manifestam, quòd Scriptores, quoties signum noctu elatum memorant, de Ignibus intelligendi sint, non animadvertens scholiastes Thucidides, ad istum libri quarti locum, Πανδημεὶ ἐπετήρουν οἱ Ἀθηναῖοι, ᾗ καταχθήσονται· ὡς δὲ αὐτοὺς ἔλαθον νυκτὸς καταπλεύσαντες, καὶ τὰ σημεῖα αὐτοῖς ἤρθη, ἐβοήθουν κατὰ τάχος, *Universâ multitudine observabant Athenienses, ubinam applicaturi essent. quum autem clam ipsis noctu appulissent, signaq; iis sublata essent, velociter accurrerunt:* commentus est, diei ortum expectatum fuisse, priusquam signum tolleretur. αὐτοῖς, φησί, τοῖς Κορινθίοις ἤρθη τὰ σημεῖα παρὰ τῶν φίλων αὐτῶν τῶν ἐν τῇ χώρᾳ, σημαινόντων αὐτοῖς ὅτι πολέμιοι ἐπῆλθον· δεῖ δὲ προσυπακοῦσαι τὸ ἡμέρας.

ἐγς φρυκτωρίας. *Ipsis, inquit, Corinthiis sublata sunt signa per amicos ipsorum, qui in agris erant, significantes iis hostium adventum. subaudiendum autem est, orto sole.* fortasse pro, *per amicos ipsorum,* melius dixisset, *per speculatores ad ipsum dispositos.* sed utut hoc est, liquido errat in eo, quod ab iis, sive amicis sive speculatoribus, mane expectatum putat ad signum tollendum; quum Ignes sive Faces, πυρσοὶ ἢ φρυκτοὶ, non indigeant diei luce ut conspici possint, utpote in mediis tenebris non minus aspectabiles, imò etiam magis, quàm interdiu: & Ignium usum in isto casu, qui ibi memoratur, uti & in aliis, pervulgatum fuisse, vel ex ipsius Thucididis variis locis constat. Huc etiam pertinet iste Plutarchi in Fabio locus, Βοῦς ὅσον δισχιλίας——ἐκέλευσε συλλαβόντας ἀναδῆσαι δᾷδας πρὸς ἕκαστον κέρας.——εἶτα νυκτὸς, ὅταν ἀρθῇ σημεῖον, ἀνάψαντας ἐλαύνειν ἐπὶ τὰς ὑπερβολὰς, *Jussit bobus bis mille comprehensis faces alligari ad utrumque cornu. postea noctu, quando sublatum foret signum, succensis* [*facibus, boves*] *in juga agi*: de qua eadem re Livius lib.22.cap.22.ita loquitur: *Primis tenebris silentio mota castra, boves aliquantum ante signa acti. ubi ad radices montium——ventum est, signum extemplo datur, ut accensis cornibus armenta in adversos concitentur montes*: ubi σημεῖον & *signum* non posse aliter quàm de Ignibus accipi, ob rationem modò dictam, clarum est. Forsitan quoque de Ignibus intelligendum istud ejusdem Plutarchi, itidem in Fabio: Ὁρῶν Ἀννίβας γυμνὰ παρέχοντα τοῖς ἐνεδρεύουσι τὰ νῶτα, τὸ σημεῖον αἴρει. πρὸς δὲ τοῦτο πολλαχόθεν ἐξανισταμένων ἅμα, καὶ μετὰ κραυγῆς προσφερομένων, *Videns Hannibal* [*hosti*] *nuda præbere insidiantibus latera, signum tollit: ad cujus conspectum quum plurimis è locis consurgerent* [*milites in insidiis dispositi*] *atque cum clamore incurrerent, &c.* quod tamen signum, quum interdiu hæc res fuerit gesta, potuit etiam vexillum, aliud-ve quid ab Ignibus diversum fuisse.

15. Aliud adhuc restat Ignium è sublimi ostensorum genus, valde illud quidem celebre, & hodieque in multis locis usitatum: quod è pharis, ac speculis litoralibus sublatum, regundo nocturno navium cursui dicatum est, vada-que ac portuum introitum monstrat. Istud πυρσείας sive Ignium genus magnopere decantatum est omnibus Scriptoribus, qui de Ægyptia Pharo tractant, ac nominatim Plinio lib.5. cap.31. iterumque lib.36. cap.12. Solino cap.41. Ammiano lib.22. prope finem: Luciano in extremo tractatu de historia scribenda: Isidoro lib.2.cap.10. Straboni lib.17.(qui reliquis incuriosius, & non præ cætera diligentia istam rem describit) itemque Lucano libro 9. versibus 1005.& 1006. quippe haud alibi prius salutaris ista πυρσεία tam constanter tantaque cum cura, neque è tam insigni ac sublimi

substru-

substructione fuerat usurpata: quamobrem etiam aliis turribus, ad ipsius exemplum atque ad simile officium postea excitatis, idem nomen fuit communicatum: quales turres pluribus locis stetisse Plinii ævo, testatur ipse lib. 36. cap. 12. nominatque Putelos ac Ravennam; quibus addi possunt Capreæ, ubi turrim Phari terræmotu concidisse ante paucos dies, quam Tiberius obiret, docet Suetonius: de qua turre etiam Statius, sylvâ ultimâ libri tertii,

Teleboumq; domos, trepidis ubi dulcia nautis
Lumina noctivagæ tollit Pharus æmula lunæ:

Ostia, ad cujus portus molem à Claudio congestis pilis superpositam altissimam turrim, ad exemplum Alexandrinæ Phari, ut ad nocturnos Ignes navigia cursum dirigerent, idem historicus prodidit: Ceras Byzantium, quod promontorium Ammian. lib. 2. scribit *prælucentem navibus vehere constructam celsius turrem, quapropter Pharos appellatur.* Fuisse autem πυρσείαν istam non Alexandriæ primùm inventam, sed in locis multum dissitis, multisque ante seculis cognitam, colligere licet è Nauplii historia, si verum est quod de eo narrant Poetæ, eum Græcis ob necem Palamedis filii infensum, fraudulenta istorum Ignium ostentatione eos à Troja redeuntes in vada ac scopulos pellexisse: qua de re ita Seneca in Agamemnone,

——hanc arcem occupat
Palamedis ille genitor, & clarum manu
Lumen nefanda vertice è summo efferens,
In saxa ducit perfidâ classem face.

16. Universum illud πυρσῶν ἢ φρυκτῶν seu Ignium specularium genus, & reliqua prius enumerata, Græci σημεῖα ac συσσήμα, latini *signi* appellatione comprehendunt, uti ex historiis constat, partimque ex exemplis à nobis allatis apparet. An verò etiam נס ita latè pateat, cunctaque ista sub se æquè comprehendat, id verò non satis clarum est. Ego tamen eò propendeo, ut existimem omnia illa, quæ significationis ergo in sublime tolli sueta, נס ab Hebræis appellari, uti σημεῖον ac *signum* à Græcis Latinisque. & de Facibus quidem seu Ignibus dubitari vix potest, quum in nonnullis earum occasionum, in quibus חרמת הנס sive נשיאת הנס memoratur, uti fortassis aliud quodpiam signi genus interdum fuerit adhibitum, Ignes tamen ubique usurpati utplurimum fuerint. Obiter autem notetur, Græcam linguam in exprimenda ista phrasi נשא נס seu הרים נס admodum copiosam esse, tum quoad *nomen* (namque pro σημεῖον interdum etiam σύνθημα dicunt, & σύμβολον, atque ex incuriosiore dialecto σύσσημον) tum

quoad

quoad *verbum* : siquidem pro αἴρειν, quod frequentissimum, non modò *composita* ejus ἐπαίρειν & ἐξαίρειν quandoque usurpant, sed & complura alia verba ἀνασχεῖν, ἀνασκηνῶσαι, ἀνατεῖναι. Latini, ut Hebræi, unicum tantum *nomen* habent, *signum*. in *verbo* autem & ipsi aliquantum variant, ac pro *tollere*, quo creberrimè utuntur, dicunt etiam *edere*, *erigere*, *ostendere* ; &, quando sermo est de signo non manu porrectâ in altum sublato, sed in sublimi collocato *proponere* : quod Plutarchus Græcè reddidit ἐκτεθεῖναι· de qua postrema phrasi jam primo libro locuti sumus.

CAPUT VII.

Kimchii sententia, quod radix נסס *primariò habeat* altitudinis *ac* elevationis *significationem.* 2. *Etiam alios idem sensisse ; ac Zach.* 9.16. *in ista periocha,* כי אבני נזר מתנוססות על ארמתו, *plerosque Interpretes verbum* התנוסס *accipere in* elevandi *intellectu.* 3. *Refutatur ista opinio.* 4. *Zach.* 9.16. ellipsin particulæ similitudinis *statui à plerisque eorum, qui* התנוסס *ibi in* elevandi *intellectu accipiunt: Hieronymum verò* אבנים *de ipsis hominibus intelligere.* 5. *Eundem Hieronymum minus bene* אבנים *accipere de* saxis , *quum de* gemmis *accipere debuerit : &* נזר *cum Græcis in* sanctitatis *notione sumere, quum* coronam *significet.* 6. *Jarchium & Esraidem, itidem ac Hieronymum,* אבנים *de ipsis personis capere : verbum autem* התנוסס *longè aliter quam ipsum aliosque prius dictos interpretari.* 7. *Rationes contra ipsorum expositionem istius verbi ; & contra eos, qui id in* elevandi *significatu accipiunt.* 8. *Vera interpretatio verusque sensus istius loci Zachariæ,*—— כי אבני נזר מתנוססות על ארמתו, *exhibetur : ac videri per* abne nezer *intelligendas coronas gemmatas, quæ fuerint in signis militaribus Regum Seleucidarum.* 9. *Stupendus istorum Regum luxus, non alibi modò, sed & in bellis , notabili exemplo confirmatur.* 10. *Periocham istam probè vertit Tremellius ; sed explicat minus probè , ac de* trophæis *accipit ; quod redarguitur.* 11. *Græcus, Syrus, ac Chaldæus pravè istum locum verterunt. nonnulli* התנוסס *hic à* נוס *perperam deducunt.*

DAvid Kimchi in Dictionario significationem verbi נסס facit affinem & quodammodo germanam לנשא, *attollo, elevo* ; unde etiam נם dictum sit, quia in sublime attolli soleat : עקר הענין מענין גבהות

גבהות והתרוממות כי נושא הנס הוא נושאו גבוה שמתראה על כל בני הצבא ואחריו ילכו, *Radix significationis* [*vocabuli* נס] *est à significatione altitudinis & elevationis. qui enim signum gestat, id gestat sublime, ut conspicuum sit omnibus militibus, quò id sequantur.* & ad hanc mentem ibi verbum נוסס tribus in locis exponit. quippe illud Esa.59.19. נוססה בו, explicat, התרוממה עליו — *sese extulit contra ipsum.* & Psal.60. vers.6. להתנוסס exponit per להתרומם ולהתעלות, *ut sese efferant atq; extollant.* similiterque Zach.9.16. כי אבני נזר מתנוססות על אדמתו interpretatur per מתרוממות, quod & facit in comment. ad illum locum, ubi & de significatione vocis נס eadem ferè dicit, ac in Dictionario, sed brevius, (נס ענין גבהות ורוממות כי נושא הנס מגביה ומרומם אותו על ראש העם: *In nes est significatio altitudinis & sublimitatis, quia signifer extollit atq; elevat signum super caput militum*) & locum illum è Psal.60. allegans, eodem modo, atque ibi, exponit. In commentariis verò ad ipsum Psalmum, vocem להתנוסס sic enarrat, להתגדל על אויבינו להרים נסנו עליהם, *ut superiores simus hostibus nostris, ac signum nostrum contra eos elevemus.*

2. Etiam Jarchi & Esraides interdum huc tendunt. quippe Jarchi, in notis ad Num.21.8. scribit significatum, in quo ibi aliisque in locis נס sumi putat, ut nimirum denotet *perticam* sive *contum*, ex eo desumptum, שהוא גבוה לאות ולראיה, *quia* [*pertica*] *alta est, in signum atque conspectui exposita:* quum tamen idem Rabbi in scholiis ad Esa.5.26. primariam τῆ נס significationem faciat אות, *signum*. unde *perticæ* vel *hastilia* נס dicantur, quia pro signis usurpentur; nullâ factâ *altitudinis* mentione. Esraides autem Psal.60.6. ita παρερμηνεύει, ut manifestè appareat eum isti *radici* attribuere *altitudinis* seu *elevationis* notionem, בימים שעברו הרימתנו בעבור אמונתנו, *antehac extuleras nos propter fidelitatem nostram.* Sic Hieron. Exod.17.15. נסי vertit *exaltatio mea*, uti Pagn. *elevatio mea.* & Psal.60.6. maxima Recentiorum Interpretum pars verbo התנוסס attribuit *elevandi* seu *erigendi* significatum, sicuti præcedenti libro, ubi ex professo pertractavimus istum locum, planum fecimus. Sed & Zach.9.16. plerique Interpretes magno consensu eunt in istam expositionem. siquidem Hieron. Pagn. Munst. Oecol. Calv. Drus. Marian. Schind. vertunt *elevari:* Marin. & Arias, *elevare se:* Tigur. *in sublime ferri:* Castal. *evehi:* Osian. *erigi:* Ste. *elevatum esse:* similiterque de Vernaculis Luth. **aufgerichtet werden**: Ital. *esser' esaltato*: Gal. utraque, *estre eslevè*: Angl. vetus, **to be lifted up.**

3. Videtur autem hæc expositio, qua *radix* נסס statuitur *elationis* atque *exaltationis* intellectum primariò habere, fluxisse primo à similitudine literarum, quæ huic *radici* intercedit cum נשא, quod interdum נסא ac נסה quoque scribitur. sed hoc & per se infirmum est, ad affingendam alicui voci significationem, & hic minus etiam valet, quum discrimen satis latum accedat ex geminatione τȣ̃ *samech.* quæ nequaquam patitur ut נס à נשא vel נסא fluere existimemus. Et quum vetustissimi Interpretes Syrus ac Chaldæus, & Græci quoque, alioqui quibusvis hallucinationibus satis opportuni, nusquam vel in nomine נס, vel in verbo inde facto, istam *sublimitatis* atque *elevationis* notionem agnoverint; nihil causæ videmus, quin pronuntiemus gratis dicta, quæ de primario hujus vocis intellectu dicit Kimchius, eumque errare, & cum eo omnes, qui hanc expositionem sequuntur. Namque & illud valde frigidum est, quod sublimitatis notionem in signa putat quadrare, quia in sublimi ipsa gestantur: quandoquidem gestatio, ac magis etiam sublimis gestatio, non est aliquid essentiale in signo, ut inde denominationem accipere debuerit: quare neque in ulla alia lingua, cujus quidem nos cognitionem habemus, id factum animadvertimus, ut vexillis cæteris-ve militaribus signis ea sint imposita nomina, quibus significatio *altitudinis* aut *elevationis* primariò insit. Quod si נס ea duntaxat signa denotaret, quæ in altum tolluntur ad significationes faciendas, tunc ista originatio majorem haberet probabilitatem, atque exemplo vocis משאת inniteretur; quæ facta à נשא *attollo*, signa ista specularia, in sublime attolli solita, peculiariter significat: sicuti præcedenti libro declaravimus. Porro neque in sensu eorum locorum, in quibus verbum נסס occurrit, ullum est iis Expositoribus subsidium, qui ipsi *extollendi* aut *exaltandi* vim assignant; quum altera ac vera significatio, *gestandi* seu *usurpandi vexillum signum-ve*, optimè iis quadret, ac magis etiam quàm illa supposititia: id quod in duobus quidem locis, Psal.60.6. נס להתנוסס, & Esa.59.19. נוססה בו jam planum fecimus superiore libro: de tertio autem, Zach.9.16. tantundem nunc præstare aggredimur.

4. Plerique eorum, qui verbo התנוסס hic tribuunt *elevandi* intellectum, statuunt ellipsin particulæ similitudinis, ut אבני dictum sit pro כאבני. Kimchi, יהיו יהודה ואפרים כמו אבני נזר מתנוססות ומתרוממות, *Juda ac Ephraim erunt tanquam lapides coronæ elevati* [sic ad ipsius mentem transferendum] *& exaltati.* Calvinus, *Adjungit aliam similitudinem, nempe ipsos in sublime evectum iri, quemadmodum pretiosi lapides in corona gestantur super caput regis:* similiterque Pagn. in

Diction.

Diction. & Drusius ac Marian. adnotant *lapides* positum pro *ut lapides.* nonnulli verò istam particulam in ipsum textum receperunt. Tigur. *Ut lapides consecrati in sublime ferentur:* Ital. *saranno esaltati como pietre di corona:* Val. *serán engrandecidos como piedras preciosas de corona:* Gal. vetus, *Ils seront eslevéz comme pierres de couronne:* Angl. utraque. **They shall be as the stones of the crowne lifted up.** Miror autem quid istis Interpretibus in mentem venerit, quare אבנים ac מתנוססות divellerent, ac *participium* non ad lapides, sed ad ipsas personas, quas cum lapidibus hic comparari putant, referrent, quum multo concinnius sit (quandoquidem מתנוססות est *fœminini generis*, quod ad homines non ita commodè referri potest) ista duo indivulsa relinquere, ac *similitudinis particulam* non ante solum nomen אבנים, sed ante integrum enunciatum, ex nomine isto & *participio* מתנוססות constans, subintelligere, יהיו כמו אבני נזר המתנוססות. Hieronymus autem paulò aliter per *lapides* putat ipsos homines intelligi, ipsasque personas *lapidum* appellatione affici: *Lapides sancti*, inquit, *qui oppressi fuerint (lapides autem vocat propter duritiam tribulationum, & animi fortitudinem) elevabuntur de humilitate sua, & erunt in terra illius gloriosi. aliter, Lapides sancti ejus, de genere sacerdotali, per diversa fugientes, illo tribuente victoriam consequentur.*

5. Quod pro *lapides corona* vertit *lapides sancti*, in eo errore duces habuit Græcos, qui verterunt λίθοι ἅγιοι, qualem errorem, & alibi plus semel commiserunt in interpretanda hac voce; cui nullo modo sanctimoniæ significatio inest: regium autem capitis insigne in diversis Scripturæ locis, consensu Interpretum, ne ipsis quidem Græcis exceptis, significat. & quum reliquæ hujus vocis significationes (varias enim habet) hoc loco minimè quadrent, ista omnino eligenda est; quod & Interpretum maxima pars fecerunt. Hic autem error traxit Hieronymum in alterum, ut *lapides*, qui hic dicuntur, acciperet de *saxis*, quum accipiendi sint de *gemmis*, Hebraicâ voce utrumque significante; quod facit & Græca λίθος, & Latina hæc *lapis*, quæ tamen pro *gemma* non sæpe ponitur, nisi cum adjectione *pretiosus*, *lapilli* vocabulo magis in hunc usum recepto, quàm *lapidis*.

6. *Lapides* de ipsis hominibus cum Hieronymo exponit & Oecolampadius, sed ita ut alteram quoque expositionem admisceat: *Per lapides coronæ intelligendi sunt sancti, qui tanquam gemmæ erunt elevandi in coronam.* Etiam Rabbini Jarchius & Esraides de ipsis personis interpretantur vocem אבנים, quam tamen non de *saxis*, ut Hieronymus, sed de *gemmis* accipiunt; aientes Hasmonæos, de quibus hanc

Prophetiam

Prophetiam intelligunt, vocari *gemmas* ob ornatum archieraticum, plurimis gemmis in pectorali ac epomide insignitum, quo ornatu ipsi uterentur, utpote summi pontificis dignitate cum regio fastigio conjuncta fungentes. Verbum autem התנוסס isti longè aliter quàm Hieronymus, reliquique supra nominati, exponunt, Jarchius quidem *miraculo esse, miraculis insignem esse*; Esraides verò, *conspicuum esse instar signi.* Jarchii verba ita se habent: כי אבני נזר' כי הכהנים בני חשמונאי המתפארים באבני נזר בטורי חשן ואפוד יהיו מתנוססים בנסין על——ארמתן, *Quia sacerdotes Hasmonæi, condecorati lapillis coronariis, per series dispositis in pectorali & epomide, insignes erunt miraculis in terra sua.* Esraides verò sic ad hunc locum scribit: בעבור שהזכיר אבני קלע אמר כי אלה החשמוני' אבני נזר ותפארת : מתנוססות' שהם נראות כנם על ארמת השם גם נכון הוא להיות אבני רמז להיותם כהנים גרולים, *Quia meminerat lapidum fundæ, dicit Hasmonæos istos esse lapides coronæ & decoris, qui in terra Domini sint conspicui instar signi. probabile etiam est, per lapides innui, quod futuri erant summi pontifices.*

7. Significatio isti verbo ab Esraide attributa neque satis apta est præsenti loco (quum minus concinnum videatur, gemmas signis comparare ratione conspicuitatis) & solam conjecturam habet pro fundamento; quum nusquam alibi התנוסס ita sumatur. & Jarchii quoque expositio admitti haudquaquam debet, quum נס *miraculum* non significet in puriore lingua hebraica (uti antea quoque, contra eundem Rabbinum, monuimus semel iterumque) ideoque nec verbum inde factum *miraculo esse*, aut *miraculis clarere* significabit. Ut verò ad eas redeamus, quibus התנוסס hîc valet *elevari*; istam expositionem hoc urget incommodum, quod si omnino à gemmis petenda erat comparatio, eximius ille colorum ac fulgoris decor, & admiranda splendoris majestas, unde omnis gemmarum commendatio pendet, multò erant aptiora à quibus comparatio duceretur, quàm elevatio aut exaltatio. & si exaltatio præcipuam in hoc sermone merebatur considerationem, multa erant eam majorem magisque conspicuam habentia, quam lapides coronæ; quæ proinde congruentius pro comparationis fundamento assumi poterant. Alteros verò, qui nullam hic *ellipsin* statuunt, præterea peculiaris hæc premit difficultas, quod sermonis consuetudo vix patitur, ut homines directò, & absque ulla prægressa comparatione, rerum ejusmodi inanimarum, quales sunt gemmæ aut saxa, appellatione afficiantur; extra allegorias quidem, in quibus ipsa *metaphorarum* continuatio ac densitas viam sibi

ipsi munit, facitque ut melius ac gratius admittatur. & quanquam alicubi fortasse talis aliqua locutio etiam solitaria occurrit, ad eam tamen, utpote duriorem, confugiendum non est, nisi ubi necessitas & contextûs evidentia id efflagitant: quod hic nequaquam locum habet. ut verò aliquis *gemma* appelletur propter habitum gemmis distinctum (id quod Jarchi ac Esraides volunt) frigidissimum esse omnes vident. Prior autem objectio enervatur quidem, si *elevari* cum Oecol. Drusio, Marian. & Ital. exponas, *in precio esse, preciosum existimari:* sed ista expositio coactior est, & quam vix puto simili exemplo aliunde confirmari posse.

8. Ast absque ullis ejusmodi incommodis sensus fluit planissimus ac optimus, si התנוסס in vulgata ac genuina significatione accipiens, *pro signo seu vexillo esse, vexilli signi-ve vicem præbere,* כי & על אדמתו vertas, non *quia*, nec *in terra ejus* aut *super terra ejus*, quomodo cuncti ferè Interpretes ista vertunt, sed *quum* seu *quando*, & *in terram ejus,* seu *super terram ejus:* & אבני נזר *gemmæ* seu *lapilli coronæ*, λίθοι στεφάνου, dictum capias pro נזר אבני, *corona gemmarum*, id est, *gemmata:* cujusmodi *hypallage* & alibi plus semel occurrit. *Dominus populum suum instar gregis servabit eo tempore, quando coronæ gemmatæ contra terram ipsius pro signis erunt:* id est, quando terræ ejus inferentur signa militaria, gemmantibus coronis adornata; sive, quando gemmantes coronæ, signorum militarium vicem fungentes, inferentur in terram ejus. Consentiunt doctissimi quique Interpretes, sermonem hic esse Prophetæ de Hasmonæis, de-que malis ac bellis, quæ iis ac toti Judæorum populo fuerunt illata à Syriæ Regibus; quos pro cætera luxuria etiam coronas aureas, pretiosis gemmis coopertas, pro signis habuisse, verisimile est; ut propterea ipsorum copiæ atque expeditiones eleganter hoc veluti ænigmate à Propheta fuerint indicatæ. Sanè ab aliis quoque Principibus hoc factitatum legimus, ut coronas ejusmodi apponerent signis; & clarè id de Labaro nos docet Eusebius, in vita Constantini: (Ἄνω πρὸς ἄκρῳ τοῦ παντὸς στέφανος ἐκ λίθων πολυτελῶν καὶ χρυσοῦ συμπεπλεγμένος κατεστήρικτο), *supra ad ipsum totius signi cacumen apposita est corona è pretiosis lapillis ac auro contexta.* neque multum abludit, quod in Ammiani libro 16. legimus, Constantio Augusto, Romam militari specie ingredienti, prælatos inter cætera signa *Dracones purpureos, hastarum aureis gemmatisque summitatibus illigatos.* & Epictetus apud Arrianum (laudatus Lipsio lib. 4. de Milit. Rom. cap. 5. quum tamen non meminerim in istis dissertationibus mihi quicquam tale lectum) inter reliqua τῆς ὁπλικῆς στρατιᾶς σημεῖα, *prætoriarum*

cohortium

cohortium [nimis ad verbum Lipsius, *selecti exercitus*] *signa*, numerat etiam σήμματα χρυσᾶ ἀναδεδεμένα ἐπὶ ξυστῶν ἠργυρωμένων, *aureas coronas* [Lipsius vertit *vexilla*, quod satis mirari non possum] *argentatis hastis præfixas*.

9. Quum igitur apud Romanos quoque aurum & gemmæ, ac coronæ inde factæ, in signis militaribus fuerint, tanto credibilius hoc est de Seleucidis, quorum immensa fuit ac planè stupenda luxuria. Videantur modò quæ de insano luxu & monstrosissimâ sumptuositate ac profusione Antiochi Epiphanis (à quo cœptum primo contra Judæos ac Maccabæos bellum) Athenæus libro quinto è Polybio, Heliodoro, Phylarcho, ac Ptolomæi Euergetis commentariis memorat. Et quòd in bellis quoque nihilo quàm alibi fuerint frugaliores, apparet ex iis, quæ de Antiocho magno, Epiphanis patre, Valerius Maximus & Gellius tradunt. Hic enim, libri quinti capite quinto, ait eum, Populo Romano bellum facturum, Annibali gloriabundum ostendisse copias suas admodum ornatas, equitatum frenis, ephippiis, monilibus, phaleris præfulgentem (quæ verba ita capienda, quod omnia illa fuerint aurea argentea-ve, aut istis metallis adornata, quomodo de Persis scribit Dio Chrysostomus, orat.2. de regno, eos solitos habere χρυσᾶ φάλαρα καὶ χαλινά, *phaleras frænosque ex auro*) omnemque exercitum pretiosè armatum, & (quæ verba præcipuè notanda) insignibus argenteis & aureis florentem. Valerius verò, libri noni capite primo, ait exercitum ejus, cœcam amentemque ipsius luxuriam imitatum, magna ex parte aureos clavos crepidis subjectos habuisse, argenteaque vasa ad usum culinæ comparâsse, ac tabernacula textilibus sigillis adornata statuisse. Quibus consideratis, nemo mirum judicare debet, quod nos de coronis gemmatis dicimus, quæ in exercitibus Regum Syrorum signis militaribus pro ornamento additæ, ipsæ-ve per se, hastilibus impositæ, signorum vice functæ fuerint. ac propterea statuimus, ista Zachariæ verba, *ki abne nezer mithnosesoth al admatho*, eundem sensum habere, acsi planis verbis dixisset, In bellis illis, quæ Judæis à Seleucidis Syriæ Regibus inferentur. Unde porro apparet, veram ac genuinam verbi נסס significationem æquè hic apud Zachariam, ac in reliquis locis, congruam esse; proindeque Kimchio, & qui ejus expositionem sequuntur, in hoc loco nihilo plus, quàm in illis, subsidii esse, ad fictitiam illam *elevandi* significationem isti verbo astruendam.

10. Nostram isto Zachariæ loco verbi מתנוססות interpretationem dedit etiam Tremellius, qui & in vocula כי nobis consentit, ita

totum

totum hunc locum reddens, *Quum lapides coronarii pro vexillis erunt in terra ejus.* ſed iſtam verſionem, omni ex parte probam, (ſubſtituendo duntaxat *ſignis* pro *vexillis*, *in terram* pro *in terra*) corrupit, atque à genuino ſenſu, cujus omnino capax eſt, in alieniſſimum detorſit, appoſito iſto ſcholio, *Quum trophæa, coronario opere cincta & lemniſcata, poſita fuerint, monumenta acceptarum à Deo liberationum.* Et Piſcator ac Tarnovius, quum Tremellianam iſtius loci verſionem retineant (niſi quod Piſcat. *quum* in *nam* non bene mutat) eandem quoque retinent explicationem : id quod de Vernaculis fecerunt etiam Diodatus, Amama, & Belgæ; qui tres in hoc tantum à Tremellio abeunt in vertendo, quod *pro vexillis erunt* mutaverunt in *elevabuntur pro vexillis*, *elevabuntur inſtar vexillorum : ſ'eleveranno per inſegna :* **ſullen als een baniere opgericht werden :** quomodo iſtum locum etiam vertit Angl.nova, **they ſhall be lifted up as an enſigne.** Sed interpretatio Tremellii ac explicatio ſimul ſtare non poſſunt ; & alterutrâ admiſſâ, alteram expungi neceſſe eſt. quippe ut daretur hebraicam vocem נס, cum *derivatis*, de *trophæis* quoque dici, latinam tamen *vexillum* certum eſt nullo modo poſſe accipi de iis, præſertim lapideis. itaque aut illa, *pro vexillis erit*, mutare debuit in, *pro trophæis* [vel, *pro monumentis*] *erit :* aut ſi retinet, minimè eo trahi poſſunt, quò ab ipſo trahuntur; quum latum ſit inter *vexilla* ac *trophæa* intervallum. Sed & aliunde iſta explicatio diſplicet ; quia nimirum videtur ignotus fuiſſe Judæis trophæorum uſus. ſiquidem in numeroſa illa mentione ſtelarum ſeu columnarum, in alicujus rei monumentum erectarum, nuſquam de ulla ob victoriam partam ſtatuta legimus.

11. Græci in interpretanda iſta periocha, præter errorem in voce נזר, de quo ſupra diximus, alterum quoque admiſerunt in verbo התנוםם, de quo hic præcipuè quærimus, idque perquam ineptè *κυλίεσθαι, volvi, volutari*, verterunt : *διότι λίθοι ἅγιοι κυλίον*[ται] *ἐπὶ τῆς γῆς αὐτοῦ.* Syrus verò, Græcos in vertendo נזר ſecutus (itidem ac Hieron.) התנוםם longè aliter quàm ipſi, ſed nihilo melius tranſtulit, putà verbo שדא, quod *jacere, projicere*, itemque *conjicere, jaculari* ſignificat מטל דכאפא הוי קדישא ושרין הוי בארעא : *quia lapides ſancti fuerunt, qui projecti* [aut, *conjecti*] *fuerant in terram.* Etiam Chaldæus in transferenda hac periocha infeliciter ſe geſſit ; & quemadmodum penitus diſcedit à verbis, ita veri ſenſus quoque ne veſtigium quidem repræſentat, ארי יבחרנון כאבני איפודא ויקרבנון לארעהון , *quia ſeliget ipſos tanquam gemmas epomidis* [*archieraticæ*] *ipſoſque adducet in*

 terram

terram suam. Non defuerunt etiam, qui התנוסס à נוס sive נס, *fugio*, deducerent; unde Hieronymus in commentariis, *Pro eo quod nos diximus, elevabuntur, potest interpretari vagantes sive fugientes.* atque ab ea mente est illud ejusdem Hieronymi, in verbis supra §.4. ex ipso allegatis, *per diversa fugientes*, quum tamen ibi alteram significationem, *elevandi*, præcipuè sibi sequendam proposuerit: quomodo & alibi in commentariis solet duas diversissimas eidem vocabulo significationes tribuere, atque utramque (quanquam id nec textus, nec sana ratio patitur) simul usurpare: cujusmodi confusam atque ἀδόκιμον exponendi rationem etiam aliis Interpretibus haud insuetam esse, plus semel conquesti sumus. Ista autem expositio, qua התנוסס hic à נוס deducitur, omnino prava est, quum nullus inde conveniens sensus elici queat, neque lapidibus fuga aut vagatio, nisi summa cum absurditate, attribui: quod non vidisse Hieronymum, ii tantum mirabuntur, qui nescient, nullum esse tam insubidum tamque ineptum Græcorum interpretamentum, unde ipse, quoties libuerit, commodum aliquem (ut quidem ipse putat) sensum non excudat: cujus generis exemplis commentarii ipsius in Prophetas ubique sunt referti.

CAPUT VIII.

In Psalmi 110. *versu* 3. *vertendo multi magnique errores commissi à Græcis Interpretibus.* 2. *Syriaca ejusdem versus translatio.* 3. *Syriaca versio in nonnullis Hebraicæ Veritati contra Græcos suffragatur; in aliis unà cum Græcis errat: in quibusdam ab utrisque discrepat.* 4. *Chaldaica istius versiculi paraphrasis ab Hebraicorum verborum sensu quàm longissimè discedit.* 5. *Hieronymi translatio Hebraicæ Veritati contra istos alios insigniter astipulatur, uti & Aquila, Symmachus, ac V. Editio.* 6. *Variæ significationes nominis* נדבה. *Amos* 4.5. קראו נדבות השמיעו *obiter exponitur.* 7. נדבה *crebro idem valet, quod τὸ ἑκούσιον, unde* בנדבה *pro* sponte, ἑκουσίως, *sumitur.* 8. נדבה *pro* בנדבה *positum Deut.*23.23. 9. *Idem quoque factum Hos.*14.5. 10. *Quam vim habeat* נדבות *hic Psal.* 110.3. *& quomodo totum hoc comma* עמך נדבות *intelligendum sit.* 11. *Opinio eorum, qui putant* plurale *intendere significationem, &* עמך נדבות *plus valere, quàm si* עמך נדבה *dictum esset, examinatur.* 12. ביום חילך *exponitur.* 13. עם *hic, ut alibi sæpe,* copias militares

militares *significat.* 14. *Sensus istorum verborum* עמך נדבות *ביום חילך amplius declaratur.* 15. *Eundem sensum, quem nos isti membro tribuimus, etiam alii nonnulli Interpretes viderunt.*

PSalmi 110. versus tertius, ita se habens in Hebræo, עמך נדבות ביום חילך בהדרי קדש מרחם משחר לך טל ילדותך, pessimè tractatus fuit à Græcis Interpretibus, qui eum sic converterunt: *μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου, ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου· ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐξεγέννησά σε· tecum principatus in die potentiæ tuæ, in splendoribus sanctorum tuorum. è ventre ante luciferum genui te.* quæ interpretatio ne umbram quidem veri sensus, verbis hebraicis comprehensi, exhibet, variisque ac magnis erroribus scatet. præterquam enim quod tribus vocibus, עמך, נדבות, ac משחר, prava puncta addiderunt (pro עמך legendo עמך pro נדבות, נדבות, acsi esset *abstractum* à נדיב, *princeps*, quod tamen nusquam alibi in tota Scriptura occurrit: & משחר pro משחר) etiam in ipsas voces vocumque literas graviter peccaverunt, tum ילדותך transformando in ילדתיך, ac קדש in קדושיך, tum duo integra vocabula in totum prætereundo.

2. Sed & Syrus, quanquam in diversis Græci Interpretis erroribus veræ hebraici textus lectioni suffragatur, nec ipse tamen hunc versum bene transtulit, variaque in eo transferendo errata admisit, partim cum illo communia, partim sibi peculiaria. Versio ejus ita habet, עמך משבחא ביומא דחילא: בהדרי קודשא מן מרבעא: מן קדום לך טליא ילדתך: Prima verba Erpenius transtulit, *Tecum [erit] splendidum*, acsi Syrus cum Græcis pro עמך legisset עמך; in quo lapsum fuisse doctissimum virum, certus sum. quanquam enim עמך in Syriaca lingua, æquè ac in Hebraica, absentibus punctis ambiguum est, & tam *tecum*, quàm *populus tuus*, potest significare; posterior tamen significatio hic locum nequaquam habet, tum ob alias rationes, tum ob adjunctum nomen משבחא. quippe *adjectiva participialia*, quale hoc est, non solent ita absolutè, ac pro *substantivis* poni, quomodo positum hic Erpenius voluit. Et sanè ipsi Syri עם, hic non pro *præpositione* habent, sed pro *substantivo*, uti apparet è Gregorio, qui ista verba, עמך משבחא ביומי דחילא, ita exponit, דהימנו בך ונקפוך במאתיתך דתרתין משבחא עבד אנת להון, *illos qui in te crediderunt, atque tibi adhæserunt, gloriosos reddes tempore adventus tui secundi.* & mox ad verba illa, מן מרבעא, rursus ista habet, דמעמודיתא נתקים לך הנא עמא משבחא *[ab utero] baptismi constituetur tibi populus iste gloriosus:* è quibus satis apparet, עמך, non rectè hic ver-

 sum

sum ab Erpenio. cui nec in eo assentiri possumus, quòd מִנְקֶדֶם, vertit *ab oriente*. quum potius *ab initio*, vel *olim, antiquitus*, vertere debuerit: quippe hæc vox passim id significat, quod nos dicimus: illud verò, quod ipse putavit hic significare, nunquam. Itaque etiam Gregorius מִנְקֶדֶם exponit, מִן מְתוּם וּמִן עָלַם, *ab olim & ab æterno*. & præterea לָךְ puto hic non *dativum* formare, ut ipsi visum fuit (quum ille *dativus* hic sit valde importunus, sensumque valde inconcinnum reddat) sed *accusativum*, repetitum mox in *affixo*, ut לָךְ ילדתך, nihil aliud valeat, quàm si simpliciter לָךְ ילדת, vel ילדתך, scriptum esset: cujusmodi *pleonasmus* Hebræis pariter atque Syris valde est familiaris.

3. Syriaca igitur istius versiculi translatio ita Latinè sonat, *Populus tuus gloriosus est in die potentiæ, in decoribus sanctitatis ab utero. inde olim te puerum genui.* & Hebraico quidem textui contra Græcos in eo suffragatur, quòd עמך non עמך legit; & קדש, non קדשיך: ac duo illa vocabula לך טל nequaquam omisit. cum Græco autem pariter erravit, mutando ילדותך in ילדתיך, ac מ in משחר, habendo non pro litera *heemantica*, sed pro *præpositione*; cui tamen non eandem significationem ac Græcus Interpres (qui pro *ante* accepit) sed aliam ac vulgatiorem assignavit: sicuti & ipsum שחר aliter quàm ille, & alienius, transtulit. שחר enim, quod *auroram* propriè significat, possis non absurdè *luciferum* interpretari (sicuti non modò hic, sed & Jobi 38.12. Sept. fecerunt) quum luciferi ortus auroram comitetur. ast quare per id intelligatur *olim* vel *antiquitus*, ratio non est in promptu. multoque etiamnum est obscurius, quomodo hic טליא, *puerum*, invenerit, quum Hebraica vox טל, cui istam opposuit, literarum quidem & soni vicinitate ipsi sit affinis, significatu autem dissimillima; puer autem hebraicis vocabulis multum à טל discrepantibus נער & ילד dicatur. Ab utroque etiam dissentit in eo, quòd נדבות vertit משבחא, *gloriosum*; quod interpretamentum sensum quidem commodiorem efficit, quàm illud Græci, ipso tamen magis est mirabile. Græcus enim in transferenda hac voce ita erravit, ut videamus tamen quid secutus sit, atque erroris occasio inspicienti verba Hebraica statim se det in conspectum. ast Syrus quid pro נדבות legerit, unde illud suum משבחא, exsculperet, ne divinare quidem possumus: ut putem eum, quum nequaquam intelligeret, quid נדבות sibi vellet, proprio arbitrio pro ea substituisse id quod ad sensum maximè accommodatum judicavit. *Affixum* quoque in חילך, quod & Græcus exhibuit, malè ab ipso omissum fuit. Tandem, quum Græcus ritè, atque

atque convenienter Hebraico, ἐν χερσὶ sequentibus, non antecedentibus copulet, Syrus contra præcedenti membro id connectit, sicuti apparet non tam ex distinctionibus appositis (quarum in ista Editione non magna ratio habenda est, quum passim totis Bibliis ea variis modis perperam posita deprehendatur) quàm ex commentariis Gregorii, qui adnotat, pro בהדרי קודשא מן מרבעא, in Græco tantùm esse בנציחותא דקדישא: pro illis autem verbis, מנקדים לך טליא ילדתך, in Græco haberi, מן כרס׳ קדם כוכב נוגהא ילדתך.

4. Chaldæus uti alibi passim in his libris, atque uti in reliqua hujus Psalmi parte, ita in hoc quoque versu non Interpretem egit, sed paraphrasten. ita enim vertit, עמך דבית ישראל דמתנדבין לאורייתא ביום אגחות׳ קרבא תסתיע עמהון בשבהורי קודשא· רחמין דאלהא יתתרהבון לך איך נחתת טלא יתבון לרוחצן תולדותך, *Populus tuus Israeliticus, qui prompto animo se addicunt legi, die commissionis prælii auxilio tibi erunt cum decoribus sanctitatis. misericordiæ Dei properabunt ad te, sicut descensus roris. progenies tua habitabit in tuto.* Quin paraphrasis hæc quàm longissimè abeat à mente Davidis in hoc versu, non licet dubitare. clarè tamen ex ea apparet, autorem ejus verba hebraica eadem, atque cum iisdem punctis legisse, ac à nobis leguntur, exceptis duobus illis מרחם משחר, quæ utraque videtur habuisse pro *participiis*, מרחם, משחר, ac cum טל construxisse, & לך habuisse pro *accusativo*, qui ab iis regeretur, *Ros te commiseratur, ac tui studiosus est*; quam portentosam sententiam, ex portentosa illa lectione exurgentem, emollire conatus est substitutione istorum verborum, *Misericordiæ Dei ad te properabunt sicuti descensus roris*. quod si quis miretur, unde hauserit illud, *habitabit in tuto*; quanquam fieri potest, uti planè de suo apposuerit, sicuti paulo ante ista, *auxilio tibi erit*: credibile tamen est eum putâsse, לך טל semel quidem hic posita, bis tamen intelligenda esse, ac proinde sicuti ea construxit cum מרחם משחר, ita ea quoque cum ילדותך (per quod vocabulum putavit progeniem significari) construxisse: sicuti sanè non desunt exempla, ubi vocabulum unum alterumque, in medio duarum sententiarum positum, utrique ex æquo inservit. Quod si cui videtur iste Paraphrastes aliud, quàm quod nos dicimus, secutus, cum eo non contendemus; quum immanis illa licentia, ab eo per totum hunc versum usurpata (qualis in quovis profano scriptore, multoque magis in Divinis Oraculis intolerabilis est) indignum eum reddat, cujus ulla ratio habeatur; ut propterea laborandum minimè sit in pervestigando,

quid

quid eum ad versum hunc ita vertendum, aut potius pervertendum, induxerit.

5. Hieronymi verò translatio, *Populi tui spontanei erunt in die fortitudinis tuæ in montibus sanctis; quasi de vulva orietur tibi ros adolescentiæ tuæ:* quanquam genuinum Hebraici textus sensum non satis rectè exprimit (quod infra fiet manifestum) apertè tamen convincit, eodem modo, non quoad voces tantum & literas, sed & quoad vocales, eum legisse Hebraica, ac nos hodieque legimus; duobus duntaxat demptis, quòd & *daleth* per imprudentiam sumendo pro *risch*, הדרי *decores* mutavit in הררי *montes*, & משחר habuit pro *participio* (pro משחר legendo מְשׁחר, quod & Chaldæum fecisse, modò dicebamus) & quidem cum significatu à nomine שחר ducto (acsi dicas *aurorare*, quod quia minus latinum erat, *synonymum oriri* pro eo supposuit) quem tamen nusquam habet hoc verbum in tota Scriptura, ubi sæpius occurrit. quantum verò ad *particulam* [*quasi*] attinet; quum ea non rarò in Hebræo desideretur (quod alibi multis exemplis docemus) potuit eam hîc quoque omissam putare, ac propterea de suo apponere, tametsi in Hebraico eam non inveniebat. Cum Hieron. autem etiam Aquila, Symmachus, & V.Editionis author sinceritatem Hebraici textus, in posteriore parte hujus versus (in qua duntaxat ipsorum fragmenta habemus) confirmant, atque contra corruptelas à Septuag. aliisque in eam invectas pro ea stant lectione, quæ à primis temporibus ad nos derivata, in nostris codicibus conspicitur; excepto tantùm unico lapsu in voce מִשׁחר, cujus *mem* Aquila pro *præpositione* videtur habuisse, & מִשׁחר pro מְשׁחר legisse: quum Symm. & V.Edit. in hoc quoque id, quod rectum est, tenuerint, neque aliter eam vocem, quàm à nobis legitur, legerint: sed à Symmacho appositâ de suo *particulâ similitudinis*, itidem ac ab Hieron. qui id (ut alia quamplurima) ab eo sumpsisse est putandus. Fragmenta ita se habent: Aq. ἀπὸ μήτρας ἐξ ὀρθρισμοῦ σοι δρόσος παιδιότητός σου, *ab utero, à diluculo, tibi ros pueritiæ tuæ:* Symm. ἀπὸ μήτρας ὡς κατ᾽ ὄρθρον σοι, δρόσος ἡ νεότης σου, *ab utero tibi* [*fuit*] *sicut tempore diluculi: ros* [*est*] *adolescentia tua:* V.Edit. ἐκ μήτρας ἐπὶ ὄρθρου σοι δρόσος ἡ νεότης σου, *ex utero diluculo tibi ros adolescentiæ tuæ:* quæ fragmenta siquis cum Hebraico conferat, verum id esse, quod nos paulo ante dicebamus, clarissimè deprehendet.

6. Postquam de verbis textus hebraici, ac de vera eorum lectione, contra nonnullorum depravationes, quod satis est diximus, nunc ad ipsum sensum eruendum accingamur. Et in priore quidem hemistichio

ſtichio minus tenebrarum reperiemus, quum genuinum ejus ſenſum multi jam Interpretes aperuerint. in poſteriore autem (cujus ergo præcipuè hujus verſus enarrationem ſuſcepimus) omnia inveniemus involutiora; quum nemo adhuc Interpretum, ſaltem Recentiorum, ejus mentem aſſecutus ſit, quod ad integrum quidem attinet. nam quaſdem partes ejus nonnulli ſic ſatis perſpexerunt. Nomen נדבה, cujus *plurale* in primo hujus verſiculi commate ponitur, ſæpe ſignificat *ſacrificium voluntarium*, quod à mera afferentis voluntate pendet, nullâ neceſſitate aut lege id exigente: qualia ferè erant, quæ vel ad obtinendum aliquod à Deo beneficium, vel ad agendas pro receptis beneficiis grates offerebantur. hoc ſenſu invenitur Levit. 7.16. & 22.18,21,23. Num.29.39. Deuteron.12.17. item Amos 4.5. קראו נדבות השמיעו, in quo loco (ut obiter eum explanemus) קרא valet *κηρύσσω, per præconem edico, indíco*, itidem ac Exod.32.5. 2 Reg. 10.20. Jerem.36.9. Joel.1.14. aliiſque multis locis. השמיע autem vel *convocare* ſignificat (ut Jerem.50.29. & 51.27.) q.d. *convocate populum ad celebranda iſta ſacra:* vel potius eſt *ſynonymum τȣ͂* קרא, ac *divulgare, proclamare, publicare* denotat, ut Eſa.52.7. & Nehem.8.15. quare optimè cum Steph.& Merc. verteris, *Indicite voluntaria ſacrificia, & promulgate:* vel cum Calv. *Indicite voluntarias oblationes, publicate.* & Caſtalionis quoque interpretatio, *voluntaria ſacra proclamantes nunciate*, ſi augeatur unicâ ſyllabâ, ac pro *nuntiate* reſcribatur *denuntiate*, bona erit. unde apparet quàm immaniter errarit Syrus, qui iſta vertit נדורו נדרא ושלמו, *vovete vota, eaque perſolvite*; itemque Chaldæus, qui ſic ea reddidit, ומייתין לה בזמר ואמרין דין לרעוא, *idque [ſacrificium] adferunt cum cantu muſico, aiuntque id [Deo] acceptum eſſe:* quæ interpretationes vix umbram retinent hebraicorum verborum, quorum manifeſtiſſima veſtigia deprehendas in Græca verſione, quanquam & ipsâ non uno modo vitiosâ, nulliuſque boni ſenſus capace, καὶ ἐπεκαλέσαντο ὁμολογίας· ἀναγγείλατε, *& invocaverunt confeſſiones; annuntiate.* Interdum verò latius ſumitur נדבה pro quocunque munere aut donario, quod ſponte aliquis largitur; uti liquet Exod.35.ver.29. Eſd.1.4. & 8.28. quibus addi quoque poſſunt Deut.16.10. 2 Paral.31.14. & 35.8. itemque Pſal.119.108. נדבות פי רצה נא יהוה, quod tamen commodè ad priorem claſſem referri poteſt, ut hymni ac gratiarum actiones vocentur *voluntaria oris ſacrificia* ſimili modo, ac alibi preces grateſque ſacrificiorum nomine indigetantur. *Liberalitatem* quoque aliquando denotat נדבה, ut Pſal.68.10. גשם נדבות, *pluvia liberalitatum*, i.e. *liberalis*; & per

liberalem

liberalem pluviam intelligenda est *larga & copiosa*, quomodo tum alii nonnulli Interpretes, tum Steuch. Tremel. ac Pisc. hunc locum (quem aliàs exactius enucleabimus) nobiscum intelligunt.

7. Præter autem ista omnia נדבה significat idem, quod Græci τὸ ἑκούσιον vocant, i.e. *promptitudinem animi voluntariam*, sive animi propensionem atque alacritatem, qua quis non coactus, ulla-ve necessitate adductus, aut invitus, sed per se ac sponte, suaque ipsius voluntate, non modò ad offerendum aut donandum quippiam, sed & ad quidvis aliud faciendum fertur atque accedit: unde præposito *beth* (cujus ope pleraque *adverbia*, habitum aliam-ve qualitatem significantia, formant Hebræi) בנדבה planè idem valet, quod Græcis ἑκουσίως, nobis *sponte* vel *voluntariè*. exemplum habemus, Num. 15.3. לפלא נדר או בנדבה, *solventes votum, aut* [*alioqui*] *sponte*. Hieron. paraphrasticâ licentiâ בנדבה reddidit *sponte offerentes munera*, duobus posterioribus vocabulis de suo additis. pressius autem ac melius Græci, καθ' ἑκούσιον. Sic Psal. 54.8. בנדבה אזבחה לך. ubi & Græci ἑκουσίως reddiderunt, & Hieron. *voluntariè*, quod retinuit etiam Pagninus. Arias autem eo rejecto substituit *in devotione*, quomodo etiam Num. 15. reddidit, atque aliis multis locis נדבה *devotio* transtulit, etiam ubi pro *sacrificio voluntario* sumitur, translatione valde ineptâ. namque & *devotio* iis, qui latinè loquuntur, longè aliud est quàm נדבה aut τὸ ἑκούσιον. & si utrumque planè idem esset, tamen בנדבה *devotè* potius quàm *in devotione*, & נדבה, ubi de sacrificio dicitur, *sacrificium devotum*, non *devotio*, transferendum erat. sed solenne est Ariæ passim ita impingere, ac persæpe iis, quæ ritè Pagnin. transtulit, submotis, prava ac nihili interpretamenta in eorum locum inducere: de quo & Drusius plus semel conqueritur. Sciendum tamen est, נדבה Psal. 54. posse significare *voluntarium sacrificium*, ita ut *beth* formet *accusativum*; quod sæpe contingere, supra alicubi monuimus: & sic hunc locum acceperunt Tigurini, vertentes, *voluntarium sacrificium faciam tibi*: quarum expositionum utram eligas, nihil ad sensum interest, cum ille sub utravis eodem prorsus recidat.

8. Interdum verò ipsum נדבה *adverbialiter* sumitur, non additâ præpositione, sed subintellectâ (quod & in aliis fit quandoque) ut Deut. 23.23. כאשר נדרת —— נדבה. ubi Græcus ac Syrus נדבה habuerunt pro nomine. quippe ille vertit δόμα (qua voce & 2 Paral. 31.19. hebræum נדבה interpretatus est) iste verò פורשנא, quod vocabulum passim ab eo adhibitum ad interpretandum נדבה, præsertim in iis locis, ubi *munus* aut *sacrificium voluntarium* significat, minus

nus idoneum est, nimisque latè patet, utpote quod ad transferendas quoque voces תרומה & תנופה ubique ferè ab eo usurpatur, sicuti & verbo פרש, à quo illud nomen derivatur, verba hebraica הרים & הניף solet reddere: quum propriè פרש *secerno, separo, segrego, distinguo,* & פורשנא *separationem, distinctionem, discrimen,* denotet. Cum istis faciunt etiam Pagn. & Tremell. quorum ille *spontaneum,* hic verò *voluntariam oblationem* transtulit. Sed nobiscum sentit Hieronymus, qui כאשר נדרת נדבה reddit, *sicut propriâ voluntate promisisti:* similiterque Tigur. Munst. ac Castal. נדבה hic ex mente nostra transtulerunt, *sponte: voluntariè: sponte tua:* itidemque Osian. *propriâ voluntate,* i.e. *sponte, non coactus.*

9. Etiam Hos. 14. 5. in commate isto, אהבם נדבה, *adverbialiter* sumitur נדבה, quod agnoverunt Græci, qui tamen inscitè verterunt ὁμολόγους (sicuti nunc legitur, non in aliis modò Editionibus, sed & in Romana) vel ὁμολογουμένως quomodo legit Hieron. id est, eodem interpretante, *manifestè, perspicuè, apertè, absque ulla dubitatione.* Syrus aliter, sed nihilo melius, וארחם נדריהון, *& diligam vota eorum:* quæ interpretatio tolerari posset, si pro אהבם נדבה scriptum esset אהב נדבתם, cum qua lectione quodammodo stare posset etiam Chaldaica versio, ארחמנון כד נתובון בנדבה, *diligam eos quando pœnitentiam agent sponte,* quæ nunc defendi nullo modo potest. Pro certo enim istorum verborum sensus est is, quem in comment. affert Raschi אוהבם בנדבת רוחי אע"פ שאינן ראויין לאהבה אתנדב לאהבתם, *Diligam eos voluntariâ propensione mentis meæ: & quanquam non sunt amore digni, sponte ferar ad eos amandos:* & Kimchi, אאהבם אהבת נדבה מלב טוב, *diligam eos amore voluntario animitus,* quod confirmat etiam Hieron. qui vertit, *diligam eos spontaneè.* Et Recentiores quoque cuncti, quod sciam, tam Latini, quàm Vernaculi (solo excepto Tremellio, qui vertit, *Amabo eos [populum] voluntarium,* acsi נדבה pro עם נדבה scriptum esset, quæ *ellipsis* nimis dura mihi videtur) consentiunt נדבה hic *adverbialiter* sive pro בנדבה positum esse (sicuti Tremellius in commentario separato ipse quoque נדבה habuit pro *adverbio,* transferens, *diligam eos liberaliter*) quanquam significationem non omnes eandem sequuntur. quippe Pagn. Munst. Riv. vertunt, *ex liberalitate:* Tigur. *liberalissimè:* Steph. Castal. Arias, *ultro:* Merc. & Osian. *spontaneè:* Oecol. *spontaneâ dilectione:* Junius, *benevolentia:* (quomodo etiam Tarn. vertens, id porro explicat, *promptâ animi voluntate, sponte, ultro, voluntariè*) Piscat. Drus. *voluntariè.* Calvinus ambigit, *sponte,* an *liberaliter* vertere potius sit. & certè

certè non valde clarum est, utrum alteri præferendum sit, quum utrumque egregiè huic loco quadret, vel ut Deus dicatur velle suos effuso amore prosequi (ita intelligendi ii, qui vertunt *liberaliter, ex liberalitate:* & ita id explicat Calvinus) vel *gratuitò*, qui alterius interpretationis senius est. Ego tamen putaverim, posteriorem expositionem potius amplectendam, atque hæc ita intelligenda, ut dicatur Deus se velle populum suum amare *ultrò, nullis ipsorum meritis provocatum*, ut Mariana explanat; concordans cum Calvino, qui *sponte* explicat *gratis, quia causam in nobis non reperit, sed indignos amore prosequitur.* Aliud quidem est, *sponte* aliquid facere; aliud, *gratuitò atq; in immerentem.* rectè tamen ex eo, quòd Deus ad amandum dicitur accedere sponte suâ ac per se, propriâque voluntate motus (*κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ· τῷ θελήματι αὐτοῦ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν ἑαυτῷ· κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ·* quibus phrasibus utitur Paulus Ephes.cap.1. versibus 5,9,11.ad exprimendum id, quod per בנדבה indicare voluit Hoseas) apertè innuitur, ipsum in iis, quos amore suo dignatur, non invenire invitamenta atque merita, quibus ad ipsos diligendos illiciatur atque provocetur. quippe sicuti uno respectu *sponte* facere intelligitur, qui liberè ac non coactus; ita altero respectu etiam is *sponte* facit, qui non illectus neque obligatus.

10. De significationibus nominis נדבה eam, quæ postremo sive quarto loco à nobis fuit adducta (quæ & primaria est, utpote à qua reliquæ omnes fluunt) huic loco עמך נדבות quadrare, ipse orationis contextus planum facit, atque Interpretes consentiunt; quorum major pars cum Hieronymo *populus spontaneus*, alii *ultroneus*, nonnulli verò *voluntarius* (quod utroque isto melius est ac latinius) transferunt. Steuchus & Geneb. נדבות habent pro casu recto (vertunt enim, *populi tui promptitudines: populus tuus voluntas*) & Kimchi pro *ablativo*, ut נדבות positum sit pro בנדבות eodem pacto, ac נדבה pro בנדבה ponitur in duobus illis locis, quos modò adduximus. quippe sic hoc comma *μεταφράζει*, באו עמך אליך בנדבה, *populus tuus sponte venit*, quibus ipsis verbis Pagn. quoque usus est in commate isto interpretando, etiam Marian. similiter transferente, *populus tuus spontaneè* [*tibi aderunt.*] Sed verius est, נדבות esse *genitivi* casus, atque regi ab עמך, sicuti plerisque Interpretibus visum fuit; qui & rectè nomen hoc in *adjectivum* mutaverunt: quandoquidem in sermone Hebræo *substantiva* sic usurpata solent *adjectivorum* vicem præbere, quod vel tironibus notum est. neque obstat hic *affixum*, quum etiam ubi duo nomina immediatè cohærent, *nomen regens* recipiat *affixum* (sicuti

(sicuti supra in hoc capite multis exemplis probavimus) ac proinde multo magis id locum habet, ubi *verbum substantivum* (vel expressum, vel, uti hic, subintelligendum) inter ea intercedit. Sic Psal.119. legimus, ותורתך אמת, vers.142. וכל מצותיך אמת, ver.151. כל מצותיך צדק, vers.172. יהי דרכם חשך, Psalm.35. vers.7. והיתה מנחתו כבוד Esa.11.12. ונפש בוגדים חמס, Pro.13.2. צדק משפטיך, Psal.119.75. צדק עדותיך, vers.144. in quibus duobus posterioribus nominum situs est permutatus. Quod autem putant nonnulli, in omnibus istis esse *ellipsin*, ac ut plena sit oratio dicendum, מצותיך מצוות אמת, תורתך תורת אמת, ac reliqua ad eundem modum (è qua mente Junius præsentem locum transtulit, *populus tuus populus voluntarius*, similiterque Genev. *ton peuple sera un peuple plein de franc vouloir*) id nobis non probatur; putamusque *pleonasmum* esse potius, ubi nomen ita repetitur, quam defectum, ubi tantum semel ponitur, quod utplurimum fieri solet.

11. Sunt porro qui putent, עמך נדבות plus valere, quàm si in *singulari* עמך נדבה dictum esset, & *plurale* adhibitum ad intendendam significationem. ita senserunt Tigur. Tremel. & Piscat. qui transtulerunt, *Habes promptissimum populum: populus tuus aderit maximè omnium voluntarius: populus tuus erit summè voluntarius:* eandemque hic esse *pluralis* vim etiam Tarnovius in comment. & in Exercit. ac Amama in Antibarb. putant. & fieri potest, ut istorum sententia sit vera. hoc tamen scio, minimè perpetuum hoc esse, ut in ejusmodi locutionibus *plurale* habeat vim *superlativi*, sed plurimos esse locos, ubi nihilo plus significat, quàm si *singulare* adhibitum esset, sicuti satis evincunt ista exempla è libro Proverbiorum: cap.12.17. עד שקרים, Hieron. *qui mentitur*, Syr. סהרא דעולא, Pagnin. *testis mendax*. cap.20.6. איש אמונים, Græci ἀνὴρ πιστός, Syrus גברא מהימנא, Hieron. *vir fidelis*, Pagn. *vir verax*. cap.26.21. איש מדינים, Græci, ἀνὴρ λοίδορος, Hieron. *susurro*, Pagnin. *vir contentiosus*. cap.12.2. איש מזמות, Græc. ἀνὴρ παράνομος, Syr. גברא עולא. cap.10.31. לשון תהפכות, Syr. לשן הפכיא. cap.16.28. איש תהפכות, Græc. ἀνὴρ σκολιός, Syr. גבר' עגלא, Hieron. *homo perversus*. cap. 29.4. איש תרומות, Hieron. *vir avarus*. Jam sicuti in omnibus istis *plurale* non format *superlativum*, sed *positivum* duntaxat (ita quidem ut ne possis quidem in plerisque eorum *positivo* substituere *superlativum*, quin oratio evadat valde inconcinna) ita etiam in præsenti loco possumus נדבות *voluntarium* simpliciter interpretari.

12. Quanquam autem plerique Interpretes vim vocis נדבות

satis viderunt, ipsorum tamen nonnulli parum exploratum habuerunt sensum, quo hic adhibetur. quia verò ejus intellectio partim pendet à sequenti membro, ביום חילך, id prius enucleabimus, quàm illam exponamus. Cum Græcis, Syro, & Hieronymo etiam Pagn. Cajet. Steph. Mariana, & Anglica nova חיל accipiunt in eo significatu, quo *synonymum* est τῶ כח & גבורה, ac *potentiam* vel *robur* interpretantur. Luth. verò & Osian. חיל *victoriam* transferunt, neque multo aliter Zuing. & Italus *triumphum*. Melius istis Castal. & Steuchus, quorum hic *bellum*, alter *expeditionem* vertit; quorum neutrum tamen satis exactum est, quum neque *bellum* propriè, neque *expeditionem* unquam ista vox significet. isti tamen proximè accedunt ad veram notionem, quam hoc loco ista vox habet. quippe חיל hic, ut alibi sæpissimè, significat *copias* (quomodo verterunt Tigur. Castal. Buc. Tarn.) sive *exercitum*, uti Munst. Calv. Marin. Pisc. Buxtorf. Schind. Amama, Riv. & magno consensu Vernaculi ferè omnes, reddiderunt. Porro *dies exercitus* seu *copiarum* non significat *tempus quo copiæ in expeditionem ducuntur* (quorsum id Tigur. acceperunt, vertentes, *cum educes copias tuas*: & Tremell. in notis, *die copiarum tuarum*, i.e. *die evangelii, quo tuorum aciem ducturus, & inimicos debellaturus es*: necnon Piscat. *die exercitus tui*, i.e. *tempore illo, quo Apostolos —— in orbem terrarum emittes, ut Evangelii prædicatione debellent Satanam*) neque *diem lustrationis sive recensionis copiarum*, quod aliis placuit: sed *tempus conscribendi exercitus*, quomodo id nobiscum intellexerunt Gallica utraque, Anglica vetus, & Diodatus, sic hoc membrum, ביום חילך, vertentes: *au temps d'assembler ton exercite: au jour que tu assembleras ton armee*: **at the time of assembling thine army**: *al gjorno che tu ordinarai il tuo esercito, c. quando tu raunarai o farai la rassegna del tuo esercito.* ac præivit nobis ad hanc expositionem Kimchius, qui ביום חילך exponit, ביום שעשית חיל להלחם בהם, *quo die exercitum conficies, ut cum ipsis ad bellum eas*: unde edocti etiam Agel. & Schind. ביום חילך vertunt, *quando exercitum colliges*: similiterque Geneb. & Tarnov. nisi quòd veræ huic expositioni etiam alteram illam alieniorem immiscent, *die quo potentiam & copias conficies ad inimicos oppugnandos: quando jam turmatim —— ad ædes tuas sacras convolabunt, & quando sua nomina sacra huic militiæ, cujus tu, O Christe, Dux atque Imperator summus, profitebuntur —— temporibus Evangelii revelati, quibus tuorum aciem ducturus, & inimicos debellaturus es.*

13. Notandum præterea est, עם non habere hic vulgatam illam suam ac notissimam significationem, sed positum esse pro eo, quod alibi

alibi (ut Josuæ cap. 8. aliquoties, & cap. 11.) עם המלחמה dicitur, & frequentiori phrasi אנשי המלחמה, id est, *ἄνδρες στρατιωτικοί, viri militares*, sive uno vocabulo *στρατιῶται*, *milites*: quam istius vocis vim nemo Interpretum videtur hic animadvertisse, præter Castal. qui עמך נדבות vertit, *copiæ tuæ voluntariæ erunt*. Et alibi tamen plus semel nomen hoc, ita per se atque absque ulla additione positum, *copias militares* sive *milites* significat (cujus rei ratio ex iis, quæ sequenti capite dicentur, facile colligi potest) ut Num. 20. 20. ויצא אדום לקראתו בעם כבד וביד חזקה. Deut. 20. 1. וראית סוס ורכב עם רב. Jos. 10. 33. ויכהו יהושע ואת־עמו. 1 Sam. 4. 3. ממך. ויבא העם אל־המחנה, Judic. 9. vers. 43. ויקח את־העם. 1 Sam. 30. vers. 21. ויצאו לקראת דוד ולקראת העם אשר אתו. 2 Sam. 1. 4. אשר נס העם מן המלחמה. 2 Sam. 10. vers. 13. ויגש יואב והעם אשר עמו למלחמה בארם. Præ cæteris autem insignis est locus 2 Reg. 13. 7. כי לא השאיר ליהואחז עם כי אם חמשים פרשים ועשרה רכב ועשרת אלפים רגלי, quo in loco Castal. (itidem solus, æquè ac in isto præ manibus) עם *milites* optimè reddidit; quod & fecit 1 Sam. 30. & 2 Sam. 1. & 10. (ita etiam interpretatus עם הצבא Num. 31. 32. ubi Hieron. vertit *exercitus*, quod & fecit Deut. 20. 1.) sicuti Num. 20. 20. בעם כבד *multis cum copiis*, & Josuæ 10. עמו *copias ejus*, & Judic. 9. העם *copias suas* (ubi Ste. *milites suos*) transtulit: quum alii plerique Interpretes indiligentiùs in omnibus istis locis *populum* simpliciter interpretentur.

14. Verba igitur ista עמך נדבות ביום חילך sic reddenda sunt, *milites habebis voluntarios, quando exercitum colliges*: cum qua translatione haudquaquam stare possunt eorum expositiones, qui per עם נדבות intelligunt populum promptum ad parendum, quique non coactus, sed libens Regis imperio se subjicit. ita hæc exponit Osiander, *populus tibi non coactus & invitus serviet, ut fit quando aliqui in servitutem rediguntur, sed populus tibi alacri & prompto animo serviet, tuaq; lege delectabitur*: & Junius, *ultro se & res suas omnes tibi addicturi & consecraturi sunt*: ac Mollerus, *Regna in hoc mundo parantur & constituuntur armis, & vi coguntur homines ad obedientiam uni homini præstandam. sed Christus habet populum non coactum gladio, sed verbo collectum. itaque audito verbo sponte se & cum alacritate adjungunt huic regi, ac cupide ei obediunt, sine simulatione, sine coactione, &c.* similiaque à Calvino, Riveto, aliisque afferuntur. Sed hæc expositio, etiamsi cum vi vocis נדבות apprimè congruit, adeoque principalem Prophetæ scopum sic satis repræsentat (quum certum sit hic agi de promptitudine illa, qua

Evangelium

Evangelium amplexi sunt populi, ac Christo se adjunxerunt) non tamen exprimit germanam hujus loci sententiam, neque *metaphoræ* seu *allegoriæ* hic usurpatæ vim assequitur; quum ea adhibita sit non à prompta obedientia, quam Regi exhibent subditi (id quod isti voluerunt, ob non satis percepta עם atque חיל vocabula) sed à promptitudine atque alacritate, qua Duci exercitum colligenti nomina dant homines, atque militiam sub eo appetunt suscipiuntque.

15. Vidit hoc nobiscum Diodatus, qui sicuti totum hoc hemistichium optimè interpretatus est, ita genuinum ejus sensum amplius atque egregiè enarrat isto scholio: *Dovendo tu da Jerusalem uscire per l' Evangelio, per soggioggare il mondo à guisa di capitano, i tuoi veri fideli veranno prontamente à mettersi sotto alle tue insegne per servirti in questa impresa; como fecero li Apostoli è fideli dopo la risurrettione è salita di Christo in cielo. Quum Hierosolymis exire debeas per Evangelium ad subjugandum mundum instar Ducis, veri tui fideles prompto animo aderunt ut sacramento tibi dicant, & sub te militent in ista expeditione: sicuti fecerunt Apostoli & Fideles post resurrectionem & ascensum Christi in cœlos.* Etiam Steuchus in comment. ad hunc Psalmum, & Schindl. in lexico, vocibus חיל & נדבה, hunc sensum adumbraverunt: *In die belli* [*vel expeditionis, aut exercitus*] *cum bellum gerere volueris, erunt prompta parataque corda populi tui. sponte populus tuus veniet, animoque propenso te sequetur: Quum bellum commiseris, exercitumque colliges, populus tuus erit spontaneus, promptusq; ac paratus, ut veniat tibi in auxilium, utque egrediatur tecum in bellum contra hostes.* Sed & Calvinus alteri isti expositioni verba immiscet, apertè huc spectantia: *Ubi suos colligere volet Christus, statim ad obsequium præsto erunt, licet violento impetu non cogantur——alacresq; ad jussa capessenda concurrent——& signo dato sistent se in conspectum.* Præivit autem iis R. Solomon, qui hunc locum sic enarrat, כשתאסוף חיל לרדוף אחריהם יתנדבו עמך ואוהביך לצאת עמך, *quando exercitum colliges ad persequendos eos, sponte tibi se offerent populus tuus ac diligentes te, ut tecum pergant:* neque multo aliter, sed brevius, Abenesra, עמך יתנדבו להלחם בעבורך, *populus tuus sponte parati erunt ad belli gerandum pro te.* pro בעבורך *pro te* melius dixisset עמך *tecum* [i.e. *ductu atque auspiciis tuis*] quomodo & loquitur postea, ubi alienam voci נדבות significationem affingens (quippe qua largum imbrem significari putat, ut נדבות *elliptice* positum sit pro גשם נדבות) cæteroqui verum hujus loci sensum probè exhibet, istis verbis, אם הוצרכת לעשות מלחמה עמך יבואו אליך ביום כגשם נדבות, *quando bellum tibi gerendum erit, populus tuus*

[ita

[ita potius interpretor, quàm *milites*, uti & paulo ante, quia puto Rabbinos, æquè ac alios Interpretes, veram istius vocis acceptionem non habuisse perspectam] *tunc ad te venient instar largi imbris.*

CAPUT IX.

Exercitus olim non conductitii, sed ex ipsis civibus confici soliti. 2. *Copia ista, Græcis* ἐγχώριοι *&* πολιτικαὶ *dictæ, duorum generum. unum genus, quando totius populi aut urbis Juventus omnis scribebatur.* 3. *Alterum ipsarum genus, quando delecti ex universa multitudine scribebantur; unde* Delectus *dictus.* 4. *Extra ingentes necessitates (in quibus nullæ vacationes valebant) Voluntariæ militiæ locum fuisse etiam in* πανδήμῳ στρατείᾳ. 5. *Diversis Historicorum testimoniis istuc confirmatur.* 6. *Militibus voluntariis locum præcipuè fuisse in Exercitibus, qui per Delectum conficiebantur.* 7. *Integri exercitus interdum è Voluntariis coacti. Etiam eos qui per Delectum scribebantur, potuisse certo respectu pro Voluntariis haberi.* 8. *Quid per allegoriam* militum voluntariorum *intelligendum sit in hac Prophetia, breviter declaratur.* 9. *Quæ sit vera mens proximi commatis (in versu 3. Psalmi 110.)* בהררי קדש : *&* קדש *hic non* sanctitatem, *sed* sanctuarium *significare.* 10. *Aliquot Interpretes nobis consentire in istorum verborum expositione.* 11. *Locus isti planè germanus,* בהדרת קדש. *Psal.29.vers.2. & 96.9. itidem malè à multis redditus.* 12. *Vernaculos ferè omnes, & de Latinis nonnullos, eum ritè interpretatos esse.* 13. *Per* הדרי קדש, decorum sanctuarium, *Arcem Sionis hic denotari.*

UT mentem istorum verborum, עמך נדבות, præcedenti capite enarratorum, ritè ac plenius intelligamus, ad veterem militiæ morem oculos referre debemus, non ad eum, qui in ejus locum successit, atque passim hodie apud Europæos usurpatur. Uti enim nunc apud nos res est, quum omnes exercitus mercenarii sint, & (quamdiu bellum durat) perpetui, ac plerumque magna, interdum etiam maxima ex parte extraneo milite constent; omnes ferè milites sunt mercenarii, atque ad militandum præmiis & mercede invitantur homines, non coguntur: exceptis duntaxat Britannicis hisce insulis, in quibus Rex jus illud obtinet, & quoties videtur usurpat, ut invitos quoque in militiam legat. Ast priscis temporibus longè alia erat belli gerendi

gerendi ratio, quando plerique Principes ac Res-publicæ vix ullos alios noverant milites, quàm suos subditos sive cives, quos necessitatis tempore exciebant, propriis sumptibus militaturos, & peracta expeditione rursus in sua dimittebant : qui mos non ad Orientem modò, sed & in Græcia, & apud Romanos per multa secula viguit : eumque apud suos desiisse, in Symmachico multis verbis conqueritur Isocrates, sic inter alia inquiens, ἐκεῖνοι μὲν, εἰ πολεμεῖν πρός τινας ψηφίσαιντο —— τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν ᾤοντο δεῖν κινδυνεύειν· ἡμεῖς δὲ —— ὥσπερ βασιλεὺς ὁ μέγας, μισθωτοῖς χρώμεθα στρατοπέδοις, *Illi [majores nostri] si bellum in aliquem decreverant, suis ipsi personis discrimina subibant : nos autem, instar Magni Regis, mercenariis exercitibus utimur.* Inter Parthos verò ac Persas suo etiamnum tempore duràsse hanc consuetudinem, scribit Herodianus, tum lib.3. Ὁ Παρθυαῖος ἐπιστελεῖν ἔφη τοῖς σατράπαις δύναμιν ἀθροίζειν. οὕτω γὰρ εἰώθει, ὁπηνίκα ἂν δεηθῇ στρατὸν συλλέγειν. τῷ μὴ ἔχειν μισθοφόρους καὶ συνεστῶς στρατόπεδον, *Parthus respondit, mandaturum se satrapis ut copias contraherent. sic enim solebat facere, quum exercitus ipsi colligendus esset, quippe non habens mercenarias neque permanentes copias*: tum libro sexto, ubi quum hunc militandi morem accuratè admodum describat, totum locum, quanquam paulo prolixiorem, hic apponam : οὐ γὰρ δὴ μισθοφόροις χρῶνται στρατιώταις οἱ Βάρβαροι, ὥσπερ Ῥωμαῖοι, οὐδὲ στρατόπεδα ἔχουσι συνεστῶτα καὶ μένοντα, πολέμου τέχναις ἐγγεγυμνασμένα, ἀλλὰ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν ἀνδρῶν, ἔσθ' ὅτε καὶ τῶν γυναικῶν, ἐπὰν κελεύσῃ ὁ βασιλεύς, ἀθροίζεται. διαλυθέντος δὲ τοῦ πολέμου, ἕκαστος εἰς τὰ ἑαυτοῦ ἐπανέρχεται, τοσοῦτον ἀποκερδήσας, ὅσα ἂν ἐξ ἁρπαγῆς αὐτῷ περιγένηται, *Non enim milite mercede conducto utuntur Barbari, sicut Romani, neque exercitus habent perpetuos ac permanentes, belli artibus exercitatos : sed omnis multitudo virorum, interdum verò & mulierum, colligitur, ubi Rex jusserit. transacto autem bello, quisque domum suam revertitur, tantum lucratus, quantum rapinis nancisci potuit.*

2. Copias istiusmodi (sive temporarias, uti plerumque ; sive permanentes, uti postea apud Romanos, qui temporariis & ipsi quoque diu usi fuerant) vocant Græci ἐγχωρίους & πολιτικούς, uti eas, quæ ex conductitio milite constant, μισθοφόρους, & (ob rationem initio hujus paragraphi delibatam) ξενικάς· quarum posterioribus scribit Polybius (lib.6.) solere Carthaginenses bella gerere, contra quàm Romani facerent, qui prioris generis milite uterentur. Erant porro subitarii illi exercitus, & qui sic pro imperio ex ipsis civibus colligebantur, duorum generum. Interdum enim omnis juventus, & quicunque in toto populo per ætatem ac valetudinem bello ac gerendis armis idonei erant, sacramento adigebantur ; quod minoribus civitatibus

ac

CAP.9. *Animadversionum sacrarum lib.2.* 209

ac Regulis valde frequens, quandoque etiam potentiores ac magnæ ditionis Principes usurpabant. namque Herodianus, qui in verbis novissimè allegatis ita loquitur, acsi Persarum Parthorum-ve Reges in omni bello id usurparent, vix videtur verisimilia narrare; sicut & illud valde dubium puto, quod mulieres quoque ait aliquando exciri consuevisse. Græci hoc vocant πανδημεὶ στρατεύεσθαι (phrasi passim in historicis obviâ) & Livius (li.7.ca.7.) de eadem re loquens, *Omne*, inquit, *Hernicum nomen, omnis militaris ætas excitur*: in qua narratione quòd stipendii, & quidem duplicis, mentionem facit, mirari nemo debet; quum apud eos, aliosque populos, idem usu venire potuerit, ac Romanis, apud quos miles ita scriptus cœpit tandem, decreto Senatus, *stipendium de publico accipere, quum ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset, ac in sua stipendia impensas fecisset*, inquit idem Livius lib.4.cap.59. ubi ista mutatio narratur. Alibi verò pro πανδημεὶ dicit Livius *totius urbis viribus*, uti lib.7.cap.11. ubi & in eundem sensum legimus, *omnes Juniores sacramento adactos*, quam phrasin & aliis locis quamplurimis in ista re adhibuit. In Sacris quoque frequens est mentio hujus στρατείας πανδήμου, sive (ut Hippocrates alicubi vocat) πασσυδίη, quæ eam exprimunt duobus modis. Aliquando enim dicuntur Reges in bellum proficisci את כל עמם, *cum omni populo suo* (i.e. cum omnibus iis, qui in populo ipsorum sunt ætatis militaris, atque ad bellum gerendum apti) cujus locutionis exempla habemus Num.21.vers.23. ac 33. & Jos.8.20. Alias verò dicuntur ad bellum pergere כאיש אחד (quod æquipollet latino *ad unum omnes*) ut Judic. 20.11. & 1 Sam.11.7.

3. Aliud istarum copiarum genus erat, quando non omnis simul juventus, sed delecti ex universa multitudine conscribebantur; id quod altero illo frequentius, in magnis præsertim imperiis, ac populosis civitatibus, *delectum* vel *dilectum* peculiari nomine ex re ipsa desumpto vocabant; sicuti *delectum habere* dicebant pro *exercitum talem atque tali modo colligere*: eumque legendi militis morem Romani semper, etiam postquam temporaria militia in perennem mutata erat, retinuerunt (donec tandem, labentibus Imperii rebus, *militiæ status mutatus est ita, ut plerumq; voluntario milite numeri supplerentur*, sicuti lib.49.Dig.tit.16.§.4.l.10.scribit Arrius Menander) quemadmodum & Turca illum usurpat, nisi quòd non juvenum, ut illi, sed puerorum delectum habet, è quibus postea novo delectu milites legat, reliquis ad alia ministeria ordinatis.

4. Jam in utroque isto genere, tum in πανδήμῳ στρατείᾳ, tum in copiis

Ee piis

piis quæ per delectum conficiebantur, *voluntariis militibus* locus erat. Nam quantum ad prius; etiam cum universus populus armabatur, multi armis tractandis non penitus inhabiles domi relinquebantur: putà & ii, qui militarem ætatem nondum attigerant, & seniores omnes, itemque causarii, & vacationem habentes. In magna quidem necessitate, & insigni aliquo discrimine urgente, etiam ex istis miles scribebatur; sicuti diversis Livii, Ciceronis, aliorumque testimoniis astruunt Sigon.lib.1.de antiquo jure Civ.Rom.cap.15. & Lipsius lib.1.Milit.Rom.cap.4. Unus è Livii locis, à Lipsio allegatis, est iste è lib.5.cap.10. *Nec Juniores modò conscripti, sed Seniores etiam coacti nomina dare:* quem locum hic adduximus ob subjunctam ibi Tribunorum querelam, Lipsio quidem omissam, sed nobis haud negligendam, quippe quæ non parum ad rem faciat: *In quatuor bella uno delectu exercitus scriptos, & pueros quoque ac senes extractos:* sicuti & alteri loco, quem è libri decimi capite 21.citat, *His nuntiis senatus conterritus, justitium indici, Delectum omnis generis hominum haberi jussit:* digna quoque sunt quæ addantur ista verba, itidem ab ipso prætertita, *Nec ingenui modò aut Juniores sacramento adacti sunt, sed Seniorum etiam cohortes factæ, libertiniq; centuriati.* Locis à Sigonio ac Lipsio citatis addimus unum è Paterculo, lib.2. *Tantus hujus belli metus fuit——habiti itaque delectus, revocati omnes undique Veterani:* ac duos præterea è Livio. priorem depromimus è lib.22.cap.57. *Delectu edicto Juniores ab annis septemdecim, & quosdam prætextatos scribunt:* de quo eodem delectu ita Silius, extremo libro decimo,

——Raptim & delecta Juventus:
Servitia armantur——
Corpora prætexto spoliant velamine, & armis
Insolitis cingunt: puerilis casside vultus
Clauditur, atque hostis pubescere cæde jubetur.

Alter Livii locus est è lib.25.cap.5. *Consules quum ægrè delectum conficerent——inopiâ Juniorum——Senatus eos incæpto absistere vetuit, & triumviros binos creari jussit, alteros qui citra, alteros qui ultra quinquagesimum lapidem in plateis forisque, & in conciliabulis omnem copiam ingenuorum inspicerent, & siqui roboris satis ad ferenda arma habere viderentur, etiamsi nondum militari ætate essent, milites facerent. Tribuni plebis, si iis videretur, ad populum ferrent, ut qui minores 17.annis sacramento dixissent, iis proinde stipendia procederent, acsi 17.annorum, aut majores, milites facti essent.* Accedat quoque iste Pausaniæ locus ex Atticis: Στρατηγὸν αἱρεῖν δ' Ὀλυμπιόδωρον· ὁ δὲ σφᾶς ἐπὶ τοὺς Μακεδόνας ἦγε, καὶ γέροντας

τας καὶ μειράκια ὁμοίως· alterque ejusdem Scriptoris è Phocicis, Ἐξεστράτευον δὲ καὶ οἴκοθεν ἀπὸ τῆς πόλεως πασῶν οἱ ἐν ἡλικίᾳ· ἀναμεμιγμένοι δὲ ἦσαν ὑπὸ ἀνάγκης τε καὶ φρονήματος καὶ οἱ οὐκ ἐν ἡλικίᾳ. Sed plerumque, & quando nulla extraordinaria necessitas ingruerat, isti omnes, etiam ubi totius populi viribus pugnandum erat, atque omne militarium virorum robur armabatur, domi relinquebantur, atque ita ipsis *voluntariæ militiæ* occasio dabatur; quam & eos suscepisse interdum, historiæ docent.

5. Exemplum de Emeritis præbet Livius lib. 3. cap. 57. *Quum ad ea bella delectum indixissent, non Juniores modò, sed emeritis etiam stipendiis magna pars Voluntariorum ad nomina danda præsto fuere:* ac talia de Veteranis Emeritis permulta collegit Lipsius lib. 1. Milit. Rom. cap. 8. qui *Evocati* Latinè dicti, à Polybio lib. 6. appellantur, οἱ ἐθελοντὴν στρατευόμενοι τῇ τῶν ὑπάτων χάριτι, *voluntariè in Consulum gratiam militantes.* Hujus loci etiam est istud Thucididis lib. 1. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τὸ μὲν περὶ Αἴγιναν στράτευμα οὐκ ἐκίνησαν, τῶν δ' ἐκ τῆς πόλεως ὑπολοίπων οἵ τε πρεσβύτατοι καὶ οἱ νεώτατοι ἀφικνοῦνται εἰς τὰ Μέγαρα, Μυρωνίδου στρατηγοῦντος, *Athenienses ab Ægina exercitum non abduxerunt, sed senes puerique, qui in Urbe remanserant, Megara Duce Myronide profecti sunt:* itemque istud Diodori, lib. 13. de Syracusiis, Τριήρεις συνεπλήρωσαν ἑβδομηκονταττάρας· συμπαρείποντο τε τὰς ὑπηρετικὰς ἔχοντες ναῦς παῖδες ἐλεύθεροι, τοῖς τε ἔτεσιν ὄντες ὑπὸ τὴν τῶν νεανίσκων ἡλικίαν, καὶ συναγωνισάμενοι μετὰ τῶν πατέρων, *Triremes 74. complent, quas in onerariis navibus comitabantur pueri ingenui, qui adolescentiæ ætatem nondum attigerant, parentibus pugnæ socii futuri.* Ælianus quoque libri sexti cap. 3. memorat Isadam Spartanum, qui ἔτι παῖς ὤν, καὶ μήπω τοῦ νόμου καλοῦντος αὐτὸν εἰς ὅπλα, ἐκ τοῦ γυμνασίου ἐκπηδήσας ἠρίστευσεν, *adhuc puer, & lege ipsum nondum vocante ad arma, è gymnasio se proripiens fortiter fecerit*; addens absurdum Ephororum factum, qui eum multaverint, ὅτι πρὸ τῆς ἀπαιτουμένης ἡλικίας, καὶ μὴ τὰ ἐπιχώρια ἔχων ὅπλα, ὥρμησεν εἰς τοὺς ἐχθρούς, *quia ante justam ætatem, neque patriis armis instructus, cum hostibus congressus fuerat.* De Æmilio etiam Lepido scribit Valerius (lib. 3. cap. 1.) quod *puer etiam tum progressus in aciem, hostem interemit, civemque servavit:* ob quod tam memorabile opus statuam bullatam, ac prætextâ incinctam, Senatus ipsi in capitolio posuerit. & P. Scipio, qui postea Africanus fuit, in pugna ad Ticinum, *tum primum pubescens,* non modò comitatus est patrem in prælium, sed & mortem ab eo graviter saucio propulsavit, scribente Livio lib. 21. cap. 46. itemque Silio lib. 4. qui historiam istam eleganter admodum exequitur.

6. Præcipuè tamen in altero genere, atque in delectibus, ubi tantùm pars populi ad bellum gerendum conscribebatur, *voluntariis* locus erat, quorum & frequentissimam in isto casu mentionem reperimus. Unum alterumque exemplum è Livio allegavit Lipsius, initio capitis 4. lib. 1. Milit. Rom. quibus nos nonnulla addemus. Livius 9. 10. *In civitate irâ odioq;* [adversus hostes] *ardente, delectus omnium prope voluntariorum fuit.* Idem 4. 60. *Lege perlata de indicendo Veientibus bello, exercitum magna ex parte voluntarium novi Tribuni——Veios duxere.* & rursus lib. 3. cap. 69. *Exercitus novus, paucis cohortibus veterum militum voluntate* [בנדבה] *sequentibus, mansit ad decimum lapidem.* Præ cæteris autem memorabilis est locus Ciceronis in epistola quadam ad Brutum, lib. 11. Epist. Famil. *Romæ delectus habetur totâq; Italiâ; si hic delectus appellandus est, quum ultro se offerunt omnes. tantus ardor animos hominum occupavit desiderio libertatis.* Et Diodorus lib. 11. historiam habet (narratam etiam Polyæno, lib. 3. cap. 3.) Tolmidæ, Ducis Atheniensis, qui cum ad expeditionem quandam mille duntaxat milites (ut eo facilius impetraret) postulâsset, multoque majore numero se indigere putaret, ad tria millia voluntariorum astu sibi comparavit: quam historiam, quia bella est, neque valde prolixa, atque hanc rem plurimum illustrat, hic totam ascribimus: Ἐπηγγέλλετο, χιλίους ὁπλίτας παραλαβὼν εἰς τὰς τριήρεις, πορθήσειν τὴν Λακωνικὴν—— συγχωρησάντων δὲ τῶν Ἀθηναίων, βουλόμενος λαθραίως πλείονας πολίτας ἐξαγαγεῖν, τεχνάζεται τι τοιοῦτον· οἱ μὲν πολῖται διελάμβανον καταλέξειν αὐτὸν εἰς τὴν στρατείαν τῶν νέων τοὺς ἀκμάζοντας ταῖς ἡλικίαις, καὶ τοῖς σώμασιν τοὺς εὐρωστάτους· ὁ δὲ Τολμίδης σπεύδων μὴ μόνον τοὺς τεταγμένους χιλίους ἐξάγειν εἰς τὴν στρατείαν, προσιὼν ἑκάστῳ τῶν νέων καὶ τῇ ῥώμῃ διαφερόντων, ἔλεγεν ὡς μέλλει καταλέγειν αὐτόν· κρεῖττον ὂν ἔφη ἐθελοντὴν στρατεύειν μᾶλλον, ἢ διὰ τὸν κατάλογον ἀναγκασθῆναι δοκεῖν· ἐπεὶ δὲ πλείους τρισχιλίων τούτῳ τῷ λόγῳ συνέπεισεν ἐθελοντὶ ἀπογράψασθαι, τοὺς δὲ λοιποὺς οὐκέτι συνδιδόντας ἑώρα, τότε τοὺς ὁμολογουμένους χιλίους κατέλεξεν ἐκ τῶν ἄλλων· *Pollicebatur, si mille armati darentur ipsi in triremes, se cum manu illa Laconiam populaturum——quod quum ab Atheniensibus impetrâsset, pluresque cives occultè educere cuperet, hoc astu utitur. Existimabant cives fore, ut milites legeret juvenes ætate ac corporis viribus validissimos. Tolmides autem desiderans non modò mille, quot ipsi erant decreti, educere, robustissimum quemq; juvenum sigillatim adiens, dicebat se illum velle legere: melius itaque esse, ut voluntariam militiam obeat, quàm ut videatur delectus necessitate compulsus. postquam verò pluribus quàm tribus millibus hac ratione persuaserat, ut nomina sua sponte profiterentur, & reliquos haud ita promptos cernebat, tum mille eos, qui ipsi decreti erant, ex reliqua multitudine delegit.*

7. Est

7. Est & ubi integros exercitus ex voluntariis coactos legimus, ut apud Livium lib. 5. cap. 7. *Quibus census equester erat, publici equi non erant assignati——Senatum adeunt, & equis se suis facturos stipendia promittunt. Quibus quum amplissimis verbis à Senatu gratiæ actæ essent, eaque fama forum atque urbem pervasisset, subitò ad curiam concursus fit plebis: pedestris ordinis aiunt se nunc adesse, operamq; Reip. extra ordinem polliceri, seu Veios, seu quò aliò ducere vellent.——Senatusconsultum factum est, placere, omnibus his, voluntariam extra ordinem professis militiam, æra procedere——— Voluntarius ductus exercitus Veios.* Huc quoque pertinet illud ex ejusdem libri capite 16. *A. Postumius & L. Julius non justo delectu (etenim à Tribunis pl. impediebantur) sed prope voluntariorum, quos adhortando incitaverant, coactâ manu egressi.* Sed & illi, qui per Delectum nominatim scribebantur, quanquam propriè *voluntariorum* appellatio iis minimè competebat, poterant tamen pro talibus quodammodo & ipsi quoque censeri, si nimirum à pugnando & bello haudquaquam abhorrentes, neque militiam abnuentes aut detrectantes, dilectum nullo modo inviti aut contumaciter, sed promptè alacriterque obirent, citatique, libentes ac impigrè ad nomina responderent, ac sacramento se adigi paterentur: de qualibus loquitur Livius lib. 7. cap. 11. *Omnes Juniores, nemine detrectante militiam, sacramento adegit;* & 6. 28. *Juniores Romani ad edictum sine detrectatione convenere:* ac lib. 5. cap. 19. *Romam ad scribendum novum exercitum redit, nemine detrectante militiam.*

8. Istis autem omnibus ad rem nostram accommodatis, non opus erit ampliore declaratione, ut intelligamus, quid per עם נדבות *milites voluntarios* hic sibi voluerit Propheta; quum ex istis clarè id dilucescat. Græcè hoc עמך נדבות ritè vertas ὁ στρατιώτης ἑκούσιος, quomodo Halicarn. lib. 8. dicit, Ἐξῆεσαν οἱ στρατηγοὶ πολλὴν ἐπαγόμενοι στρατιὰν ἑκούσιον· eâque voce, ἑκούσιος, in hac re utitur etiam Dio lib. 42. Οὐδένα γὰρ ὑμῶν ἀναγκάσω στρατεύσασθαι· εἰ μέντοι τὶς ἑκούσιος ἐθέλοι καὶ τὰ λοιπά μοι συγκατεργάσασθαι, ἡδέως αὐτὸν δέξομαι· ac rursus lib. 45. τοὺς μὲν πάλαι ἐστρατευμένους, ἑκουσίους ἑαυτοὺς ἡμῖν πρὸς τὰ παρόντα πράγματα ἐπιδεδωκέναι, μήτε τὴν ἡλικίαν, μήτε τὰ τραύματα, ἃ πρότερον πολεμοῦντες ὑπὲρ ἡμῶν ἔλαβον, ὑπολογισάμενοι. Alias id genus milites ἐθελοντὴν στρατευομένους & ἐθελοντὰς vocant Græci, uti è locis Polybii ac Diodori, quos §. 5. ac 6. adduximus, apparet; quibus addo istos locos è Dione, Οἱ πλείους ἐθελονταὶ, διὰ τὰς τιμὰς, καὶ διὰ τὰς ὠφελείας τὰς ἀπὸ τῶν πολεμίων γιγνομένας, πάρεσμεν, lib. 38. (verba sunt Cæsaris, militem suum alloquentis) Συστρατεύσειν οἱ ἐθελονταὶ, καὶ τὸν πόλεμον μόνοι διαπολεμήσειν ὑπίσχοντο, lib. 42. Τοὺς

στρατιώτας

στρατιώτας τοὺς ἀκολουθήσοντας οἱ ἐπῄνεσε, ὡς καὶ ἐθελοντὶ πρὸς ἐπικουρίαν φιλίων παρῆσαν, lib.45. Sciendum verò est, per istam comparationem, qua Christus assimilatur Duci, ad quem ultro concurrunt milites, voluntariam ipsi operam pollicentes, ac pro se quisque, cupidine stipendia sub eo faciendi, nomina sua certatim profitentes; indicari collectionem Ecclesiæ, factam per prædicationem Evangelii; ac summam animorum promptitudinem, qua verbum salutis, ab Apostolis atque Evangelistis auditum, amplexi sunt populi, ac Christo nomina dederunt, eumque pro Capite ac Principe & Servatore agnoscentes, in ipsius cœtum sese aggregaverunt. cujus allegoriæ emphasis ut clarius etiam menti infigatur, apponimus hic locum Dionysii Halicarnassei, è libro octavo, ubi in persona Marcii Coriolani graphicè admodum delineat ejusmodi Imperatorem, ad quem undique accurrat juventus, sub eo militare avida: Τὸν Μάρκιον ἀγάμενοι καὶ ὑμνοῦντες διετέλουν, ὡς εἴη τά τε πολέμια δεινότατος ἀνθρώπων, καὶ στρατηγὸς οἷος οὔτε Ῥωμαῖος οὔτε ἄλλος στρατηγὸς Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων οὐδείς· μάλιστα δὲ τῆς τύχης αὐτὸν ἐμακάριζον, ἅπαντα δι᾽ ἐπιχειρήσειε κατὰ γνώμης αὐτῷ προχωροῦντα ὁρῶντες δίχα πόνου· ὥστε οὐδεὶς ἦν τῶν ἐχόντων τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν, ὃς ἀπολείπεσθαι τοῦ ἀνδρὸς ἠξίου, ἀλλὰ πάντες ὥρμηντο μετέχειν τῶν πράξεων, καὶ συνῄεσαν ὡς αὐτὸν ἐξ ἁπάσης πόλεως. *Marcium demirabantur ac celebrabant, veluti ex omnibus hominibus peritissimum rei militaris, talemq; Imperatorem, qualis nemo alter vel de Romanis, vel inter Græcos Barbarosve. præcipuè autem deprædicabant felicitatem ipsius, videntes omnia, quæcunq; aggrederetur, ipsi succedere absque difficultate. itaque nemo eorum, qui militari erant ætate, sustinebat non cum ipso ire, sed cuncti avebant res gerere cum ipso, ex omnique urbe ad ipsum confluebant.*

9. Horum autem duorum commatum עמך נדבות ביום חילך recta expositio, à nobis exhibita, viam porro aperit ad verum intellectum commatis sequentis בהדרי קדש, à paucissimis ritè percepti. Nolo jam quicquam dicere de summa vocabulorum varietate, quibus hic transferunt nomen הדרים, Cajet. Buxtorf. Osian. *decor, decora:* Munst. Ital. *magnificentiæ:* Castal. *majestas:* Pagn. Calv. Ang. utraque, Valera, *Pulchritudines:* Marinus, *honor:* Zuingl. & Gallica utraque, *pompa:* Luth. Moller. Piscat. Schind. Riv. Belg. *ornatus:* Steuch. Steph. Musc. Genebr. (secuti Græcos, qui λαμπρότητας verterunt) *splendores.* namque & ista omnia, quanquam inter se diversa, affinis tamen sunt significationis; neque in ista voce consistit difficultas hujus loci, sed in קדש, cujus ambiguitas fefellit ferè omnes Interpretes, quominus hujus commatis sensum assequerentur: quippe quam in primario ac vulgatissimo

vulgatissimo intellectu, quo *sanctitatem* significat, acceperunt. eum autem nequaquam hic quadrare, si præcedentia ita exponantur, quomodo nos docuimus exponenda, apertum est. quem enim sensum habere potest, *milites esse voluntarios cum ornatu sanctitatis?* vel, *exercitum conscribi cum ornatu sanctitatis?* Scio quidem multorum Interpretum ingenia adeo esse fœcunda, ut nihil tam pravum aut distortum dici possit, tamque à scopo instituti sermonis alienum, quod ipsi non concoquere ex facili queant, atque ad rem accommodare. sed nobis non placet tam grande acumen, quidvis è quovis elicientium; neque tam mirificæ subtilitates: quibus si fides habeatur, Spiritum Dei in Sacris hisce voluminibus plerumque magis inconcinnè atque inconditè (quod absit) loqui efficietur, quam ullus sani ingenii mortalis loqui vellet. quippe persæpe ea, quæ ejusmodi expositores non modò non offendunt, sed & summopere iis arrident, atque egregiarum scilicet edissertationum ac speculationum campum præbent; nihil planè ad propositum pertinent, atque à re, de qua agitur, penitus abhorrent. De quorum numero quum sit hoc loco *decor sanctitatis*, vel *ornatus sanctus* (nihil enim illi cum exercitus collectione, nec cum militia voluntaria, qualis hîc non in figurato sensu, sed in ipsa figura, allegorici sensus fundamento, describitur) præstabiliorem apparet esse eorum expositionem, qui per הדרי קדש locum ipsum, in quo Imperator conscribit exercitum, intelligunt; ita ut קדש non *sanctitatem* significet, sed *locum sanctum* seu *sanctuarium*, ac הדרי קדש *decores sanctuarii* dictum sit per *hypallagen* pro קדש הדרים *sanctuarium decorum*: cujusmodi *hypallagæ* hebræis valde familiares sunt, alterumque ejus exemplum supra cap.7. in אבני נזר vidimus: atque alia præterea complura libro quarto à nobis producuntur.

10. Ita hæc accipienda esse, Tremellius, qui בהדרי קדש transtulit *in decoris* [*locis*] *sanctitatis*, agnovit; quanquam alienam vocis קדש significationem hic retinuit, ac הדרים quoque minus rectè convertit, quum id non *decoros locos*, sed *decores* significet: similiterque Stephanus minus bonam translationem, *in splendoribus sanctitatis*, emendat isto scholio, *In Jerusalem urbe splendida*. Melius Bucerus, qui בהדרי קדש interpretatur *in magnificentiis sanctuarii*, ac paraphrasticè explicat, *in urbe magnificentia Sanctuarii insigni*. & in commentariis, *Splendores vel magnificentiæ Sacrarii, Jerusalem significant. in ea enim erat Tabernaculum fœderis, Sacrarium Domini. Propter hoc, ut Psalm.* 48.1. *dicta est* Civitas Dei, mons sanctus, *ita vocatur hic* magnificentiæ vel splendores Sacrarii, i.e. *singulari splendore ob Sacrarium præstans-*

stans. Cum Bucero concinit Diodatus, transferens, *nel magnifico santuario*, idque in notis itidem de Hierosolymis exponens. vellem autem uterque omisisset alteram illam atque incongruentem hujus commatis expositionem, quam priori ac veriori subjungunt, velut dubitabundi atque in medio relinquentes, utra magis eligenda sit. Veram hujus commatis expositionem hauserunt isti (quod & profitetur Bucerus) à Kimchio, qui in comment. ad hunc locum dicit הדרי קדש significare Jerusalem, addens, שהיא הדרת קדש כמו שנקראת אדמת קדש, quæ verba hoc sibi volunt, Hierosolyma hic vocari הדרי קדש, quomodo alibi vocetur אדמת קדש (innuit Zach.2. ver.16. vel secundùm aliorum divisionem vers.12.) & הדרת קדש.

11. Posteriori exemplo Kimchius digitum intendit ad verba illa Psal.29.2. השתחוו ליהוה בהדרת קדש, quæ eadem verba repetuntur etiam Psal.96.9. & quum istud הדרת קדש cum nostro הדרי קדש planè geminum sit, (nullâ aliâ intercedente differentiâ, nisi quod nomen *regens*, alioquin unum, in uno loco est *singulare masculinum*, in altero *plurale fœmininum*) & ibi quoque קדש non *sanctitatem*, sed *sanctuarium* significet, allata à nobis expositio τῶ הדרי קדש haud parum inde firmatur. Sed hic quoque multi Interpretes caligaverunt, neque verum τῶ הדרת קדש sensum viderunt. namque ut Græcos omittamus, qui solitâ sibi negligentiâ pro הדרת videntur חצרת legisse, quippe vertentes *ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ, in atrio sancto ejus*, quomodo etiam Syrus, Græcos imitatus, vertit: Chaldæus utrobique transtulit בשבהורת קודשא, *cum laude sanctitatis*, & Pagn. *in decore sanctitatis*; quod Arias Psal.96. quum retinuerit, Psalm.29. pro eo substituit *in gloria sanctitatis*. Zuing. Psal.29. *majestatem sanctam*: Psal.96. *pompâ sanctâ*: Munst. Psal.29. *cum magnificentia sanctitatis*, & Psalm.96. *in magnificentia sanctitatis* [*ejus*] Tremel. Psal.29. *in decoro sanctitatis*, & Psal.96. *in decore sanctitatis*. Castal. Psal.29. vertit, *colite sacrâ præditum majestate Jehovam*, & Psalm.96. *veneramini Jehovam cum decenti sanctimonia*. Hieron. autem quum Psal.96. probè transtulerit *in decore sanctuarii*, Psalm.29. *malè reddidit in decore sancto*: eandemque inconstantiam observare est etiam in Tigur. Musc. & Moller. qui omnes tres quum in uno istorum locorum bene converterint, in altero pravam interpretationem adhibuerunt: quomodo etiam Bucer. Psal.29. in interpretatione ad verbum *in splendore sancto* transtulit, quum in paraphrastica transtulerit *in regia sancta*. ast Genebrardus utrobique & interpretatur malè, Psal.29. *in magnificentia sanctitatis*: Psal.96. *in decore sanctitatis ejus*; & verum tamen sensum ex mala interpreta-

tione elicit. namque Psal. 29. sic explicat, *in templo pleno majestatis & gloriæ divinæ; vel, in magnifico sanctuario.* ast Psal. 96. sic, *In templo locorum omnium gloriosissimo & sanctissimo: non tam rectè alii, sancto cultu & decore.* similiterque Agellius ex minus probis Aquilæ & Symmachi interpretamentis, ἐν διαπρεπείᾳ ἡγιασμένῃ, ἁγίᾳ, *in decore sancto,* genuinum sensum elicit, ita inquiens, *Decorem sanctum intelligere debemus splendorem illum & pulchritudinem sanctuarii, de quo Psal. 45. Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.*

12. Optimè verò hæc interpretatur atque explicat Steph. Psal. 29. *In magnificentia sanctuarii,* i. e. *in sanctuario magnifico & decoro:* eodemque modo Piscat. ad eundem Psalmum (qui tamen in voce קדש aliquantum titubat, semel iterumque dicendo *sanctitatem* pro *sanctuario*) ubi transferens *in magnifico sanctuario* (sicuti etiam Psal. 96. transtulit) hoc apponit scholion, *Heb. in magnificentia sanctitatis. hypallage, pro in sanctitate,* i. e. *sanctuario, magnificentiæ,* i. e. *magnifico.* & similiter Buc. ad Psalm. 96. ubi ad verbum reddens *in splendore sacrarii,* & periphrasticè *in magnifico & splendido sanctuario* (quibus iisdem verbis etiam Tigur. hic reddunt בהדרת קדש) in comment. porro ait, *splendor vel magnificentia sacrarii, sacrarium est splendidum & magnificum.* neque aliter Moll. ad Psal. 96. *In decore sanctitatis seu sanctuarii, in ornatu sanctuarii. ornatum seu splendorem sanctuarii nominat templum magnificè & splendidè exornatum.* Etiam Calv. bene vertit. Psal. 29. *splendorem sanctuarii,* ac Psal. 96. *decorem sanctuarii:* ac Junius Psal. 29. versionem minus commodam, *in decore sanctitatis,* in scholio ritè explicat, *in sanctuario magnifico.* Vernaculi autem Interpretes plerique omnes utrumque hunc locum ritè interpretantur, Gallica vetus, Anglica vetus, Valera, Italus uterque, Belgæ. etiam Anglica nova, quanquam incommodè vertit, **in the beauty of holinesse,** *in pulchritudine sanctitatis,* veram tamen interpretationem, in Veteri Editione exhibitam, **in the glorious sanctuary,** utrobique in margine repræsentat: & Gallica Genev. quæ Psal. 96. minus commodè vertit *en sainte magnificence,* Psal. 29. cum Veteri Editione transfert, *en son sanctuaire magnifique.* Lutherus solus utroque loco **in heyligem schmuck,** *in ornatu sancto,* interpretatus est.

13. Itaque קדש, uti in duobus illis locis, atque in aliis præterea multis (Exod. 29. 30. & 39. 1. Levit. 10. 18. Num. 18. 10. 2 Par. 29. 7. & 35. 5. Ezech. 43. 12. Psalm. 20. 3. & 63. 3, &c.) ita etiam hîc Psalm. 110. 3. non *rem sanctam,* neque *sanctitatem,* sed *sanctuarium* sive *locum sanctum* significat, non quidem *templum,* sed vel urbem Hierosolyma,

 uti

uti Kimchius voluit, vel potius arcem Sionis. quippe delectus uti in primariis regionum urbibus, ita in ipsarum urbium arcibus ferè haberi solebant: quomodo apud Romanos in Capitolio eum celebrari mos erat, docente Polybio lib.6. ubi in commentariis etiam è Livii lib.26. locum idem docentem Lipsius adducit; iisque duobus tertium, è Varronis Geronto didascalo, Valesius in notis ad Excerpta Dionis, cum aliis Veterum Historicorum fragmentis à se edita, adjungit. Vocatur autem arx Sionis *decorum sanctuarium*, non quia id ad ipsum delectum pertineat quidquam (nequis nobis id regerat, quod §.9. iis, qui קדש hîc *sanctitatem* exponunt, objecimus) sed *epitheto perpetuo* ut vocant, quomodo etiam alibi sæpe *mons sanctus* appellatur, quia nimirum Dei erat habitaculum (Psal.68.17. ההר חמד אלהים לשבתו אף יהוה ישכן לנצח, & Psal.74.2. הר ציון זה שכנת בו) tum respectu Arcæ & Tabernaculi, quæ ante extructum templum ibi aliquamdiu, tempore Davidis & Solomonis, in Arce Regia manserunt; tum quia ipse mons Moria, Templi sedes, Sioni proximus, ejusque quodammodo portio & appendix fuit: adeo ut, hanc ob causam, nonnulli haud dubitaverint scribere, templum in monte Sion ædificatum fuisse. Et per הדרי קדש arcem potius Sionis, quàm ipsam Hierosolymorum urbem debere intelligi, videntur evincere etiam illa è præcedenti versu verba מטה עזך ישלח יי מציון, *sceptrum potentiæ tuæ emittet Jehova è Sione*, quorum verborum *epexegesis* videntur esse ista, עמך נדבות ביום חילך בהדרי קדש, q.d. è Sione ad bellum profectus, hostes tuos omnes summâ prosperitate debellabis, iisque tibi subjugatis, potentiam ditionemque tuam longè ac latè extendes; utpote validas copias ducens, militemque voluntarium, qui haudquaquam coactus aut invitus nomina tibi dedit, sed ultro tibi se obtulit, atque operam suam pollicitus est, quum bellum parans, in sacro illo loco, arce inquam Sionis, delectu indicto exercitum conscriberes. Hactenus in explicando priore hujus versus dimidio, עמך נדבות ביום חילך בהדרי קדש immorati sumus. nunc ad alterum, מרחם משחר לך טל ילדותך transeamus.

CAPUT X.

Posterioris hemistichii versus tertii è Psalmo 110. מרחם משחר לך טל ילדותך *duæ Rabbinicæ expositiones, ab Esraide commemoratæ, valde insulsæ: & ipsius Esraidis expositio, nec ipsa bona, sed iis aliquanto melior.* 2. טל ילדותך *à multis nostrorum accipitur pro* Juventute

copiosa

copiosa instar roris. 3. מרחם משחר *quomodo ab iisdem exponatur.* 4. *Diversa istius hemistichii expositio allata ab aliis Recentiorum, itemque à Rabbinis Jesu & Kimchio.* 5. *Alia adhuc ejusdem expositio, Marini, Agellii, & R. Solomonis. Multi magnique errores à Genebrardo admissi in declaranda Jarchii expositione.* 6. *Targur. & Osian. differenter ab omnibus præcedentibus hunc locum interpretantur.* 7. Roris *comparatio non inusitata Hebræis ad* multitudinem *significandam. Mich. 5. 7. & 2 Sam. 17. 12. obiter explanantur.* 8. טל *non posse hic accipi de* multitudine, *quia nimis durum esset auroræ uterum ascribere. Jobi 38. ver. 28. & 29. illustrantur, & isti expositioni non favere ostenditur.* 9. *Altera contra eam expositionem ratio, quia aurora non est tempus generationis ac descensus roris.* 10. & 11. *Exod.* 16. 13. בבקר היתה שכבת הטל, & *Hos.* 6. 4. וכטל משכים הלך *explanantur, ac matutinum roris descensum in iis non memorari, ut videtur prima fronte, & multi putaverunt, ostenditur.* 12. *Nostri Poetæ quid de tempore descensus roris, ac de matutino rore dicant.* 13. ילדות *neque* cœtum juvenum, *neque* generationem *aut* nativitatem *significat.* 14. *Sed* ætatis nomen *est duntaxat. quatuor diversæ ætates hac appellatione afficiuntur.*

ALterum hemistichium versus tertii è Psal. 110. מרחם משחר לך טל ילדותך summopere obscurum atque intellectu difficile esse putaverit, quicunque Interpretum cœtum adierit, quum illi super ejus explicatione in diversas admodum sententias abierint. Abenesra in comment. ad hunc locum duas aliorum expositiones admodum improbabiles adducit. Una est cujusdam R. Mosis, qui רחם exponens בקיעה *eruptio, exortus*, hoc dictum ita accipit, acsi Psalmista vigorem Davidis (de quo compositum hunc Psalmum iste cum plerisque Recutitis falsò sentit) commendaret, & ubertatem succi, sive succositatem corporis ejus, in senecta etiamnum viridis ac vegeti, neque tot laboribus ac bellis, totâ vitâ ab eo gestis, infracti aut exhausti, rori compararet, ut sensus totius commatis sit, acsi ita scriptum esset מבקיעת השחר נשאר לך לח ילדותך. *ab eruptione auroræ relictus est tibi succus adolescentiæ tuæ.* Altera expositio, Abenesræ allegata, est eorum, quibus רחם significat *locum humilem*, משחר *locum nigrum*, & טל *sortem, portionem* (tanquam derivatum à verbo הטיל *projicio*, à quo legitur Prov. 16. 33. יוטל את הגורל *projicitur sors*) ut sensus sit, *è loco humili & nigro accepisti sortem adolescentiæ tuæ*, q. d. *adolescens ex obscura conditione ad fastigium regale provectus es:* quæ duæ

 expositiones

expositiones adeo coactæ sunt, verbisque hebraicis tam malè congruentes, imò fatuæ adeo atque insulsæ, ut nullo modo mereantur, quarum mentio fiat; nisi ut appareret, ad quàm insubidas ac ridiculas glossas commentaque Doctores perfidæ nationis sæpe devolvantur, ubi illustrissima de Christo Servatore nostro testimonia conantur eludere, neque clarissimæ veritati oculos aperire, aut manus dare volunt. ut in ipsis idem illud observare liceat, quod de Antichristi sectatoribus scribit Paulus, 2 Thes. 2. vers. 10. & 11. Ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο εἰς τὸ σωθῆναι αὐτοὺς, διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει, *eo quòd charitatem veritatis non receperunt, ideo mittet illis Deus efficaciam erroris, ut credant mendacio.* Ipse Abenesra (in eo cum prædictis aliisque Judæis pariter cœcutiens, quòd de Davide hunc Psalmum loqui putat) hæc ita exponit, ut מרחם משחר significet מעלות השחר, *ex quo aurora surgit, ab ortu auroræ*, ponens geminam *ellipsin*, verbi יבוא ante לך (quod verbum refert ad nomen עם initio versus positum) & *particulæ similitudinis* ante טל: quod טל putat regere sequens nomen ילדות, & per טל ילדות *rorem adolescentiæ* intelligit rorem, quem David in adolescentia sua, dum ovium pastor esset, solebat videre matutinis, מעת עלות השחר יבוא כטל שהרגלת לראות בילדותך כאשר היית רעה בצאן, *Cum surgente aurora veniet* [*populus tuus*] *sicut ros, quem solebas videre in adolescentia tua, quum pecoris pascendi curam gereres.*

2. Ista expositio prioribus aliquanto tolerabilior, & ipsa tamen durissima est: (quis enim, ut de reliquis taceamus, sic loqueretur, ut diceret *ex utero auroræ* pro *oriente aurora?*) & à vera hujus loci mente penitus deflectit: quanquam permulti de nostris Interpretibus comma istud לך טל ילדותך ita explicant, ut planè eundem sensum efficiant, quem inde elicit Abenesra; quum tamen in verbis ipsis exponendis nequaquam cum eo concordent. namque per טל non *rorem* propriè dictum, ut Abenesra, sed *metaphoricè abundantiam* intelligunt: & ילדות neque à טל regi putant, neque *adolescentiam* sive *tempus adolescentiæ* significare, sed *adolescentes*, sive *multitudinem adolescentum*, quomodo *juventus* pro *multitudine seu cœtu juvenum* familiariter à Latinis usurpatur. Tametsi autem in declarandis verbis tantopere isti ab Abenesra diffident, in sensu tamen planè cum eo concordant; quum utrique magnam hominum copiam hic innui arbitrentur. quippe explicationis à R. Abrahamo allatæ haud dubiè hæc mens est, *Quàm copiosum rorem tu solebas videre, quum in adolescentia pastor esses, tam copiosus tibi populus adveniet:* id quod planè eodem redit cum eo quod

nostri

nostri (qui ילדות faciunt *synonymum* τῷ עם, quod R. Abraham ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetit) dicunt, *Tibi ros juventutis tuæ*, i.e. *tibi maxima copia juvenum, juvenes tui copiosi sunt instar roris*. De istis, qui ita hæc vertunt & exponunt, est Calv. *Tibi ros adolescentiæ tuæ) Dei benedictionem in augendo Christi populo celebrat David, ideoque pueritiam, vel sobolem quæ nascetur, rori comparat, quia crescent præter ordinarium modum——Sobolem incredibili numero nascituram Christo dicit, quæ totam terram operiat. Ros ergo pueritiæ vocatur juventus ipsa, quæ instar roris majore copia defluit, quàm ut numerari possit. nam* ילדות *est nomen collectivum*. & Mollerus, *Tibi ros generationis tuæ, vel, adolescentiæ tuæ, vel, juventutis tuæ) Sicuti ros——conspicitur magnâ abundantiâ, dum omnes herbæ & arborum folia videntur rore aspersa & irrigata; ita, inquit, nascetur tibi soboles incredibili numero——nomen* ילדות, *quod alioqui pueritiam significat, & ad ætatem puerilem accommodatur, hic collectivè ponitur, & non pueritiam, sed pueros ipsos, seu cœtum ejus ætatis significat, sicut & apud Latinos juventus seu pueritia interdum ita accipitur——pueri nominantur, quia omnes renasci oporteat——rorem pueritiæ nominat pueros in modum roris ex auroræ cœlestis doctrinæ natos seu propagatos.* Eodem modo, sed brevius, etiam Castal. *Habebis rorem tuæ juventutis) tot habebis discipulos, per quos vincas hostes, quam est ros matutinus:* & Musc. *tibi ros juventutis tuæ) potest exponi de fidelibus Christi, qui ex illo perinde ubertim & magnâ copiâ nascuntur, atque ex aurora ros matutinus provenit.* & similia legi possunt apud Cajet. Buc. Tremell. Pisc. Tarnovium in Exercitatione in hunc versum, Amamam, Antibarb. lib. 3. & Rivetum: quibus etiam Anglica Vetus, Genevenses, Diodatus & Belgæ mei addi debent. Hi autem omnes quum in ista expositione consentiant, vocem tamen ילדות ipsorum nonnulli parum convenienter ei reddunt, partim *nativitatem*, partim verò *generationem*; quum omnes potius *juventam* vel *juventutem*, uti plerique ipsorum transferunt, transferre debuerint.

3. Quantum ad מרחם משחר, plerique istorum, (Cajet. Zuing. Castal. Moller. Pisc. Amama, Riv. Diod. Genev. Belg.) putant posterius nomen à priori regi, *ab* [vel, *ex*] *utero* [vel, *vulva*] *auroræ*: statuuntque hic *ellipsin particulæ similitudinis*, atque verba illa, *ex utero auroræ*, putant ita intelligenda, *sicut ros ex utero auroræ*, quod porro dictum sit pro, *sicut ros ex utero auroræ provenit*, ut totius commatis sensus sit, acsi in Hebræo scriptum esset, כטל מרחם משחר כן לך טל ילדותך, *sicuti ros ex utero auroræ nascitur, ita tibi nascentur tui.* & quia durius videbatur, auroræ uterum attribuere, ideo illa, *velut ros ex*

utero

utero auroræ, porro ita explicant, *velut ros ex aurora, tanquam ex utero, nascitur.* Moller. ac Riv. *sicuti ros mirabili modo ex utero auroræ*, i.e. *ex aurora velut prægnante & hunc fœtum edente, nascitur——ita hic populus nascetur——* & Pisc. ac Amama, *sicut ros ex aurora*, i.e. *aere matutino, velut ex utero nascitur, in guttas innumeras dispersus, ita electi tui ex prædicatione Evangelii maximo tibi numero nascentur.* Ast Buc. Calvinus & Musculus ut vitarent durissimam istam *catachresin*, qua Auroræ tribuitur uterus, è quo ros producatur, מרחם cum טל ילדותך conjungunt, ac *similitudinis notam* τὸ כ משחר præfigunt, idque ut facere possent, utrumque hoc nomen in *ablativo* legunt, vel putantes *mem* in משחר non esse *literam heemanticam*, sed *præpositionem*, post quam *daggesch* exciderit, vel potius *mem* ex מרחם ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetentes. secundum istos igitur מרחם משחר לך טל ילדותך non aliter capiendum, quam si in Hebræo scriptum esset, כטל מן משחר כן לך מרחם טל ילדותך. Musculus, *Ex utero, velut ex aurora, tibi ros juventutis tuæ.* Bucerus, qui ista ad verbum reddit, *ab utero ab aurora tibi ros nativitatis tuæ*, in Versione paraphrastica ita transfert, *Sicut ros ab aurora, ita provenit ab utero juventus tua.* & Calvinus versionem suam, *Ex utero, ex aurora tibi ros adolescentiæ tuæ*, ita explicat, *Ex utero proditurum esse dicit innumeram multitudinem, sicut ros ab aurora destillat.* Etiam Tremell. utrumque nomen pro *ablativo* habens, & מרחם exponens paulo aliter, *inde ab utero*, משחר autem, quod *ab aurora* vertit, mirificè explicans ita, ut significet *diligentissimè* (quia diligentia ferè in S. Scriptura hac temporis circumstantiâ notari soleat: quare etiam Junius משחר reddit *accuratissimè*, aiens Hebræa ad verbum sonare *matutinâ inquisitione*) in assignando tamen universi hemistichii sensu parum aut nihil ab istis posterioribus differt, utpote sic id enarrans, *Innumera multitudo electorum comparebit in Ecclesia tua, tanquam stillans ros ex cælo, & sub auroram depluens.* Lutherus autem, Anglica Vetus, & Valera, sicuti ex hoc loco eundem sensum, quem omnes isti, eliciunt, pariterque *ellipsin* τοῦ *caph* inducunt, ita hoc sibi peculiare habent, quod טל non subintelligunt ad משחר, aut ad מרחם משחר, sed planè loco movent, atque ad priora verba ita id transferunt, ut ante ילדותך id planè tollant (trajectione oppido quàm audaci, & cui interpositum לך penitus refragatur) Ita enim vertunt, **Deine kinder werden dir geborn, wie der thauw auss der morgenrote**; *filii tui* (ita vertit ילדותך, quomodo etiam Piscat. & Amam. vertunt, dicentes *nativitatem*, quod propriè sonet ילדות, pro *natis* positam) *nascentur* (id reposuit pro *ex utero*, q.d. *ex utero prodibunt*,

bunt, quod idem est *cum nasci) tibi, sicut ros ex aurora.* Anglica, **The youth of thy womb shall be as the morning dew:** *Juventus meri tui* (putavit *mem* in מרחם formare *genitivum*, quod sanè facit interdum: & *affixum* sive *pronomen* à ילדותך ad מרחם transtulit, acsi scriptum esset ילדות מרחמך) *erit tanquam ros matutinus:* cui translationi hoc apponit scholion, **by thy word thy people shall be assembled into thy Church, whose increase shall be so abundant and wonderfull, as the drops of the dew:** *Verbo tuo populus tuus congregabitur in Ecclesiam tuam, cujus incrementum adeo copiosum erit & mirabile, ac guttæ roris.* Valera, [*como*] *el rocio* [*que cae*] *de la matriz del alva* [*ansi*] *te naceran los tuyos* : [*sicut*] *ros* [*qui cadit*] *ex utero auroræ,* [*ita*] *tibi nascentur tui.*

4. Alii verò non pauci טל hic diversissimo sensu capiunt, neque ejus mentionem hic injectam putant ad significandam multitudinem, sed ad gratiam ac decorem denotandum. Ast inter eos, qui de טל ita hic sentiunt, de reliquis vocibus, ילדותך & משחר מרחם, non satis convenit. Stephano ילדות significat *nativitatem*, & מרחם *inde ab utero*, ac משחר (quod itidem pro *ablativo* habet, eâdem ratione ac illi, de quibus modò diximus) synonymè, *inde à primo ortu*, q.d. *inde ab aurora.* sic enim vertit, *Ab utero* [*&*] *ab aurora tibi ros nativitatis tuæ* [*erit*] quam versionem porro declarat hoc scholio: *Ros nativitatis tuæ*, i.e. *gratia quæ tibi donabuntur à Patre, dum carnem assumes, obvenient tibi jam inde ab utero, & à prima nativitate tua.* Similiter hæc transfert & exponit Italus Interpres, *la rugiada de la tua nativitá* [*sará*] *à te dal ventre è da la mattina, c. la benedittione è pienezza delle gratie, che ti sarán date dal Padre, quando tu pigliarai la carne, ti veranno insin dal ventre è de la nascita.* Etiam Mariana & Steuchus cum istis sentiunt. Mariana, *Ex utero, ex mane* (i.e. *à principio*) *tibi ros generationis tuæ, per rorem, pulchritudinem & suavitatem intelligit, quibus allicit homines.* Steuchus, *Ex utero* (*vel, vulva*) *ex aurora, tibi ros nativitatis tuæ. est autem sensus, juxta plures Hebræorum, à vulva*, i.e. *à natali*, & *ab aurora*, i.e. *à luce illa qua prodiisti, fuit ros nativitatis tuæ*, i.e. *rore cœli, cœlesti gratia perfusus fuisti. à die qua natus es & conceptus, fœlici rore ac benedictione preventus fuisti, cœlestium gratiarum ubertas in te descendit. Vulva, diem conceptionis designat; aurora, diem natalem. Ros in Sacris cœlestem affluentemque gratiam designat—sub nomine roris omnes gratiæ, omnes virtutes dicuntur in eum, antequam conceptus & partus esset, profusa.* Pagninus quoque & Munst. (duntaxat in eo discrepans, quod משחר habuit *pro genitivo*) ac Gallicæ Veteris autor sunt de ista classe, quippe qui sic verterunt: *Ex utero ab aurora fuit tibi ros nativitatis tuæ:*

Ab

Ab utero aurorae est tibi ros nativitatis tuae: La rosee de ta naissance t' [*a estee*] *des la matrice, & des l'estoille du matin.* Rabbinos, quos hæc ita exponentes laudat Steuchus, puto eum designare Kimchium & Jesum, quorum posterior Esraidæ laudatur in hæc verba, ור בי ישועה אמר כי מרחם אמך היית מוכן להיות מלך, *R. Jesus dixit* [*hujus loci sensum esse*] *Inde ab utero matris tuæ fuisti destinatus capessendo regno:* quam expositionem, brevitate suâ aliquantulum obscuram, planiora faciunt Kimchii (hæc cum plerisque popularibus suis in Davide impleta existimantis) commentarii, ubi cum ipsa textus verba sic declarâsset, יום שיצאת מרחם ונולדת אותו השחר לך היה כלו' לטובתך ואותו טל ילדותך אותו הטל שירד כשנולדת לך היה, *Dies, quo ex utero prodiisti ac natus es, ipsum illud diluculum fuit tibi,* i.e. *tuo bono; & ipse ros natalium tuorum, ipse ros qui descendebat quando nascebaris, tibi fuit:* sensum ejus amplius sic repræsentat, כלו' מבטן יצאת למלכות וטל ברכה לך היה באותו השחר, *id est, de utero prodiisti ad regnum, & ros benedictionis tibi fuit ipso illo diluculo.*

5. Alii טל ita hic capientes uti præcedentes, per ילדות intelligunt non *generationem* aut *nativitatem*, ut illi, sed *pueritiam* quod faciunt R. Solomon & Agellius, quorum iste מרחם משחר לך eandem vim eandemque *ellipsin* assignans, ac illi, de quibus initio paragraphi tertii diximus, sic hunc locum reddit & explicat, *Ex utero auroræ tibi ros pueritiæ tuæ. decor ille, inquit, tuæ pueritiæ tibi est ex utero auroræ,* i.e. *qualis esse solet in germinibus primo diluculo, cum primum illud erumpit, rore perfusis.* R. Solomon autem (qui Psalmum hunc de Abrahamo exponit) ילדותך itidem pueritiam exponens, de מרחם משחר eadem ferè sentit cum iis, quorum opinionem præcedenti paragrapho posuimus, nisi quòd משחר לך mirificam attribuit expositionem, non *auroræ* aut *diluculi*, sed *projectionis*, fundatam in loco quodam Talmudis, משילין פירות דרך ארובה ביום טוב *die festo fructus projiciunt versus impluvium:* ubi pro משילין quidam legant משחירים :' hoc etiam peculiare habens, quòd ultimum præcedentis hemistichii comma (ipsi malè intellectum) præsenti commati adnectit. Ita enim scribit, בהדרי קדש מרחם משחר' זאת תהיה לך בזכות הדרות קדושה שהיו בך מבטן אמך שהכיר בוראו בן שלש שנים: מרחם משחר' משנפלת מן הרחם· לך טל ילדותך לך יחשב ילדותך דרכי יושר שהתנהגת בהם בילדותך יהו לך לנועם בטל זה שהוא נעים ונוח—, *Decoribus sanctis ab utero à projectione) hoc eveniet tibi merito decoris sancti, qui fuit in te à ventre matris tuæ. quippe notitiam Creatoris sui habuit, quum tantum tres annos natus esset. Ab utero à projectione) ex*

quo cecidisti ex utero. Tibi ros pueritia tua) tibi imputabitur pueritia tua. mores probi ac virtutes, quibus te assuefecisti in pueritia tua, erunt tibi recreationi, quomodo ros recreat suavisque est. Genebrardus, qui optimos Interpretes, ac seipso longè doctiores, tam impotenter tamque acerbè insectatur, (tum alibi passim, tum in comment. ad hunc ipsum versum) in verbis illis R. Solomonis, quibus suam de משחר sententiam exponit, planè cœcutiit, atque insigni hallucinatione eam Rabbino expositionem attribuit, cujus nunquam ipsi in mentem venit. *Quinetiam R. Solomo è Talmudicis nescio quid innuit de generatione facili & incorrupta, ut quum per fenestram diebus convivii fructus projiciuntur:* quæ pauca verba plurimis ac permagnis erroribus scatent. Quippe R. Solomon *de generatione facili & incorrupta* nihil prorsus dicit, multò minus è Talmudicis aliquid de ea affert, uti neque de generatione omnino. sed cum משחר לך hic attribueret novam significationem *projectionis*, ut מרחם משחר לך valeat, [*ex quo*] *ab utero projectio tibi*, i.e. [*ex quo*] *ab utero projectus fuisti, seu procidisti:* ad istius expositionis confirmationem citat locum è Talmude, ubi השחיר *projiciendi* vim habeat. extat autem ille locus in *Seder moed, massecheth bezá*, initio capitis quinti, ubi quum in *Misna* משילין scriptum sit, jam olim nonnulli משחירין pro eo legerunt. Præterquam autem quod Rabbino expositionem affingit, de qua ipse ne somniavit quidem, ac cujus nullum vestigium in verbis ipsius extat; quodque nihil planè vidit in ratione, ob quam ad Talmud hic recurrit: in ipsis quoque verbis Talmudicis interpretandis bis terve impingit. quippe דרך non significat *per*, sed *versus:* & ארובה non *fenestram*, sed *impluvium:* ac יום טוב quanquam pro *convivio* interdum sumitur, hic non *convivium* significat, sed *dies festos* seu *feriatos*, eosque non omnes, sed paucos quosdam κατ' ἐξοχὴν ita dictos, qui in universo anno sunt tantum sex, (uti Maymonides initio *Hilchoth Jom tob* nos docet) primus ac septimus Paschatis, primus & octavus festi tabernaculorum, Dies Pentecostes, & primus mensis septimi: qui dies cum pari religione à Judæis semper observati fuerint, ac ipsum Sabbathum, quantum ad cessationem ab omni opere, cum hoc duntaxat discrimine, quod per istos dies licita fuerunt opera ad apparandos cibos spectantia, אין בין יום טוב לשבת אלא אכל נפש בלבד: inquit *Misna* capitis quinti *Bezá:* multos ac scrupulosos pro more suo canones Magistri tradiderunt, ad definienda opera ista circa parandum cibum versantia: quibus canonibus totus iste liber, *Beza* sive *Jom tob* dictus, occupatur. Unus autem istorum canonum continetur in verbis à Solomone allegatis משילין

פירות ונ"ז. & ut magis etiam appareat, quam immaniter in declarando ipsorum sensu erraverit Genebrardus; ascribimus locum Maymonidis ex הלכות יום טוב, capite & paragr. 5. totam istam rem, quæ in *Misna* valde concisè traditur, ampliter edisserentem: מי שהיו לו פירות על גגו וצריך לפנותם למקום אחר לא יושיטם מגג לגג ואף בגגין —— השוין: ולא ישלשלם בחבל מן החלונות ולא יורידם בסלמות שלא יעשה כדרך שהוא יעשה בחול: אבל משילן אפילו דרך ארבה ממקום למקום באותו הגג: *Qui fructus habens in tegulis seu solario* [nimirum expansos ibi ad siccandum: qua de re multa Buxtorfius Dict. Chald. in מוקצה] *cogitur illos amovere in alium locum; non porriget ipsos de uno tecto in aliud, etiamsi tecta sint inter se æqualia* [i.e. æqualis altitudinis] *neque eos* [corbi impositos] *demittet per funem è fenestris, aut per scalas deorsum portabit: ne faciat eodem modo, ac diebus profestis facere solet: sed licet ipsi eos de uno loco solarii in alium projicere, ac proinde etiam versus impluvium* [per quod porro in inferiorem ædium partem decidant.] Jam clarè apparet, R. Solomonem neque ipsum loqui *de generatione facili & incorrupta*, neque introducere Talmudicos de ea loquentes, eam-ve cum *fructuum projectione per fenestram, diebus convivii facta, comparantes*: quæ somnia hic sibi imaginatus fuit Genebrardus. Ista autem Jarchii expositio, qua vult משחר *projectionem* significare, & aliunde per-inepta est, & perquam debili fundamento innititur, quum eo ipso loco, quem hic è Talmude citat, pro משחירים quidam legant משחילים, non per *resh*, sed per *lamed*, uti apparet è Lexico Buxtorfii, ubi in citatione istius sententiæ in *radice* שחל, ita hæc vox scribitur. & sic in Talmud *Jeruschalmi*, in expositione istius *halacha*, pro *Misna* משילין Gemaristæ משחילין usurpant: היה שם חלון משחילין דרך חלון. Porro etiam Marinus, quanquam ineptam illam τοῦ משחר expositionem, (non hanc Jarchii, sed illam § 1. ex Esraide allatam) retinens, & רחם capiens in proprio ac primario significatu pro *utero mulieris*, & *mem* habens pro *præpositione è loco*, ad hanc tamen classem pertinet, utpote qui hemistichium hoc transferens, *Ex utero obscuro* [*vel, tenebroso*] *tibi ros pueritiæ tuæ*, id ita explicat, *Quando conceptus es in matrice Virginis, qui locus nulla refertus luce solet esse obscurissimus, tibi nihilominus affuit ros*, i.e. *gratia divina*: ubi in explicatione videtur ילדות habere pro *generatione* vel *nativitate*, quum in ipso textu id *pueritiam* interpretetur; cujusmodi inconstantiæ plerosque Interpretes passim obnoxios videas.

6. Diversum adhuc ab omnibus hactenus enumeratis sensum (sed

(sed expositioni Marini aliquatenus vicinum) isti hemistichio attribuunt Tigurini, qui מרחם משחר cum Agellio aliisque, quos initio §. 3. memoravimus, haud aliter intelligentes, quam si כטל מרחם משחר scriptum esset, & ילדות cum iis, quos §. 4. recensuimus, pro *generatione* seu nativitate accipientes, existimant ἔνσαρκον Christi generationem hic comparari matutinæ roris generationi, quoad intaminatam puritatem: prætereaque, exemplo R. Solomonis, comma illud, בהררי קדש à præcedenti commate avulsum, huic adjungunt & immiscent. Versio ipsorum hæc est, *Tibi [etiam est] ros generationis tuæ in summo decore & sanctitate ex utero auroræ:* istique versioni hoc in margine scholion apponunt, *Partus etiam naturæ humanæ est purissimus, sanctissimus, magnificus, divinus. Ut enim cœlesti vi vapor elicitur è terra, qui circa auroram densatur in rorem; ita supercœlesti virtute corpus verè humanum filius Dei assumpsit de purissima Virgine, ut in mundum prodiret sol Justitiæ.* Etiam Osiander hæc ferè ita exponit, nisi quod ad Græcam versionem, atque ad Patrum expositiones inde enatas se ex parte accommodans (ideoque etiam משחר aliter interpretans) latius hæc extendit, atque non de ἐνσάρκῳ tantùm, sed & de divina Christi generatione sermonem hic fieri putat. quippe transfert, *De utero ante auroram est tibi ros nativitatis tuæ:* eamque translationem sic explicat, *Ratione Divinitatis, Deus Pater te non adoptavit in filium, ut alios homines, sed genuit te ex substantia sua, non in tempore, sed antequam mundus crearetur, antequam dies & nox essent. Ratione verò humanitatis perinde conceptus es in utero Virginis Mariæ, sicut ros olim descendit in vellus Gedeonis.*

7. De hisce expositionibus nonnullæ, præcipueque quam paragraphi quarti priore parte narravimus, aliquantum ex vero habent, ac aliquot hujus hemistichii voces ritè explicant. aliæ verò in toto plurimum errant, genuinumque ejus sensum nulla ex parte attigerunt, non modò illæ R. Mosis alteriusque Rabbini, initio capitis memoratæ, sed & eorum, qui טל ילדותך de numerosa multitudine dictum putant; qui omnes etiam in vocibus מרחם משחר enarrandis plurimum aberraverunt. Habet tamen primâ fronte aliquid probabilitatis ista expositio, quia insolens non est Hebræis ejusmodi ellipsis, qualem ipsi hic statuunt; ac *roris* comparatio haudquaquam inepta videtur ad multitudinem significandam. Et Micheæ etiam quinto, ver. 7. והיה שארית יעקב בקרב עמים רבים כטל מאת יהוה, eadem adhibetur comparatio, si Castalioni credimus, hunc locum ad confirmandam istam expositionem alleganti & Mariana quoque in notis ad

istum locum (cui *ros à Domino* idem valet ac *ros Domini*, i.e. *ros multus)* ac Diodatus putant similitudinem *roris* ibi ad denotandam multitudinem adhiberi. sed Hieronymus, Rabbinique Esraides & Kimchius, ac Recentiorum quoque Interpretum longè maxima pars, in longè alium sensum ista trahunt, putantque Israelitas rori comparari ratione suavitatis ac genitalis naturæ, quâ sata recreat, fovetque ac fœcundat: eaque expositio mihi longè potior, atque alteri præferenda videtur. Potius allegâsset Castalio 2 Sam.17.12. ואסף עליך כל ישראל——כחול אשר על הים לרב——ונחנו עליו כאשר יפול הטל על האדמה, *congregetur ad te universus Israel——æquè copiosus ac sabulum littorale——& ingruemus super ipsum, sicut ros cadit super terram:* ubi rori comparantur Israelitæ respectu multitudinis, non quidem directè, sed tamen satis clarè, cum istorum verborum sensus sit, *Quomodo ros, copiosus de cælo decidens, universam terram operit, ita nos cum numerosis nostris copiis in Davidem ac suos irruentes, ipsos opprimemus:* quomodo etiam Lyranus hunc locum explicat: *Et operiemus eum) in tanta multitudine, quod non poterit se protegere.* Et sanè siquis ea, quæ lib.4. cap.9. à nobis dicuntur de variis comparationum generibus, quibus ad magnam multitudinem atque abundantiam indicandam Hebræi uti solent, facilè credet etiam rorem eos in eundem finem aliquando adhibuisse. Sed expositioni isti, eatenus satis verisimili, alia tamen multa obstant, eaque ejusmodi, ut nullo pacto patiantur illam à nobis admitti.

8. Etenim ut *auroræ uterum* tribuamus (quod faciunt plerique istorum, qui טל ילדותך exponunt de *juventute instar roris copiosa)* vix videtur sana ratio permittere, quum translatio ista nimis quàm audax sit & insolens. Scio quidem quid objici possit, Jobi 38.29. nominari ventrem, è quo glacies procedat, מבטן מי יצא הקרח, *& cujus è ventre progreditur glacies?* Illum tamen locum non favere præsenti expositioni, attenta ejus inspectio planum facit. quippe hoc, *de cujus ventre exit glacies*, idem valet, acsi dictum esset, *quæ est mater glaciei?* eademque est mens alterius hemistichii, de pruina, וכפור שמים מי ילדו: sicut versu præcedenti dicitur, היש למטר אב, *num pluvia habet patrem?* cui deinde alterum hemistichium de rore cum verbo הוליד (quod patrum est, sicuti matribus propriè ילד, in altero versu usurpatum, competit) subjungitur, מי הוליד אגלי טל. Istorum autem versuum sententia est, Pluviam, Rorem, Glaciem, Pruinam, solius Dei opera esse, neque de hominibus aut virum ullum ea gignere, sicut pater generat filios; neque fœminam ea parere, sicut mater

ter liberos enititur: id est, compendio, à nullo mortali viro fœminâ-ve, ea procreari. Jam in illis verbis, *Nulla est mulier quæ glaciem pariat, atque veluti ex utero suo excludat* (qui est genuinus sensus istorum verborum, מבטן מי יצא הקרח; sicuti istorum, היש למטר אב, *nullus est vir, qui pluviam à se genitam gloriari queat*: quum ejusmodi interrogationes apud Hebræos vim habeant negandi) non esse præsidium durissimæ illi locutioni, quâ *Auroræ* tribuitur *uterus*; *è quo ros producatur*, clarè patet. Sed & quod ejusdem capitis ver. 8. *Mare de utero prodiisse* dicitur, ובגיחו מרחם יצא, non multum eam juvat: quia aliud est, dicere *prodire ex utero* pro *nasci*, aliud, *uterum* rei ejusmodi, qualis est Aurora, attribuere. & quod Jonæ 2.3, Orco *venter* tribuitur, id longè alio fit respectu, quàm partûs aut generationis; quippe duntaxat ad secessum & penetralia denotanda, quo sensu *cor* quoque illic, & alibi sæpissime usurpatur.

9. Præterea ipsum hoc, quòd *Auroræ* tribuitur *roris productio*, etiamsi id fiat simpliciter, & absque *uteri* mentione (quod & facere nonnullos istorum ostendimus, insignem illam *catachresin* vitantes) dictu quidem haud durum, minus tamen est accuratum aut verum. quippe Nox potius, quam Aurora, Roris est procreatrix, idque in primore sui parte magis, quàm in ea quæ Auroræ vicina est: quare etiam Virg. 3. Georg. roris descensum ponit mox post solis occasum,

Solis ad occasum, quum frigidus aëra vesper
Temperat, & saltus reficit jam roscida luna.

Roscidam lunam dixit *metonymicè* de ipso rore, quia nimirum luna, ἧς τὸ φῶς ὑγραίνει, *cujus lumen humectat*, inquit Arist. Problem. sect. 24. num. 14. ac quam Ptolomæus quoque alicubi asserit τὸ πλεῖον τῆς δυνάμεως ἔχειν ἐν τῷ ὑγραίνειν, *humectandi facultate præcipuè pollere*, credita est multum conferre ad roris generationem: quamobrem Plutarchus quoque alicubi scribit πανσέληνον εἶναι δροσοβόλον, *plenilunio rores augeri*. Hoc autem, quod de nocturno ac vespertino roris casu diximus, verum esse, constat omnibus, qui noctibus iter fecerunt, aut in campis deambulaverunt. quippe verè ac æstate (quibus potissimum anni temporibus ros copiosus provenit) mox post solis occasum ros decumbere incipit, adeo ut & vestimenta eorum, qui tunc sub dio versantur, intra parvum temporis spatium, eo humescant, & prata perspicuè ac celeriter, durante adhuc crepusculi luce, canescant. Itaque in Sacris etiam, quando temporis, quo ros decidat, mentio fit, non diluculum aut aurora, sed ipsa nox solet nominari: uti Jud. cap. 6. cujus vers. 39. cum narratum esset, Gideonem à Deo petiisse, ut ros nullus super

vellus

vellus, sed super omnem circa terram descenderet, ver.40. dicitur factum quod ille petierat ויעש אלהי' כן בלילה ההוא, *& fecit Deus ita nocte illâ.* Sic Num.11.9.וברדת הטל על המחנה לילה, *& quum ros nocte descenderet super castra.* similiterque Cantic.5.2. ros vocatur רסיסי לילה *aspergines nocturnæ.* & ita Virg. quoque 2.Georg.

Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.

10. Sunt quidem duo in Scriptura loci, qui pro adversa parte facere, atque ipsi diluculo roris productionem attribuere videntur. sed diligentius considerati, nihil tale dicunt, ac quis primo aspectu eos dicere putaverit. Unus istorum est Exod.16.13. ובבקר היתה שכבת הטל סביב למחנה, ubi Stephanus, שכבה accipiens pro *descensione* (quomodo etiam capitur à Chaldæo, qui vertit נחתתא, & à Rabbinis plerisque, ac inter eos à Kimchio, in Diction. qui tamen alteram quoque hujus vocis explicationem adjungit, *effusionis, profusionis*) vertit, *Fuit descensio roris*, i.e. *descendit ros:* & Pagn. quoque similiter vertit, *descendit ros:* neque aliter Valera. eodemque spectat scholion Lyrani: *Panis descendebat per modum roris. hora autem matutinalis conveniens est talis descensui:* & apertissimè hoc Oleastri: *mane fuit jacentia roris. sensus est, quod mane facto descendebat ros de cœlo.* Sed revera aliter hæc exponenda esse, ita ut היתה non significet ἐγένετο, *facta est* (quod isti putaverunt) sed ἦν, *erat*, i.e. *extabat, existabat, comparebat*, dilucet, si hanc narrationem conferas cum ea, quæ Num.11. habetur; quæ quum planè eadem sit, expressè ibi dicitur, verbis illis modò allegatis, rorem noctu super castra decidisse. & hoc bene animadverterunt Interpretes plerique, qui proinde aliter quàm Steph. & Pagn. ac pro mente nostra hunc Exodi locum interpretati sunt. Namque Hieron. (quem etiam Luth. Munst. Anglica utraque, & Belg. sequuntur) *mane jacuit ros:* servans nimirum in nomine שכבה vulgatiorem verbi שכב significationem (quæ est modò, *decumbere*; modò, *jacere, cubare*) quod expressius etiam fecerunt Marin. & Mont. qui vertunt, *erat cubatio roris* (mallem dixissent, *decubitus*) *id est*, inquit Marinus, *ros erat effusus.* Etiam Castalio, *solum constratum erat rore*, & Tremel. *erat stratus ros, heb. stratum roris* (quod posterius retinuit Diod. *vi fu un suolo di rugiada*, quum utraque Gallica priori ac liberiori Tremellii interpretationi magis conformis sit, *la rosee estoit estendue: il y estoit une rosee espandue*) prorsus nobiscum faciunt: neque videntur discordare Tigurini, *projectus fuit ros.* In isto igitur Exodi loco non dici, *rorem mane descendisse*, sed eum, qui præcedenti nocte decubuerat sive

effusus

effusus fuerat, ad matutinum, ut solet, durâsse, ac tum conspectum fuisse, jure dicimus: quandoquidem & collatio cum Num.11. id planum facit, & major Interpretum pars idem nobiscum dicit.

11. Alter locus, qui auroræ sive diluculo videtur roris ortum ascribere, est Hos.6.4. וכטל משכים הלך (quæ eadem verba etiam Hos.13.3. posita sunt) Steph. reddit, *ros mane veniens & abiens*: Trem. *velut ros mane stillans abit*: Piscat. *ros mane stillans qui abit*: & sic Diodatus, *la rugiada, laquale viene da mattina, è poi se ne va via*: eodemque ferè modo exponunt Gallica & Anglica utraque, ac Belgica, *sicut ros matutinus vadit*, seu *abscedit*, secuti, ut videtur, Græcos, ὡς δρόσος ὀρθρινὴ πορευομένη. Sed mihi liquidò constat, istos Interpretes mentem hujus loci nequaquam assecutos esse, neque משכים esse *participium* per se subsistens, quod significet *mane veniens* aut *matutinus* (ut ipsi putaverunt) sed simpliciter *adverbii* usum præbere, atque הלך vice *adverbii* adjunctum, more Hebræis familiari, ut unum *verbum* alteri loco *adverbii* apponant, idque ferè ex necessitate, quum paucissima *adverbia* habeant. cujus rei & alia exempla (quæ plurima nobis ad manum sunt) impræsens omittamus, nonnulla ex hoc ipso verbo השכים petita apponemus. Genes.19.ver.2. והשכמתם והלכתם, Hieron. *& mane proficiscemini*. Josuæ 8.14. וישכימו ויצאו *mane progressi sunt*. Judic.21.ver.4. וישכימו ויבנו, *mane ædificaverunt*. Jerem.26.5. והשכם ושלח, *mittendo mane*. Zeph.3.7. השכימו השחיתו, *maturè se corruperunt*. Quomodo igitur in istis aliisque præterea locis, ita hoc quoque Hoseæ השכים *adverbii* potius quàm *verbi* vim habet, quod animadvertit etiam Hieron. qui vertit, *ros mane pertransiens*: eodemq; modo Pagn. ac Riv. *ros mane vadens*, Merc. *ros mane abiens*: Castal. *similis abeunti mane rori*, ac Italus, *come la rugiada, che la mattina se ne va*: & ad istam mentem Tremell. quoque verterat prius, in comment. separato, *Ros mane evanescens*. Lutherus autem ac Valera quum rectè perspexerint, quam vim hic habeat משכים, ita tamen hunc locum transtulerunt, ut cum prioribus ipsi quoque Prophetam de rore diluculo cadente loqui faciant, **wie ein taw, der frühe morgens sich ausbreitet**: *come el rocio, que viene à la madrugada*: i.e. *sicut ros mane se spargens, mane veniens*: qui error in ipsis natus à malè intellecto verbo הלך, quod ipsi sumpserunt pro *venire*, quum significet *abire*; quod & plerique omnes Interpretes viderunt. Sermo igitur hîc est de rore, non qui mane cadat, sed qui mane evanescat; quod omnis ros facere consuevit, simulatque diei calorem, aut radios solis senserit: à quibus etiam *nebula* ענן בקר, solent dispel-

li.

li. ideoque hîc utrumque conjungens Propheta, instabilem fluxamque Judæorum pietatem evanescenti mane rori nebulæque assimilat: quam comparationem haudquaquam adversari nostræ assertioni, quod ros noctu cadat, non diluculo, apertum est.

12. Nostri quidem Poetæ *Auroram humidam* ac *roscidam* solent indigetare; ac de *matutino rore* non rarò loquuntur. ut Palladius, Appendice Virgilii, carmine de ortu Solis,

Aurea fulgebat roseis Aurora capillis,
Et matutino rore madebat humus.

Et Virg. 3. Georg.

Luciferi primo cum sidere frigida rura
Carpamus, dum mane novum, dum gramina canent,
Dum ros in tenera pecori gratissimus herba est:

Calph. ecl. 5.

Frigida nocturno tinguntur pascua rore,
Et matutinæ lucent in gramine guttæ.

Sed quum omnis ros, & qui noctis introitu, & qui reliqua ejus parte cadit, soleat ad diluculum usque, donec solis calore dissipetur, perseverare; possunt debentque ejusmodi dicta, de *matutino rore*, & de *roscida aurora*, intelligi de rore, non qui mane decidat, sed qui ad matutinum durat, ac mane in herbis stirpibusque conspicitur; & de Aurora, non quæ generet rorem, sed cujus ortum plurimus ros præcesserit, ac etiamnum manens comitetur. Diffiteri tamen nolim, eos interdum ita expressè loqui, Auroræque roris ortum verbis ita planis tribuere, ut ea commodam hujusmodi Interpretationem nullam admittant: ut Cic. 1. Div.

Quum primum gelidos rores aurora remittit:

& Vitalis, in eadem Appendice Virgiliana,

Vix Aurora sua rubefecerat Æthera curru,
Summaq; canebat roribus herba novis

(ubi *ros novus* non potest aliter accipi quam de *rore recens delapso*) quomodo etiam autor libri Sapientiæ alicubi loquitur (cap. 11. vers. 23.) *ὡς ῥανὶς δρόσου ὀρθρινὴ κατελθοῦσα ἐπὶ τὴν γῆν*, *sicut aspergo roris mane descendens super terram.* *ὀρθρινὴ κατελθοῦσα* est Hebraism. השכימה וירדה, vel משכימה וירדה, i.e. *κατ' ὄρθρον κατελθοῦσα*, quod rectè animadversum à Syro, utpote interpretante, איך מיא דטלא דנחת בצפרי על ארע', *sicut aqua roris, qui descendit mane super terram*, non animadvertit Vulgatus, qui vertit, *velut gutta matutini roris humi delapsa.* Sed ista, si sub exactum examen revocentur, non possunt pro veris haberi,

beri, quum *non causam* pro *causa* assignent; neque aliter quàm per poeticam rhetoricamque licentiam, quæ talia non raro committit, excusari possunt. Et quanquam sacri quoque Scriptores, præsertimque Poetici, (quales sunt Jobus, Solomon, ac David, reliquique Psalmorum autores) ea interdum utantur in hujusmodi rebus, quarum veritas non magnopere religionis interest, ac sermonem suum ad vulgi sensum magis, quam ad ipsum rerum ἀκρίβειαν accommodent; non semper tamen eò recurrendum est, neque ejusmodi ἀκυρολογία statuenda nisi ubi ea evidens est, ac verba textûs eam apertissimè præ se ferunt: quod quum hic locum non habeat, non omnino invalidum est contra hanc expositionem, quam hic impugnamus, argumentum nostrum, ex eo petitum, quòd Aurora non sit verum generationis aut descensûs roris tempus; id quod illa expositio affirmat. Et hæc quidem, quæ tribus hisce paragraphis diximus, non modò adversus eos faciunt, quorum expositionem §.2. & 3. posuimus, sed & contra eos, qui טל ילדותך longè aliter, quàm ipsi, exponentes, in interpretando מרחם משחר cum iis concordant.

13. Peculiaris autem ac validissima objectio contra eos, qui טל ילדות exponunt *rorem juventutis*, i.e. *juventutem instar roris copiosam*, ducitur ex ipso vocabulo ילדות, quod nunquam habet eam significationem, quæ ei ab ipsis affingitur. Quippe non hæc vox tantum (quæ bis præterea occurrit) nusquam ita usurpatur, quomodo ipsi eam hic exponunt; sed & inter omnia alia ætatum vocabula, quæ habent Hebræi (שיבה, שיב, זקנים, זקנה, בחרים, בחורות, עלמים, נערים, נער) nullum unum est, quod in quopiam Scripturæ loco ita sumatur, ut *collectivè* significet multitudinem hominum ejus ætatis, quæ ætas ipso propriè significatur: unde satis firmiter concludere licet, significationem eam, quam isti טל ילדות hic assignant, ab eo alienam esse. Nam quòd apud Latinos *Juventus* ac *Juventa*, & apud Græcos νεότης, de ipsis *Juvenibus* sæpe dicuntur, hoc ad rem non pertinet: quandoquidem non statim, quicquid in una lingua obtinet, id ad aliam quamvis transferre licet. & infinita sunt in singulis linguis vocabulorum phrasiumque ac figurarum idiomata, quarum paucas in ulla alia lingua, plerasque in nulla præterea invenias. Nihilo magis autem audiendi sunt, qui ילדות hic exponunt *generationem* seu *nativitatem* (quod deinde nonnulli ipsorum pro ipsis *genitis* seu *natis*, aut *multitudine genitorum natorum ve*, itidem ac præcedentes *juventutem* pro *juvenibus* acceperunt) quum docere nequaquam possint, quod ista significatio huic voci competat, certumque sit eam nullibi ita usurpari

pari

pari in sacris libris; in quibus מולדת & תולדת eum habent usum, quem ipsi hic ילדות tribuunt absque ullius exempli aut authoritatis fulcro assignant.

14. Itaque omnino pro ætatis nomine habendum hic τὸ ילדות. & quum derivetur à ילד, quod modò *infantem* significat (ut Exod.1. 17. & cap.2.3,6, 8. &c. 2 Sam.12.18. 1 Reg.3.2.) modò *puerum* (Gen.21.14. 2 Reg.4.18. Eccles.4.13. Zach.8.5.) interdum *adolescentem* (1 Reg.12.8,14. Dan.1.4.) quandoque etiam *juvenem* robustioris jam ætatis (ut Genes.4.23. ubi multi *puerum* inepte transferunt, non nemo *infantem* perridiculè; alii *adolescentulum* & *adolescentem*, & ipsi minus exactè; quum *synonyme* ponatur cum איש uti rectè observavit in comment. Calvinus: quare etiam Lutherus, Gallica ac Anglica utraque, Diod. & Belg. *juvenem* ritè transtulerunt) potest ילדות vel *infantia* exponi; vel cum Aquila, Marin. Agell. Schind. *παιδιότης*, *pueritia*; vel *adolescentia*, ut Hieron. transtulit; vel etiam *Juventus*, quod hic elegerunt Symm. ac V. Editio, in quo intellectu hæc vox etiam sumitur Eccl.11.9. uti apparet tum ex eo, quòd ad בחור *juvenem* sermo ibi est, tum quòd ימי בחורות ipsi pro *synonymo* subjicitur. quamnam autem ex istis quatuor ætatibus hic potissimum denotet, id ex sensu ipso dispiciendum est, ac à nobis mox docebitur. Interim monemus, expositionem Abenesræ (qui cum ילדות habeat non pro *Juniorum multitudine*, sed pro ætatis nomine, ita tamen hæc torquet, ut eandem ferè cum iis, quibus ילדות est *νεολαία*, sententiam inde eliciat) & ipsam stare non posse, nulloque negotio coargui ex eo, quòd si Psalmista volebat voluntarias Davidis copias rori comparare, valde otiosum erat recurrere ad rorem, Davidi in adolescentia, dum pastoris munere fungitur, conspectum; quum ros sit res quotidiana, ut nequaquam opus sit eum, qui rori aliquid comparare vult, alteri in mentem revocare rorem multis retro annis visum. prætereaque ut *ros in pueritia conspectus* vocetur *ros pueritiæ*, phrasis est valde dura & inconcinna.

CAPUT XI.

Hemistichium istud, מרחם משחר לך טל ילדותך, *duo distincta membra continere, contra quam omnes vulgo putant; & accentum* atnach *pravè sub* משחר *positum esse.* 2. *Error iste, accentum illum alieno loco collocandi, passim admissus, præsertim in libro Psalmorum.* 3. מרחם

3. מרחם *idem hic significare, quod Latinis* ab ortu, *quomodo alibi sæpe ista phrasis usurpetur; uti & cognata,* ממעי אמו, מבטן אמו, מן הבטן. 4. *Plerosque Interpretes nimis* κατὰ λέξιν *reddere istas phrases, quarum tamen genuinam vim multi in scholiis ritè expresserint.* 5. משחר *significare* splendorem *seu* claritatem auroralem; & metaphoricè, famæ celebritatem ac nominis claritudinem. 6. *Solenne Hebræis, quando maximum seu clarissimum lumen intelligi volunt,* auroræ *seu* diluculi *mentionem facere: id quod exemplis aliquot comprobatur.* 7. *Ratio ejusdem rei redditur.* 8. *Vocabulo* משחר *hic non* claritatem *tantum, sed &* spectabilitatem *notari: sicuti Cant. 6. 9. sponsa pulchritudine conspicua Auroræ comparatur,* הנשקפה כמו שחר. 9. *Quam vim in isto loco habeat verbum* נשקף, *excutitur.* 10. *Verbum istud in eodem sensu positum esse etiam Jerem. 6. 1.* רעה נשקפה מצפון: & *Psal. 85. 12.* וצדק משמים נשקף: *ubi tamen, uti & præcedenti loco, minus exactè à plerisque redditur.* 11. *Vis istius comparationis,* הנשקפה כמו שחר, *parum bene explicata à Jarchio, uti & ab alio quodam Interprete.* 12. *Aurora etiam comparari, quæ conspicua sunt alio modo, putà* τὰ ἄνωπλα καὶ εὕρετα· *quod fiat Hos. 6. 3.* כשחר נכון מוצאו: *qui locus obiter edisseritur.* 13. *Istam tamen conspicuitatem nequaquam hic in* משחר *intelligendam, sed priorem duntaxat.* 14. *Posse etiam* משחר *accipi de prosperitate & rebus secundis, quomodo nempe* שחר *sumitur Esa. 8. 20. cujus versus dua diversæ expositiones, una Esraidis, & altera Kimchii, proponuntur:* 15. *Aliæ ejusdem versus expositiones.* 16. *Nostra super istius versus sensu atque expositione sententia.* 17. *Hieronymus aliique nobis in istius loci interpretatione consentiunt.* 18. *Per* שחר *hic non* lucem cognitionis, *sed* res secundas *debere intelligi.* 19. *Ratio, ob quam* משחר *hic Psal. 110. 3. non possit ita sumi, quomodo* שחר *in isto loco Esa. 8. 20. sumitur.*

POstquam aliorum pravas expositiones hujus loci מרחם משחר לך טל ילדותך, quod satis sit refutavimus, nunc tempus est ut propriam de eo sententiam aperiamus. Primò autem monemus, hemistichium hoc duobus distinctis membris constare (contra quam omnes alii hactenus putaverunt, qui unanimiter id habuerunt pro unico colo) ita ut prius sit מרחם משחר לך, alterum verò טל ילדותך. Huic nostræ distinctioni repugnat accentus *athnach*, sub voce משחר collocatus, quo ibi admisso, nullo pacto לך cum מרחם משחר jungi potest, quum *athnach* sit de *regiis accentibus*, ut vocant, post *sillûk* omnium

um

um præcipuus, sententiam in sua periodo integram, sed à sequenti aliquatenus dependentem, constituens. sed perperam sub משחר positum esse *atnach* (qui sub קדש potius ponendus fuerat) etiam alii Interpretes agnoverunt, qui non poterant hemistichium hoc pro uno colo habere, sed verba illa מרחם משחר præcedentibus copulantes, ex לך טל ילדותך integrum membrum constituere debuerant, si ullam ejus rationem habuissent.

2. Et sanè passim in Psalmis hunc errorem ab illis accentuum magistris (quiqui tandem illi fuerunt) admissum esse circa magnum hunc accentum *atnach*, ut eum pravè atque alieno loco collocarent, quivis nullo negotio deprehendet, qui animum advertere voluerit. & ut lectorem quærendi labore levemus, aliquot exempla apponemus, non modò nominantes locos (quod sæpe fallit, quum in versibus numerandis ac signandis editiones soleant aliquantum variare) sed & allegantes voces ipsas, quibus accentus iste contra rationem appositus est. namque integros versus aut sententias ascribere, ac ostendere quo potius loco *atnach* ponendus fuerit, id longum nimis esset ac tædii plenum. חמס Psal.11.5. עוד, Psal.10.18. חוסים, Psal.17.7. ובהיכלו, Psal.29.9. לשדי, Psal.32.4. פלט, Psal.32.7. לתאבה, Psal.119.20. ויכלמו, Psalm.40.15. יהוה, Psal.42.17. ובשרי, Psal.84.3. בתוכה, Psal.137.2. in quo toto versu nullus est isti accentui locus, uti neque in duobus sequentibus, ואביון, Psal.82.4. יהוה, Psal.94.3. Multo plura afferre poteramus, neque è Psalmis modò, sed & è plerisque aliis Scripturæ libris. verum ista in specimen sufficiant. & ut magis etiamnum pateat, quàm nullo judicio isti accentuum artifices usi sint, inspiciatur primus totius Scripturæ versus, & videbitur ibi *atnach* ascriptus ubi minimè oportebat, quum in toto illo versu nullus ipsi locus sit. Ob hæc accentum magnum sub משחר positum insuper habentes, hemistichium istud ita, uti diximus, distinguendum putamus: & rectè nos in eo facere, docebit ipse sensus, quem demonstrare nunc aggredimur.

3. מרחם cum iis, de quibus capitis præcedentis §.4. dictum, ita hic accipio, quomodo accipitur Jobi 3.10. למה לא מרחם אמות: Psal.22.11. עליך השלכתי מרחם: Psal.58.4. זרו רשעים מרחם: Jerem.20.17. אשר לא מותתני מרחם: in quibus omnibus locis מרחם idem valet, quod Latinis *ab ortu*, seu *à primo ortu*; pro quo interdum dicitur etiam מבטן, מן הבטן, מבטן אמו, ut Jud.13.5. puer erit Nazaræus Domini מן הבטן: & c.16.17. Nazaræus Dei sum, מבטן אמי:

ויצרי מבטן : & cap. 49. 5. ופושע מבטן קרא לך Esa. 48. 8. אמי : לעבר לו. Et non rarò utraque ista *synonymè* conjunguntur ut Psal. 22. 11. עליך השלכתי מרחם מבטן אמי אלי אתה : & cap. 58. 4. העמסים מני בטן : Esa. 46. vers. 3. זרו רשעים מרחם תעו מבטן הנשאים מני רחם. Est & ubi eodem sensu dicitur ממעי אמי, quod cum מבטן copulatum legimus Psal. 71. 6. עליך נסמכתי מבטן ממעי אמי, & Esa. 49. 1. יהוה מבטן קראני ממעי אמי אתה גוזי הזכיר שמי. Hoseas etiam (cap. 9. vers. 11.) מלדה *à partu*, & מהריון *à conceptu* vel *à graviditate* cum מבטן, ad unam eandemque rem designandam, conjunxit: & Psal. 22. 10. מבטן על שדי אמי ut æquipollens sociatur. Tot igitur modis id, quod nos *ab ortu* sive *à nativitate* dicimus, exprimunt Hebræi: de quibus מרחם, uti & מבטן ac ממעי אמי propriè eam vim habent, acsi dicas, *simulatque ex utero, vel ventre, prodiit* (ita R. Solomon Jobi 3. 10. מרחם exponit מיציאת מרחם, *ab egressu ex utero*) quare etiam plenius ita hæc phrasis interdum effertur, ut Jobi 3. 10. ubi מבטן יצאתי ואגוע dictum est pro eo, quod brevius alias diceretur מבטן אגוע. Quum autem infantia statim ab ipso partu, & simulatque ex utero in lucem prodiit fœtus, incipiat, inde fit ut מנעורין *ab infantia* (נעורים, ut ילדות, modò *adolescentiam*, modò *pueritiam*, modò *infantiam* significat) nonnunquam cum מרחם & מבטן jungitur, ut Jobi 31. 18. כי מנעורי גדלני כאב ומבטן אמי אנחנה : & Psalm. 71. vers. 5. ac 6. יהוה מבטחי מנעורי עליך נסמכתי מבטן.

4. Interpretes tum מרחם tum מבטן solent κατὰ πόδα transferre, *ab*, vel *ex utero, vulva, ventre*, quum tamen istæ locutiones non consueverint à Latinis eo sensu adhiberi, quo מרחם, ac מבטן, & similia, ab Hebræis adhibentur. Soli, quod sciam, Tigur. ac Bucerus bis térve liberius aliquanto & elegantius transtulerunt, Tigurini quidem Jobi 3. 9. מרחם, *statim editus ex utero*, & Jobi 31. 18. מבטן אמי, *quamprimum editus sum in lucem*, & Psal. 58. 4. מרחם, מבטן, *ab eo tempore quo vulvam egressi sunt*, *jam inde ex quo è ventre prodierunt* : Bucerus verò tum hoc ipso loco è Psal. 58. (ubi eadem verba adhibet ac Tigurini, *accusativis* tantum in *ablativos* mutatis) & Psal. 22. 11. מרחם, *simulatque in lucem prodii*: quibus addi etiam potest Hieron. Jud. 13. 5. ubi מן הבטן vertit, *ab infantia, & à matris utero*. Stephanus autem, Musc. Steuch. Osian. Pisc. & Mariana, quanquam in ipso contextu nihil mutant, aut à cæteris variant, in notis tamen veram istarum phrasium vim quandoque exponunt. namque Jud. 13. 5. ad Tigurinorum *ex ipso utero* Steph. adnotat, i.e. *ab ortu sive nativitate* :

& Psal.

& Psal.22.11. מרחם. Tigur. *à partu*, exponit *simulatque in lucem editus sum.* Musc.Psal.58. *Ab utero, à vulva) ab infantia, à puero:* & Esa.48. *Statim à puero.* Steuchus Psal.22. *Ex utero, de ventre) cum primum lux hausta est, cum primum cœlum hoc aspexi.* Osian.Psal.71. *Ex utero) matris*, i.e. *à teneris unguiculis:* Esa.48. *Ex utero) vixdum egressum. in infantia tua.* Mariana, Jerem.20. מרחם. Hieron. *à vulva* προαχθεὶς. *quum primum è vulva sum egressus:* idque ipsum Schind. in Diction. effert, *cum primum editus sum in lucem.* Piscator, Psalm. 58.4. & Esa.48.8. מבטן exponens *à nativitate*; Psalm 71.6. eandem vocem sic interpretatur & enarrat, *Inde ab utero, scil. matris meæ*, i.e. *ex eo tempore, quo me mater utero enixa est:* & Esa.44.2. *Inde à ventre, scil. matris: quum primum prodiisti è ventre matris.* Cajet. Psalm. 58. *à vulva* minus bene exponens, *à tempore quo concepti sunt:* ibidem, *ab utero*, probè explicat, *ex quo nati sunt.* Græci eo sensu, quo מרחם & מבטן usurpant Hebræi, dicunt ἐκ γενετῆς, & interdum, phrasi propius ad ipsa verba Hebraica accedente, ἅμα τῷ τῆς γαστρὸς προελθεῖν, quod posterius invenies apud Herodianum lib.1. Μὴ πειραθέντα με ἰδιωτικῶν σπαργάνων, ἅμα τῷ τῆς γαστρὸς προελθεῖν ἡ βασίλειος ὑπεδέξατο πορφυρὶς, ὁμοῦ δέ με εἶδεν ἥλιος ἄνθρωπον καὶ βασιλέα, *me haud expertum privata incunabula, principalis purpura excepit statim ut è ventre prodii, & sol me uno eodemque tempore & hominem vidit & regem.* & non absimili phrasi usus est etiam Arrianus lib.3. Dissert. cap.22. Οὐ γὰρ ἐκ τῆς κοιλίας ἐξελθόντα δυνατὸν κυνικὸν εἶναι, ubi rectè Interpres Schenkius, *statim ex utero editi:* & Wolfius, *à primo statim ortu.* ast planissimè hebraicam phrasin usurpavit Theognides (fortassis ipsam, sicuti pleraque sua, ex libris hebraicis mutuatus) Οἱ κακοὶ οὐ πάντως κακοὶ ἐκ γαστρὸς γεγόνασι. Pro eodem ἀπὸ τῆς γενέσεως εὐθὺς, dixit Strabo, lib.10.

5. Quantum ad vocem משחר, eam puto neque idem esse cum שחר *aurora*, neque tamen rem valde diversam significare, nimirum *splendorem* sive *claritatem auroralem*, ut sic dicam, i.e. qualis est auroræ, vel qualis auroram comitatur: quæ cum propria ac primaria sit ejus notio, *metaphoricè* pro *fama celebritate* ac *nominis amplitudine atque claritudine* hic sumi existimo: sicuti apud Græcos quoque λαμπρότης, & apud Latinos *splendor* ac *claritas*, præter lucis fulgorem, de quo dicuntur propriè, sæpissime ad denotandum *nomen gloriosum & illustre* transferuntur. & ipsum quoque hoc *adjectivum illustris* notionem illam, qua passim ab omnibus usurpatur, tralatitiam habet ac secundariam, quum principaliter ad ipsam lucem atque ad res clarâ luce circumfusas pertineat. atque ejusdem *metaphoræ* vim in contrariis quoque

vocabulis *obscuritas* & *obscurus* licet observare, quæ de *ignotis* & *ignobilibus* æquè ac de *tenebrosis* & *caliginosis* usurpantur.

6. Est quidem meridianæ, imò cujuscunque diurnæ, & antemeridianæ aut pomeridianæ, lucis claritas major ac insignior, quàm matutinæ, quæ proinde istis minus videtur apta aut plena ad hanc *metaphoram*, atque ad *nominis nobilitatem famaq́ꝫ claritatem* denotandam. sed solenne est Hebræis, diluculi seu auroræ mentionem facere, etiam quando maximum ac clarissimum lumen intelligi volunt: cujus rei admodum notabile exemplum habemus Esa. 58. 8. ubi Propheta Judæis promittens summam prosperitatem ac fœlicitatem (quam lucis seu luminis metaphoricâ appellatione passim afficiunt Hebræi) id facit his verbis, אז יבקע כשחר אורך, *tunc erumpet lumen tuum sicut aurora*, i. e. *erumpet tibi lumen non minus clarum, quam est lumen auroræ.* nam שחר hic non est *nominativus*, quod omnes Interpretes putaverunt, sed *genitivus*, ac כשחר positum pro כאור השחר, figurâ Hebræis perfamiliari, & cujus multa exempla alibi adducimus. Egregium hic ac summè fulgidum lumen ab Esaia innui, res ipsa loquitur; & confirmat versus decimus, ubi idem effatum resumens, sic inquit, וזרח בחשך אורך ואפלתך כצהרי', *& orietur tibi lumen in tenebris, ac caligo tua erit instar meridiei*, i. e. *caligo, in qua prius versabaris, convertetur in lucem meridianam*: ubi אור צהרים, *lumen meridianum* vocat, quod אור שחר, *lumen auroræ* paulo ante dixerat. Huic loco addi etiam potest Jobi 41. 9. ubi Deus igneos ac collucentes ceti oculos comparat fulgori auroræ, ועיניו כעפעפי שחר: similiterque Amos 4. 13. & 5. 8. ubi quum dicatur Deus modò tenebras vertere in lucem, modò lumen in caliginem permutare; non meridianæ nec diurnæ lucis commeminit Propheta, sed lucis *auroræ*, שחר, ac *matutini*, בקר (quod ferè idem est cum שחר, *aurora*) עשה שחר עיפה: הפך לבקר צלמות: qui loci eo notabiliores sunt, quia tum עיפה, tum צלמות, non quasvis tenebras, sed densas atque admodum obscuras designat; ut proinde appositionis ratio postulet, non tenue aliquod ac evanidum, sed clarum fulgidumque lumen ex adverso nominari. ac propterea bene Merc. hunc locum sic [illegible] *Auroram, lucem scil. splendidam, & quæ subinde ornatior, splendidior ac illustrior progressu redditur, ubi splendidissima mane orta fuerit & lucidissima, quumq́ꝫ ita duratura putatur, repentè tenebris & nebulis contegit.*

7. Sicuti autem hisce exemplis liquidò docetur, Hebræos auroræ & matutinæ lucis solere commeminisse, etiam ubi splendidum ac clarissimum lumen exprimere cupiunt; ita rationem quoque istius locutionis

tionis assignare non difficile est. quippe quod matutinæ ac diluculanti luci revera deest de diurnæ ac meridianæ plenitudine & claritate, id in ea compensatur noctis tenebrarumque confinio ac vicinia, quæ facit, ut auroræ fulgor non solum gratior, sed & major, quam reipsa est, appareat: quum interdiu, ubi tenebrarum jam veluti obliti, ac luminis ubertate satiati sumus, splendor iste animos oculosque nostros haud æquè afficiat, aut feriat.

8. Crediderim autem per משחר non *claritudinem* tantum denotari, sed & ἀξιοθεατότητα, *conspicuitatem, spectabilitatem*, ut verbis hisce מרחם משחר לך non modò dicatur Christus à primo ortu *clarus illustrisq;* fuisse, sed & *conspicuus ac spectabilis*: quæ sanè duo valde inter se sunt affinia ac connexa, & ab isto illud pendet. qui enim ornatus est iis dotibus, quæ conspicuos spectabiles-ve homines reddunt, is etiam brevi ad nominis celebritatem ac claritudinem solet pervenire. Et cur de spectabilitate intelligendum quoque putem משחר, facit Cant.6.9. ubi cum Sponsæ prospectus comparetur Auroræ, הנשקפה כמו שחר, id vix aliter exponi commodè potest, quam de conspicuitate, q.d. Sicuti Aurora, quando primum exoritur, conspicua admodum est, atque fulgore suo in hominum oculos incurrit; ita Sponsa mea, quoties prospicit (i.e. καθ' ἀκολούθησιν, quoties videndam se præbet, ac vultum suum profert) summopere spectabilis est, atque formæ suæ decore intuentium oculos in se rapit.

9. Verbum נשקף, & in *hiphil* השקיף, significat *prospicio, prospecto*: atque ita hic verterunt Tigur. Munst. Marin. Angl. utraque, & Belgæ, necnon Græci ac Syr. ἐκκύπτουσα, ומדיקא. sed alii Interpretes, quum istam Interpretationem parum hic viderent quadrare, *passivè* transtulerunt, Pagnin. (qui in Diction. tamen cum prioribus transfert *aspexit*) *videtur*: Arias, *respicitur*: Osian. *conspicitur*: Trem. & Buxtorf. *spectata*. Sed quanquam hæc interpretatio sensum loci melius exprimit, quàm prior illa, quia tamen נשקף haudquaquam est *passivum*, admitti vix potest; ac potius audiendi Ital. Diod. & Gal. utraque, qui *verbo neutro* usi, verterunt *apparet*. namque Hieron. qui vertit, *progreditur ut aurora consurgens*, & Cast. ac Luth. *emergit*, **herfür bricht**, à genuina ipsius verbi vi longius abeunt, quum alioqui sensum ejus sic satis adumbrent. omnium autem optimè verteris *in conspectum se dat* (quomodo ferè vertit Valera, *se monstrat*) quod nimirum faciendum est iis, qui alios prospectant ex alto (de quali prospectatione semper ferè hoc verbum sumitur) quem harum significationum nexum animadvertit etiam Kimchi, qui & causam inde elicit,

cit, quare in *niphal* usurpetur, ac sub *forma passiva*, quum significatio ejus sit *activa*, נשתמשו בו בלשון נפעל לפי שהעומד במקום גבוה ומביט הוא נשקף למביטים אליו, *In usum venit in conjug. [niphal,] quia qui in alto loco stans oculos circumfert, ipse conspicuus est iis qui eum intueri volunt*, quæ ratio sicuti frigida est atque superflua in id, cui à Kimchio adhibetur (quum alia verba permulta, non in Hebræa modo lingua, sed & in Græca ac Latina, sub *passivorum* specie habeant vim *activorum*, de quibus nihil tale dici potest) ita probè ob oculos ponit, quomodo secundaria hæc significatio ab ea, quæ primariè huic verbo inest, emanet, atque ei connexa sit.

10. Eodem autem modo, atque hic, usurpatur hoc verbum etiam Jerem. 6. 1. רעה נשקפה מצפון ושבר גדול, ubi Syrus, sensum magis quam verba sequens, vertit, בישתא מיתא אנא, *malum adducturus sum*; parilique libertate Castal. & Luth. *ingruit*, **es gehet daher**, ac Piscat. *imminet*. Græci autem, pari inconsiderantiâ ac Cantic. 6. ἐκκύψει, similiterque Chald. אסתכיאת, & Zuing. Marin. ac Tigur. *prospexit*. Hieron. autem, Pagn. & Val. *visum est*, & Munst. *visum est [venire]* Tremell. *prospectatur*: Oecol. *conspecta est*: & accuratius istis Gall. vetus, & utraque Ital. ac Angl. *apparuit*: meliusque etiamnum Genev. *se monstravit* (quomodo etiam exp. Belgæ in notis, quum in textu verterint *prospicit*) optimè verò Steph. *exhibuit se videndum*. Neque aliter intelligendum illud Psal. 85. 12. וצדק משמי׳ נשקף, ubi vulgatiorem *prospiciendi* significatum retinuerunt omnes ferè Interpretes, Novitii Veteresque, exceptis duntaxat Cajetano & Buxtorf. qui passivè vertunt, *prospici*, & Castal. qui *existere* reddidit, nimis licenter, sed melius tamen ad sensum, quam illi qui *prospicere* transferunt. optimè autem Mollerus, quum in textu cum reliquis verterit *prospicere*, in enarratione hoc verbum exprimit per *visendam se prebere*; quomodo & Osian. satis commodè malam istam interpretationem corrigit in comment. verbo *affulgendi*, quo verbo utitur etiam Agellius in ecphrasi, uti & altero æquè probo *emicandi*.

11. Porro quod vim hujus comparationis, הנשקפה כמו שחר, in eo sitam existimat Raschi, quod auroræ lux paulatim ac pedetentim augescit כמו שחר הולך ומאיר מעט מעט (quod videtur secutus Stephanus, ita eam enarrans, *comparat Aurora Ecclesiam, quod ea nondum habeat lucis suæ plenitudinem, quam habitura est in regno Dei*) in eo profectò fallitur. & neque illi scopum ejus attigerunt, qui ita hæc exponunt, *Sicuti clara aurora post noctem tenebrosam, ita Sponsa surgit*

ac progreditur post tenebras afflictionum, ignorantiæ, & errorum, quando Aurora cognitionis Christi in corde ejus exoritur: quæ verissimè dicta, minus tamen congruunt præsenti loco, ubi simpliciter extollitur Sponsæ pulchritudo, ac matutinæ claritatis, uti mox lunæ ac solis, comparatione amplificatur, eamque esse magnopere conspicuam, ac περίβλεπτον (sicuti paulo ante declaravimus) ostenditur.

12. Auroræ etiam comparantur, quæ *conspicua* sunt alio modo, & quo *conspicuum* dicitur non τὸ περίβλεπτον, sed quod ex facili videtur, quodque aspectui patet atque occurrit, simulatque oculos quis in id adverterit; quod *conspicui* genus Græci εὔοπτον & εὐόρατον vocant. Ita capio locum illum Hoseæ 6.3. משחר נכון מוצאו, quem Abenesra ad eundem modum, ac Raschi Cantic. 6.10. interpretatur de cognitione Dei paulatim acquisita seu augescente, quasi כשחר significaret כמו בצאת השחר רגע אחרי רגע יגדל האור, *sicuti oriente aurora lumen de momento in momentum crescit:* ac Esraidem sequuntur Genevenses, Drusius, Schindlerus. Sed mihi potius videtur, ut de *conspicuitate* exponamus; ideoque נכון (quod varia significat, ac variè hic exponitur, Munst. Tigur. Oecolam. Riv. *paratus:* Hieron. Pagnin. Mercer. in textu, Schindl. *præparatus:* Idem Mercer. in comment. *firmatus, stabilis, firmus:* Tarn. *comparatus, firmatus, stabilitus:* Tremell. Piscat. Drus. *comparatus:* Calv. Castal. *compositus:* Rivetus, extra textum atque in commentariis, *firmus, certus, constitutus*) expono *evidens, dilucidus:* quam significationem haudquaquam ab ea radice alienam esse, alibi (quia nunc longum foret) planum faciemus. Itaque loci hujus, ונדעה ונרדפה לדעת את יהוה כשחר נכון מוצאו *Deum cognoscemus,* [*magisque ac magis*] *cognoscere adnitemur:* [*neque id studium valde operosum ac difficile experiemur, siquidem ipse conatus nostros adjuvabit, ultroque se nobis cognoscendum præbebit*] *ac exortus ejus futurus est nobis evidens æquè ac auroræ:* i.e. sicuti Auroræ exortus omnibus evidens est & conspicuus, ita se Deus nobis conspicuum faciet, atque in conspectum nostrum semet dabit. atque in hac expositione nobiscum sentit Moses Kimchius, נדעה אותו ויתחבר אצלינו כאשר יתחבר אור השחש שאין שם עבים, *Cognoscemus ipsum, ac nobis evidens erit, sicut evidens est lumen auroræ nubibus carentis:* quam optimam expositionem quum filius ejus David in comment. referat, in illam tamen Esraidæ pronior videtur. Sed Mosi Kimchio ac nobis potius videtur consentire Hieronymus, qui versionem suam minus claram aut exactam, *Quasi diluculum præparatus*

ratus est egressus ejus, in comment. ita explicat, *Ipse, tenebris dissipatis, oritur nobis Sol justitiæ, ut nostram illuminet cæcitatem*: & Stephanus, *Orietur Christus, ut Aurora, quæ adventu suo dispellit tenebras: Christus veniens depellet tenebras ignorantiæ & peccati*: ac Oecolamp. *Sicut sol se subito aperit toti mundo, ita Evangelium apparuit omnibus hominibus.* & Drusius quoque alteri illi expositioni, de piorum profectu paulatim incrementa capiente, hanc ut sibi non minus probabilem subjungit, *Lucere super nos faciet lumen vultus sui, perinde ut Aurora, quæ ortu suo diem facit, & noctis tenebras dispellit.*

13. Quum igitur etiam ea, quæ hoc modo *conspicua* sunt, auroræ comparentur, possit משחר de ejusmodi quoque *conspicuitate* intelligi. sed quum ea à præsenti loco, atque à scopo ejus aliena sit, missam eam faciamus: hoc tamen utilitatis inde capientes, quod *conspicuitatem* *περιβλεπτότητα* per משחר denotari, eo facilius credere poterimus, postquam nobis constat, etiam alteram illam *conspicuitatem* eo comprehendi; siquidem conspicuitas illa, quæ de hominibus rebusque spectabilibus ac *περιβλέπτοις* dicitur, quodammodo metaphorica est, ac secundaria, fluens ab ea, quæ τῶν ὁρατῶν propria est.

14. Posset etiam quis existimare, per משחר hic denotari *prosperitatem ac res secundas*, quum & אור, *lumen*, & נגה, *splendor*, quæ *synonyma* sunt τῷ משחר, sæpissime ita usurpentur; sicuti contra חשך *tenebræ*, אפלה, *caligo*, & similia, de tristibus atque adversis crebro dicuntur (quemadmodum in Græca quoque ac Latina lingua non insuetæ sunt istæ *metaphoræ*, ac præsertim prior, qua φῶς, *lumen*, rebus lætis accommodatur) & ipsum שחר alicubi ad istum usum adhibeatur, nimirum Esa.8.20. אם לא יאמרו כדבר הזה אשר אין לו שחר: qui locus in varios sensus trahitur ab Interpretibus. Namque ut omittamus Græcum ac Syrum, qui pro שחר pravè שחד legerunt, *Περὶ οὗ οὐκ ἔστι δῶρα δοῦναι περὶ αὐτοῦ*, דלית למתל עליה שוחדא, & Chaldæum ac Jarchium, qui ita exponunt, acsi pro שחר scriptum esset משחר, vel שחר, *infinitivus* vel *participium* verbi שחר *studiosum* esse, איננו ראוי לשחר פניו: לית מן דשחר ויבעניה: Abenesra hæc cum præcedentibus verbis, לתורה ולתעודה, (quæ rursus portentosè à Græcis sunt corrupta, *νόμον γὰρ εἰς βοήθειαν ἔδωκεν*, non item à Syro, qui ea fideliter reddidit, לנמוסא ולסהדותא) conjungens, & אם לא habens pro *affirmativo*, ac, ל, interpretans *super*, *de*, hunc ex isto versu sensum elicit: *De Lege & Testimonio dicent* [*impii*] *quod non sit ei aurora*: אשר אין לו שחר

שחר sic porro interpretans, לא והטעם כלילה שאין לו שחר הוא חצא העלומה לאור, *similis est nocti carenti aurora*, i.e. *in qua occulta non educuntur in lucem.* Cum Abenesra facit Oleast. *Licet ipsi dicant in verbis Legis nihil lucis esse*, i.e. *obscura esse & non intelligibilia.* Kimchi multo aliter, nisi quod לא אם itidem *affirmative* exponit, pro jurandi formula habens, uti & verba illa לתורה ולתעודה, vult hunc versum ita intelligi: *Profecto isti* [iidem nimirum, de quibus initio versus præcedentis] *dicent vobis ejusmodi verba, in quibus nihil est auroræ*, idest, אורה׳ אין להם שום טעם ודבר חשוך ואפל הוא: *lucis: quæ omni sensu carent, & tenebrosa sunt ac caliginosa.* & in Dictionario, אין לו זהר ובדירות, *nihil habet claritatis & perspicuitatis.* Kimchii expositionem sequitur Pagnin. *Per Legem & Testificationem Deum testor, si non dicturi sunt juxta verbum hoc* [*de requirendis mortuis*] *in quo tamen nec tantillum lucis inest*: & Munst. *Per Legem & Testimonium, si non dixerint juxta sermonem istum, in quo nihil est lucis*: ac Steph. *Per Legem & per Testimonium, si non dicturi sunt talia, in quibus non est sensus communis*, i.e. *Tam verum est ut aliqui è populo Dei consulant Divinos, quam vera est Lex: dispeream que nisi futuri sint aliqui tam stolidi in populo Dei, ut alios sint hortaturi ad consulendum Divinos, quæ res sensu communi caret.*

15. Etiam Castal. Muscul. & Piscat. Kimchio assentiuntur in אשר אין לו שחר, reliqua multo aliter exponentes. Castal. *Ad legem & ad oraculum: alioquin ea dicent illi, in quibus nihil erit auroræ*: Muscul. *Ad Legem & ad Testimonium. si non*, [i.e. *sin minus: si non voluerint quæsitum ire ad Legem & ad Testimonium*] *dicant secundum verbum hoc* [*videlicet, Ite quæsitum ad Pythonicos*] *cui verbo non est aurora* [i.e. *lux.*] Piscat. *Imo Legem & Testimonium* [*consulunto.*] *sin minus, dicant secundum verbum istud, cui non est aurora*, i.e. *si nolunt consulere Mosen & veros Prophetas, amplectantur verbum falsorum Prophetarum, &c.* Sed & Calv. ac Forer. in commatis istius interpretatione Kimchio quodammodo astipulantur, nisi quod id non tam ad dicta impiorum, quam ad personas ipsorum referunt. primas autem duas voces eodem pacto accipiunt, ac tres illi novissimè allegati; à quibus rursus in לא אם discordant: Calvin. *Ad Legem & Testimonium. si non locuti fuerint secundum verbum hoc, ideo nempe quod nihil est lucis*) *Jubemur audire Legem & Prophetas, ne laboremus novâ curiositate, nec quicquam ex mortuis scire cupiamus.* ——*si dissentiant impii à recta doctrina, nihil aliud quam cæcitatem suam & tenebras prodent*——*cæcitatis*

tatis damnatur, quisquis non extemplo & sine controversia sententiam hanc amplectitur, nisi ex Lege Dei : Forerius, *Ad institutionem & ad testimonium. si non dixerint juxta verbum hoc, illi nequaquam aurora) Proficiscimini ad consulendam Legem——quicunque non ita responderit, huic profecto nondum refulsit aurora, adhuc in tenebris agit.* Ita etiam Valera, *A la ley y al Testimonio* [*preguntaràn los pios.*] *Sino dixeren conforme à esto, es porque no les ha amanecido :* & Italus, [*Bisogna ritornare à la Legge, & al Testimonio. si no diranno secondo questa parola* [*n'ol faranno*] *perche non haveranno la luce)*] *Ricorrete à la Legge & alle Scritture, per sapere la volontá di Dio, & non à gl'indovini & à i morti. se faranno altramente, sará perche non hanno intelligenza :* similiterque Ang. utraque, **To the Law and to the Testimony** [**seek remedy in the word of God, where his will is declared**] **if they speak not according to this word, it is because there is no light in them** [**they have no knowledge, but are blind leaders of the blind.**] Tremellius priorem versus partem ita, ut Esaides, exponens, de posteriore cum istis sentit : *Adversus legem & adversus contestationem an non obloquuntur in sententiam istam, cuicunque nulla est lucis scintilla* [i.e. *quisquis planè ignorat Deum.*] Zuingl. autem & Tigur. comma hoc, אשר אין לו שחר, de personis intellectûs luce destitutis itidem accipientes, ac de לתורה ולתעודה quoque istis concinentes, sensum tamen universi versus efficiunt diversissimum : Zuinglius, *Porro cui deest lux aut intellectus, legem & contestationem audiat, an non consentiant nobiscum. hebr. an non loquantur hac ratione. Docet pios quo confugere debeant, si quid ambiguum aut incertum incidat, ut non habeant opus divinatoribus :* Tigur. *Ad legem & testimonium* [*accedant*] *quibus lux deest, an non secundum istum sermonem dicant.*

16. Quod omnes isti præcedenti paragrapho memorati, præter Tremellium, לתורה ולתעודה ita capiunt, ut istis verbis contineatur hortatio sive præceptum recurrendi ad Legem & Prophetas, in eo rectè faciunt. sequens quoque membrum à Calv. & Forer. ac Vernaculis ipsos secutis, probè transfertur. ultimum autem membrum, אשר אין לו שחר, quod hic præcipuè excutiendum suscepimus, nemo omnium, quos hactenus nominavimus, rectè intellexit. Est autem comminatio in eos, qui monitionem istam, de consulenda Lege & Prophetis, neglecturi, ac contrarium dictis factisque professuri sunt : ut hic sit totius versûs sensus : Edico vobis

bis ut non à Divinis & Magis, sed à Lege & Testimonio oracula petatis. quisquis verò aliter loquetur aut faciet, is nullam habiturus est auroram. לו per *enallagen numeri*, in istis libris usitatissimam, dictum est pro למו seu להם; & אשר *pleonasticè* redundat, itidem ac 2 Sam. 1. 4. אשר נס העם, Syrus, ערק עמא: Hieron. *fugit populus.* & in unico Zachariæ capite octavo ter quatérve hic *pleonasmus* occurrit: versu 9. אשר ביום יסד בית יהוה: versu 17. כי את כל־אלה אשר שנאתי, Græc. διότι ταῦτα πάντα ἐμίσησα· Syrus, מטל דהלין כלהין סנית אנין: versu 20. עד אשר יבאו עמים, Græc. ἔτι ἥξουσι λαοί· Syr. מכיל נאתון עממא: versu 23. אשר יחזיקו, Syr. נאחדון. atque illud Psalm. 10. 2. אשר אין ברע videtur quoque huc pertinere.

17. Totum hunc locum ita, uti nos eum transferendum dicimus, transtulit Hieron. *Ad Legem magis & ad Testimonium. quodsi non dixerint juxta verbum hoc, non erit eis matutina lux:* prius membrum ita porro enarrans in comment. *Docet discipulos, & infert, Ad legem magis & ad testimonium——si vultis nosse quæ dubia sunt, magis vos legi & testimoniis tradite scripturarum:* quomodo id enarratur etiam à Glossa interlineari, *Ad legem magis) recurrite, in qua invenietis veritatem:* atque à Lyrano, *Ad legem divinitus datam, atque ad testimonium Prophetarum à Deo inspiratorum magis est recurrendum, quàm ad Pythones & Divinos.* Eodem modo hunc locum vertit etiam Mollerus, *Ad Legem & ad Testimonium. si non locuti fuerint secundum verbum hoc, certè non erit ei matutina lux) Confugite ad promissiones divinas——verbum ודרשו ex priore versu* ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *repetendum, aut simile aliquod accersendum——additur comminatio contra illos, qui rejecto hoc verbo aliò confugiunt, aut ad malas artes se convertunt——*אשר *videtur per pleonasmum inseri, ut Hieron. judicavit, aut asseverativè hoc loco usurpari.* Hujus classis sunt etiam Borrhaus & Osiander; atque de Vernaculis Lutherus, Gallica utraque, Diodatus, Belgæ. Mariana autem, quum reliqua probè perspexerit, in primo commate adhæsit Kimchii errori: *Est forma jurandi, acsi dicat, Per legem & testimonium, per Deum, si secus dixerint quam ego moneo, lux illis non fulgebit, manebunt in tenebris.*

18. Porro Hieronymus, Osiander, & Borrhaus, שחר intelligunt de luce cognitionis & veritatis. Hieron. *Quodsi noluerit vestra congregatio verbum Domini quærere, non habebit lucem veritatis,*

sed

sed versabitur in erroris tenebris: Osiander, *Si noluerint Judæi huic salutari consilio parere, & ex Mosis & Prophetarum scriptis veritatem haurire —— nunquam orietur in illorum cordibus lux vera & salvificæ agnitionis Christi, sed cæcati, in tenebris mentis suæ perpetuo peribunt:* Borrhaus, *Hanc doctrinam siquis contempserit, matutinâ luce eum cariturum, tenebris errorum involutum.* At Lyrano *matutina lux* exponitur, *Vera Dei cognitio & divina consolatio:* similiterque Mollerus, *Huic non erit aurora,* i.e. *nullam inveniet consolationem certam —— Doctrina cœlestis confertur auroræ, quæ depellit tenebras animorum humanorum, & eximit errores tristes & noxios. deinde consolationem & lætitiam adfert, in qua mentes acquiescant, &c.* Ego verò שחר intellexerim potius de prosperitate & rebus secundis: atque istius sententiæ suffragatores habeo Genevenses, *Il n'y aura point de matin pour lui) de paix & de prosperitè:* ac Diodatum, (*sappiate) che non vi è per lui alcuna aurora) come egli è privo d'ogni lume celeste, così caderà in eterne tenebre di miserie e calamitá:* itemque Oecolampadius, *Nullam spem salutis fore omnibus, qui secus dixerint —— docet Verbum esse vehiculum lucis, veritatis, ac omnis boni, si fuerit dignè auditum: contempto & abjecto eo, nos tradi gravissimis suppliciis.* etiam Belgæ hanc expositionem adferunt, sed cum priore conjunctam: **Sy sullen des hemelschen lichts, ende des rechten verstandts der verborgentheden Gods niet deelachtich werden, maer met alderhande geestelicke ende lichaemelicke ellenden gestraft werden.** Esse autem nostram expositionem vocis שחר alterâ aptiorem, facilè monstrari potest. quippe scopus Prophetæ est, ut eos, qui ad consulendos magos ariolosque propensi erant, gravissimis minis à tam nefario crimine deterreat: ideoque non tam divinæ veritatis ignorantiam, quàm miserias & exitium iis interminari debuit; quum palam sit hasce minas multo altius ac potentius, quàm alteras illas, in ejusmodi hominum animos descendere, ideoque iis permovendis magis idoneas esse.

19. Quomodo igitur ibi per שחר, ita etiam hic per משחר possent res *læta, atque secunda* intelligi: istique expositioni mirificè favet membrum sequens, טל ילדותך, in quo, eandem ferè sententiam sub aliis verbis complexo, petita à rore ac stirpibus roscidis similitudo omnino videtur prosperitatem ac felicitatem innuere; quum iste vulgatissimus sit istius similitudinis usus: de

qua tota re capite sequenti ampliter acturi sumus. Sanè si nudè atque in se consideretur utrumque hoc membrum, nihil obstat quo minus ita intelligantur. Sed quum Christus neque in propria persona à primo ortu rebus secundis usus sit, quod tantum abest, ut totam ab incunabulis vitam omnis generis malis atque ærumnis habuerit exercitam: neque in corpore suo mystico, sive Ecclesia, quam statim natam adversa & persecutiones exceperunt, ut verissima in ejus ore sit querela illa, ab Israelitica Ecclesia olim usurpata, Psal.129.1. רבת צררוני מנעורי, *Nimiopere infestaverunt me [hostes mei] inde ab infantia mea:* ob hæc, inquam, & quia rerum gestarum veritas repugnat isti expositioni, quam alioquin ipse per se phrases liquidò admittunt; necesse est, ut eâ repudiatâ, similitudinem quidem sequenti membro comprehensam ita interpretemur, uti mox suo loco monstraturi sumus; משחר autem sic, quomodo jam ostendimus, de claritate ac spectabilitate accipiamus; quum utrumque hoc membrum eo sensu, qui à nobis assignatur, verissimum sit, & de ipso Christo, & de Ecclesia ipsius: qua de re in fine sequentis capitis aliquid rursus dicendum erit.

CAPUT XII.

Sensum istius membri, טל ילדותך, *hunc esse:* Infantia tua fuit roscida; *quo significetur, Christum à prima infantia omnibus gratiis ac dotibus floruisse; sicuti stirpes largo rore perfusæ latè virescunt ac adolescunt.* 2. *Rorem ubique quidem esse* θαλερὸν *ac vivificum, sed magis in æstuosis regionibus, in quibus etiam copiosior quàm alibi cadit.* 3. *Ob istam causam Ros sæpe in Scriptura tanquam fœcunditatis autor nominatur.* 4. *Et comparationes sæpe ducuntur à Rore in eundem sensum, ut Psalm.133.ver.3. & Prov.19. ver.12.* 5. *Sic Hos.14.6.* אהיה כטל לישראל. 6. *Etiam Jobi 29.19.* וטל ילין בקצירי. 7. *Et Mich.5.vers.7.* Reliquiæ Israelis erunt in medio gentium multarum instar roris à Domino. 8. *Insignis quoque in eandem rem comparatio à Rore Esa.26.19.* טל אורת טלך. 9. אורת *in isto Esaiæ loco omnino* herbas *significare, non* lucem, *ut Hieronymus aliique putaverunt.* 10. *Quæ hactenus de Rore dicta sunt, breviter applicantur ad nostram istorum verborum,* טל ילדותך *interpretationem,*

tionem, supra § 1. *propositam.* 11. *Comparatio illa cum stirpibus irriguis, ac latè provenientibus, adhibetur plerumque ad significandam prosperitatem.* 12. *Nostram tamen sententiam, qua* infantiam roscidam (i.e. *instar roscidæ stirpis florentem*) *accipimus pro* infantia eximiis dotibus ornata, *confirmari ex usu Latinæ linguæ, ubi verbum* floreo *sæpe de propriis ipsius animi corporisque ornamentis dicitur.* 14. *Etiam in Scriptura non ignotum esse hunc istius comparationis usum, docetur ex Esa.* 44.4. וצמחו כבין חציר, & *Psalm.* 128.3. בניך כשתילי זיתים, *ac Zach.* 6.12. ומתחתיו יצמח. 15. *Idem amplius ostenditur ex altero insigni loco, Ezech.* 16.7. רבבה כצמח השדה נתתיך ותרבי ותגדלי ותבאי בעדי עדיים, *qui locus miserè deformatur à plerisque Interpretibus.* 16. *Expositio ejus à nobis allata, confirmatur nonnullorum Interpretum suffragio.* 17. *Summaria repetitio ejus, quod initio* §. *duodecimi propositum, ac deinceps demonstratum fuit.* 18. *Duo ista membra,* מרחם משחר לך, & טל ילדותך, *sub nostra interpretatione optimè inter se cohærere ostenditur.* 19. *Eorundem cum præcedenti hemistichio* עמך נדבות וג"ו *connexio monstratur.* 20. *Posterius hujus versus hemistichium ad mysticum Christi corpus, putà Ecclesiam, referri posse; potius tamen ad personam ipsius pertinere.*

HEmistichii istius, מרחם משחר לך טל ילדותך, priorem partem præcedenti capite explicavimus. restat altera, טל ילדותך, ubi ego ילדות non de *pueritia* aut *adolescentia*, multoque minus de *Juventute* seu *virili ætate* capio (quum alioqui de omnibus istis hæc vox per se intelligi possit, uti capitis decimi paragrapho ultimo monuimus) sed de ipsa *infantia*: idque ob eam causam, quia in hoc hemistichio puto à Davide figuram istam ipsi usitatissimam, כפול הענין, adhibitam, ac duobus hisce membris eundem ferè sensum sub diversis vocabulis expressum. quanquam enim primo intuitu טל, *ros*, videtur res diversissima à משחר, *claritate matutinâ*, quæ duo proinde vix queant ad eandem rem significandam applicari; adhibitâ tamen verâ, atque ad Prophetæ mentem accommodatâ expositione, ea ferè in idem recidere, aut saltem vim non valde discrepantem habere, ex post dicendis apparebit. Est autem ordinis inversio in טל ילדותך, quum טל hic *adjectivi* vim præbeat, ac proinde ex vulgatiore loquendi forma ילדותך טל

 dicendum

dicendum fuerit : quam inverſionem ſolere interdum uſurpare Hebræos, capitis octavi paragrapho decimo obiter monuimus, atque unum alterumque ejus exemplum ibi appoſuimus; quibus addi poteſt טפחות נתתה ימי, Pſalm. 39.6. quod Stephan. Mollerus, Tremell. Piſcat. vertunt, *palmares feciſti dies meos*, & Caſtal. *mihi ætatem conceſſiſti dodrantalem.* Præterea ſciendum, deeſſe tum hic, tum in præcedenti membro (ut in aliis ſexcentis locis) *verbum ſubſtantivum*, idque non *præſentis temporis*, ſed *præteriti*. Itaque טל ילדותך vertendum, *Infantia tua fuit roſcida*, ſeu *rorulenta*; quod accipi ita poteſt, acſi diceretur Chriſtus (de quo omnis hîc ac toto Pſalmo ſermo eſt) à teneris unguiculis, & inde à prima infantia omnibus charus, & jucundus acceptuſque fuiſſe, ſicuti herbis ſatiſque ſuavis ac jucundus eſt ros, quo contra ſiccitates atque æſtus recreantur, & à quo alimentum atque incrementum ſumunt. iſtique expoſitioni ſavent verba Lucæ Evangeliſtæ, cap. 2. verſ. ult. ubi Jeſus dicitur profeciſſe non modò ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ, ſed & χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. Ego ſicuti hunc ſenſum non excludo, ita eum non directè hac metaphora contineri puto, ſed κατ' ἀκολούθησιν potius inde naſci; quum primariò ea ſignificet, Chriſtum omnibus gratiis atque dotibus, quæ commendare homines ſolent, ſtatim ab infantia, in quantum illa ætas earum capax eſt, abundè inſtructum atque ornatum fuiſſe, earumque igniculos ac rudimenta à primo ſtatim ortu oſtendiſſe. q.d. In tenera etiamnum infantia divinis benedictionibus ac præclaris dotibus floruiſti eundem in modum, ac pullulare, & lætè hilariterq; vireſcere ac germinare ſolet flos, alia-ve ſtirps aut herba, cui rorem uberem quotidie cœlum ſubminiſtrat. quippe, *infantia tua fuit rorulenta*, conciſè dictum, pro, *infantia tua fuit ſicut flos rorulentus*, vel *planta rorulenta.*

2. Eſt quidem ros ubique terrarum θαλερὸς ac vivificus : ſed hic ejus effectus manifeſtior eſt in æſtuoſis illis regionibus, ubi & calores majores, & pluviæ rariores; ut niſi obſtaret ros, omnia ſæpe marceſcerent, ac exareſcerent. quare etiam ita rem ordinavit Deus, ut ros in illis terris cadat multo copioſior, quàm apud nos, atque ſic pluviarum paucitas, & raritas, ejus ubertate compenſetur, neque neceſſarii humoris defectum ſentiant herbæ ſtirpeſque: quæ in non paucis regionibus, ubi nunquam aut rariſſimè pluit, eo ſolo foventur ac enutriuntur. Docet id nos Theophraſtus, lib. 8. Hiſt. Plant. cap. 6. Ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Βαβυλῶνι, καὶ Βάκτροις,

ὅπου

ὅπου μὴ ὕεται ἡ χώρα, ἢ σπανίως, αἱ δρόσοι τὸ ὅλον ἐκτρέφουσιν, ἐπεὶ καὶ οἱ περὶ Κυρήνην καὶ Ἑσπερίδας τόποι, *In Ægypto, Babylonia, ac Bactriana, ubi rarò aut nunquam pluit, rores in totum sata educant, uti & in Cyrenensium ac Hesperidum agro:* qui autor illud etiam, quod de roris in ejusmodi regionibus abundantia dicebamus, prodidit libri quarti capite quarto, Δρόσον δὲ ἀεὶ ἐν τῇ μὴ ὑομένῃ πολλήν, ὥστε δηλονότι τὸν μὲν φοίνικα, καὶ εἴ τι ἄλλο φύεται ἐν τοῖς ἀνύδροις, τό, τε ἐκ τῆς γῆς ἀνιὸν ἐκτρέφει, καὶ πρὸς τούτοις ἡ δρόσος, *Rorem semper in terris, ubi non pluit, multum esse; proindeque palmas, & siquid aliud in locis pluviæ expertibus nascitur, alit tum ascendens ex terræ penetralibus humor, tum ipsi rores.* neque omittendus ejusdem autoris locus è tractatu de Igne, Διὰ τοῦτο καὶ ὅταν περίξηρος ὁ ἀὴρ ᾖ, κατακαίει τὰ ὀπωρινά· καὶ ὅπου φύσει τοιοῦτος, αἰεὶ τοῦτο συμβαίνει πλεῖον, ἐὰν μὴ τὸ ἔδαφος βοηθῇ διάῤῥοον καὶ ἐνικμάδα παρέχον, καὶ δρόσοι πίπτωσιν, ὥστε ἅμα τροφήν τε λαμβάνειν καὶ πέψιν, *Propterea quando valde siccus est aër, adurit autumnales fructus; & ubi naturaliter talis est, semper ferè hoc accidit, nisi succurrat solum uvidum, humoremque præbens, ac rores largi cadant, unde ii simul alimentum accipiant ac maturitatem.* istisque addi potest Plinius lib. 18. cap. 21. *In Bactris, Africa, Cyrene, omnia hæc supervacua fecit indulgentia cœli——quia siccitas coërcet herbas, fruges nocturno tactas rore nutriens.*

3. Ob hanc causam sæpe in Sacris, ad denotandam fœcunditatem, de rore sermo fit, aut cum fœcunditatis mentione etiam roris, velut præcipuæ causæ (ne nominatis quidem plerumque pluviis) mentio conjungitur: quæ etiam ratio est Hispanici istius Proverbii, *Assi es la muger en Domingo, como el trigo con rocio: talis est mulier die Dominico, quale triticum cum rore.* Ita Genes. 27. vers. 28. Isaacus filio suo terram uberem ac pinguem, frumentique ac vini feracissimam precans, rorem prius nominat, veluti pinguedinis istius ac feracitatis autorem; *Impertiatur tibi Deus rorem cœli, ac terram uberrimam, vinique ac frumenti copiam:* ubi optimè mei Belgæ, **Begrypt onder den naeme, dauw, die in het landt Canaan om de schaersheyt des regens seer nootwendig was, allerley segen, die door middle van de lucht ende den hemel over het aerdtryck comt**, *Sub nomine roris, qui in Cananæa ob pluviæ raritatem valde necessarius erat, comprehendit omnia bona, quæ ex aëre & cœlo in tellurem derivantur.* ac mox eodem capite, vers. 39. solum uber, ac rore abundans, veluti æquipollentia pleonasticè conjunguntur,

משמני הארץ יהי מושבך ומטל השמי׳ מעל, *Sedes tua sint in terra uberrima, & rore cœlesti superne* [*fœcundata*] quem locum rectè sic enarrat Stephanus, *Habitabis in solo, quod Deus reddet fœcundum immissione roris & pluviæ.* Sic Deuteron. 33. ver. 13. מברכת יהוה ארצו ממגד שמים מטל ומתהום רובצת תחת: ubi quod Stephanus, מגד שמים, *delicias cœli* (ut ipse vertit) putat idem esse cum ipso rore, (*Delicias cœli vocat rorem,* q.d. *Benedicta erit terra ejus ob rorem delicatissimum, quo superne irrigabitur*) fallitur. quippe מגד significat ipsos terræ fructus, eosque eximios ac delicatissimos, ope roris atque aquarum subterranearum (per quas quid debeamus intelligere, ex duobus illis Theophrasti locis, paulo ante positis, colligi potest) provenientes, q.d. Fœcundissima erit, Dei benedictione, terra ejus, atque præstantissimorum fructuum parens. & ut talis esse possit, largus ipsi è cœlis ros, atque è terræ visceribus humor suppeditabitur. ad hunc modum ista edisserit Calvinus, *Eximiam terræ fœcunditatem celebrans, & Dei beneficentiam commendans, externa fertilitatis media commemorat, rorem, & abyssum, qua voce intelligo fundum ipsius terræ:* nec malè Lyranus: *Et rore) terra enim humecta, apta est ad fructificandum. humectatur autem à superiori ex descensu roris, & ab inferiori ex aquis sub terra latentibus, quæ hic nomine abyssi designantur.*

4. Et comparationes quoque sæpe ducuntur à rore in eundem sensum, ac tanquam à præcipuo terræ terrâ-que nascentium fœcundatore, ut Psalm. 133. vers. 3. כטל חרמון היורד על הררי ציון, *sicut ros Hermonis, & qui descendit super juga Sionis*, quorum verborum sensus est, quòd mutua concordia fratres florere facit, quomodo ros virescere facit juga fertilis illius. atque pascuosi montis Hermonis; quodque, ubi ea viget, Dei benedictiones non parcius descendunt, quàm in montes illos ros, tantopere eos fœcundans: quam istius similitudinis mentem ipse declarat Propheta, quippe illi subjungens hæc verba, כי שם צוה יהוה את הברכה חיים עד עולם. *illic exhibet Deus benedictionem, & vitam æternam.* Rectè igitur Stephanus, *Ut ros fœcundat illos montes, sic in tales omnem fœlicitatem Deus demittit:* itidemque Bucerus, *Rem hanc commendat alterâ similitudine, roris fœcundantis montem maximè pascuosum Hermon:* qualia etiam à Cajet. Calvino, Musculo, Mollero, Jansenio, Osiand. dicuntur. Sic Proverb. 19. vers. 12. Ira Regis rugitui leonis, favor autem ejus ac benevolentia rori herbis illapso confertur,

fertur, וכטל על עשב רצונו, ubi R.Levi, רצוי המלך ירמה לטל על עשב שיגדל אותו ויזונהו, *favorem Regis assimilat rori super herbam, qui alit eam ac crescere facit.* Stephanus & Jansenius hoc referunt ad benevolentiam, qua populum suum cunctosque subditos Rex complectatur. Stephanus, *Ut rore herba virescit, ita populus clementiâ Regis crescit, & vires colligit:* Jansenius, *Sicut ros super herbam decidens, gratus est & suavis, herbamque virescere facit, quæ alioquin è terra non exurgeret, nec solis sustineret ardores, ita Regis——benevolentia vel favor subditos mirè reficit & exhilarat, facitque ut bono sint contra malos, & adversa quæque ferant animo.* sed non dubito, quin significetur potius Regis propensio in singulares personas, q.d. Sicut ros herbas vegetat, lætasque ac floridas facit, ita regius favor eos, quos complexus semel est, omnibus bonis auget, multaque ac magna beneficia in eos largiter accumulat. & ita hæc exponunt Belgæ mei, **Syn welgevallen (gunste ende goetwillicheyt die hy yement toedraeght) is als dauw op het kruyt (waerdoor het kruyt bevochticht, verquickt, ende gevoedt wordt:)** *Gratia ejus (favor & benevolentia, qua aliquem prosequitur) est tanquam ros super herba (quo herba humectatur, recreatur, atque alitur.)*

5. Hoseæ 14. vers.6. אהיה כטל לישראל יפרח כשושנה ויך שרשיו כלבנון, *Ero ut ros Israeli, florebit ut lilium, aget radices ut arbores Libani*, i.e. Ero Israeli, quod ros est floribus atque arboribus, quas vitali succo irrigans ac fovens, vigere ac florere facit: ac veluti arbores floresque, & reliquæ stirpes, lætissimè adolescunt, ac florescunt & fructificant, opportuno largóque rore satiatæ, ita Israelem gratia mea atque benedictio fœlicem fortunatumque reddet, atque omni bonorum genere exornabit. Hunc sensum non satis assecutus est Kimchius, putans rori comparari non tam prosperitatem ipsam, quàm perennitatem ejus, אמר טל לפי שאינו נפסק כן טוב האל ית׳ לא יהיה נפסק מהם, *Roris meminit, quia ille perennis est: ita perennis ipsis erit benignitas Dei benedicti.* melius Calvinus, *Si nullus ros à cœlo defluat, agri prataque æstu solis urantur, & omnia arescunt. unde ergo fit ut lilia floreant & rosæ, nisi quia sugunt humorem è cœlo, & ros vivificat terram, ut possint vim suam proferre? hæc igitur est ratio similitudinis, quod homines arescant, & destituantur omni vigore, quamdiu Dominus subducit favorem suum, &c.* similiterque Tremellius in comment. separato,

Incredulis

Incredulis & obstinatis minatus est, cap.9.vers.16. radicem ariditate exsiccandam——nunc autem conversis benedictionem promittit uberrimam, qua prioris ariditatis squalorem in nitorem eximium convertat.

6. Quòd hæc Prophetæ verba ita expono, ut ea beneficium roris, non ad herbas tantùm & flores, שושנה, sed & ad לבנון, ipsas arbores, extendant; hoc præterquam quòd defendere possum testimonio Theophrasti, lib.4.hist.Plant.cap.4. (supra paragrapho secundo allegato) firmare etiam licet è Jobi cap.29. cujus ver.19. sanctus vir se, in prosperitate sua constitutum, comparat arbori, quæ & infra abundet humore, aqua copiosa ad radices ejus permanante, (שרשי פתוח אלי מים, *radix mea projecta erat ad aquas*, vel *aquis exposita erat)* & supernè irrigetur rore, ramos habens eo persusos, וטל ילין בקצירי, *& ros morabatur in ramis meis.* quam elegantem allegoriam (usurpatam quoque in eundem modum à Pindaro in Nemeis, ode 8.

Αὔξεται δ' ἀρετὰ, χλω-
ραῖς ἐέρσαις ὡς ὅτε δένδρεον ἀΐσ-
σει,——)

corruperunt Græc. Syr. Chald. Hieronym. Montan. Tigur. Munst. Luther. Osiand. decepti ambiguitate vocis קציר, quam verterunt חצדא, θερισμὸν, *messem*, uti Castal. *segetem*, quum hic, ut alibi plus semel, significet *ramum* (aut potius, *singulari collectivo* in *plurale* mutato, *ramos)* quomodo transtulerunt Pagnin. Stephan. Marin. Mercer. Tremell. Piscat. Drus. Schindler. ac Vernaculi præter Lutherum omnes. etiam Mariana, qui eleganter hunc versum ἐκφράζει, *humorem radicibus haurio, tum ramis accipio rorem.* mallem dixisset, *hauriebam, accipiebam.* non enim hic versus pendet ab אמר *dicebam*, posito in initio præcedentis versus (quod alii multi cum ipso putaverunt) sed est descriptio præteritæ ipsius felicitatis, uti sentiunt nobiscum Lutherus, Piscator, Genevenses, Anglica nova, Osiand. & Diodatus, qui omnes ילין habent pro *imperfecto:* quod faciunt etiam Belgæ, qui bene admodum hujus loci atque metaphoræ mentem declarant, **Mijn vermogen ende welvaeren nam toe ende vermeerderde, gelijck de wasdom eens booms, die uyt de gront met water, ende uyt den hemel met dauw wel bevochticht wordt**, *Potentia & felicitas mea increscebat & augebatur, quomodo adolescit arbor, qua aqua ex solo ipso, & rore ex cœlo probè irrigatur.*

Digna

Digna etiam, quæ hic apponantur, Steuchi verba: *Pro messe hebraicè est* קצירי, *ramus meus, ut exponunt omnes Interpretes Hebræi. quare non debuit nunc noster Interpres sequi Græcos——Dicitur ergo: Et ros morabitur in palmite meo, nempe florebit virebitque semper, cœlesti rore viriditatem dante.* Et probè etiam Lyranus: *Contingit quod fructus multiplicatus in arbore propter æstum nimium desiccatur & perit. sed talis æstus temperatur per descensum roris.*

7. Isti Hoseæ loco simillimus est ille Michæ 5.vers.7. (de quo capitis decimi paragrapho septimo jam diximus nonnihil) והיה שארית יעקב בקרב עמים רבים כטל מאת יהוה, quod Kimchius probè satis explicat, וחרד ישועתי להם כאשר ירד הטל על הארץ, *salus mea descendet ipsis, sicut ros descendit super terram.* sed illud בקרב עמים רבים haudquaquam intellexit Kimchius, & patriis traditionibus fascinatus, illud explicat de tempore, quo inclusi intra Hierosolymæ muros Israelitæ, à numeroso gentium populo tenebuntur circumsessi, & sic in medio ipsarum constituti: quæ expositio sicuti per se nugax & fabulosa est, ita ne aptari quidem potest Prophetæ verbis, nisi si pro שארית scriptum esset לשארית vel על שארית. Jam verò sensus est, quod Israelitæ ipsis gentibus, inter quas sparsi sunt, futuri sint instar roris: quod & vidit Esraides, sic ad hunc locum scribens, ילמד ישראל העמים לקרא בשם יהוה ויהיו בקרבם כדרך אהיה כטל ליש', *Israel docebit populos invocare nomen Domini, eritque in medio ipsorum ut ros, quod intelligendum ut ille locus, Hosea 14.vers.6. ubi Deus dicit se futurum Israeli instar roris.* bene explicat in quo hujus *metaphora* vis sita sit. namque & nostri magno consensu eam accipiunt de salutari Christi doctrina atque Evangelio, & per *Reliquias Jacobi* Apostolos reliquosque ejus præcones intelligunt. Hieronymus, *Ros à Domino cadens, facta est sanitas infirmorum——in medio universarum gentium doctrina Apostolorum quasi ros à Domino est aspersa:* similiterque Stephanus, *Prædicatio eorum erit utilis, & audientibus gratissima, ut ros segetibus:* & Genev. *La predication de l'Evangile est la vraye rosee & pluye, dont nos ames sont arrousees: Prædicatio Evangelii est verus ros & imber, quo animæ nostræ rigantur.* taliaque afferuntur etiam à Tremell. Piscat. Tarnov. itemque à Belgis, qui cæteris aliquanto prolixius, solidéque admodum atque egregiè hunc locum enarrant.

8. Insignis quoque à Rore comparatio, & Hoseanæ illi valde similis

ſimilis (magis etiam quàm præcedens) habetur Eſa.26.19. ubi quum Eſaias Iſraelitarum inſtaurationem, atque in feliciorem ſtatum reſtitutionem prædixiſſet ſub *allegoria* Reſurrectionis mortuorum, ſermone ad Deum converſo inquit, כי טל אורת טלך, quæ verba putant Genevenſes dirigi ad ipſos mortuos (i.e. ad Iſraelitas mortuorum typo adumbratos) æquè ac præcedentia הקיצו ורננו, & טלך *ros tuus* exponunt, *la roſee que le Seigneur fait degoutter ſur toy, aſc. il faveur qu'il deſploye ſur toy, & la vigeur qu'il te donne pour te faire comme reverdir: Ros quem Dominus ſuper te diſtillare facit*, i.e. *favor quem tibi exhibet, & vigor quem tibi confert, ut te veluti revireſcere faciat.* Sed quanquam valde probabilis eſt hæc expoſitio, ego tamen veriorem credo eam aliorum, qui unanimiter ſtatuunt, Prophetam hiſce verbis Deum alloqui. Chaldæus, Syr. Hieron. & Raſchi atque Eſraides, itidemque Zuinglius putant אורת eſſe *plurale* ab אורה, idem ſignificante quod אור *lumen.* ſed melius R.David (quem & Recentiores Interpretes omnes, Latini vernaculique, ſequuntur) eodem modo אורת hîc accipiens, ac ſumitur 2 Reg.4.verſ.39. ubi Chaldæus vertit ירוקנין, Hieron. *herbas agreſtes*, & Theodotio ἀγριολάχανα· quod interpretamentum in ſcholiis Græcis abſque autoris nomine poſitum, Theodotioni acceptum refero autoritate Gregorii Syri, dicentis eum vertiſſe ירקא דברא: & fortaſſis idem ſignif. Syri Interpretis רוענא, quod & Ferrarius in Lexico ſuo præteriit, & ipſe Gregorius videtur non intellexiſſe, nihil ad ejus explicationem dicens, ſed duntaxat Theodotionis interpretamentum ipſi illuſtrando adductus; quomodo & alibi plus ſemel in vocibus nimia vetuſtate obſoletis, ac propterea ipſi parum intellectis, ſeſe gerit.

9. Hanc autem vocis אורת expoſitionem eſſe alterâ potiorem ſenſus planum facit, qui ex hac optimus exurgens, ex illa vix commodus elici poteſt; quare etiam Hieronymus in comment. ea dicit, quæ non cum propria interpretatione (quam tamen illic quoque retinet) ſed cum illa aliorum congruant: *Quomodo jactis in terram ſeminibus ros paulatim creſcere facit herbas, & ad fruges ſui generis pervenire; ita Domini ros, qui pro miſericordia ponitur, ros erit luminum plurimorum.* Omnino igitur אורת exponendum *olera*; & ſenſus is eſt, quem Kimchius, non multum ab Hieronymi expoſitione abiens, affert, כמו שהטל מחיה הירקות ומצמיחם כן טלך אמר כנגד השם יחיה המתים, *Sicut ros herbas vivificat,*

atque

atque germinare facit ; ita ros tuus , ô Deus (eum enim alloquitur) mortuos ad vitam revocabit. Ita quoque Stephanus, *Ut rore pullulant herbæ, sic virtute tua resurgent mortui :* similiáque habent Tremell. Musc. Moller. Osiand. Oleast. Diod. Belgæ. Valde autem probabilis est sententia Calvini, comparationem istam aliquanto restrictius de herbis per hyemem intermortuis, ac tempore Veris fovente rore redivivis intelligentis : quod cum ipso etiam faciunt Mollerus, Anglica vetus, Italus, ac Piscator. Placet autem verba ipsius, quanquam pluscula, apponere, quia admodum plenè atque exactè rem hanc ob oculos ponunt : *Videmus herbas, ac præsertim pratorum, hyeme exarescere, ita ut penitus mortuæ videantur : nec enim aliter ex superficie judicari potest. subtus autem radices latent, quæ quum ineunte Vere rorem ebiberint, vigorem suum exerunt : ita ut herbæ antea siccæ & aridæ, revirescant. Hoc modo pristinum vigorem recipiet populus, postquam ubere illo gratiæ Dei rore fuerit irrigatus, tametsi prius omnino contabuisse atque emarcuisse videretur.* ——— *Si rore irrigatæ herbæ revirescunt, cur non ipsi gratiâ Dei irrigati revirescemus ?*

10. Jam omnibus hisce locis probè consideratis, apparet valde appositam esse nostram explicationem, qui טל ילדותך exponentes, *Infantia tua fuit rorulenta*, *rorulentum* pro *florenti* exponimus, atque *omnibus virtutibus gratiisque exornato* ; quia *infantia rorulenta* dictum sit prò *infantia simili flori stirpi ve rorulentæ*, herba autem vel *flos rorulentus* significet *viridem vegetumque ac lætissimè vigentem :* quandoquidem omnis fœcunditatis, omnisque in satis stirpibusque ac floribus vigoris Ros præcipuus autor est, præsertim in fervidis illis regionibus, & rariori pluvia fruentibus ; ubi ferè, nisi ros succurrat,

——*Exustus ager morientibus æstuat herbis,*

Virg.1.Georg.

11. Comparatio illa cum arboribus, floribus, herbis irriguis, ac lætè feliciterque provenientibus, adhibetur in Sacris utplurimum ad significandam secundam fortunam, sive prosperitatem, in bonis externis atque lætis successibus sitam : sicuti è diverso calamitates atque miseriæ contrariâ marcidarum arentiumque aut succisarum stirpium imagine solent repræsentari. Et hoc plerunque per se evidens, interdum adjunctâ istarum allegoriarum vel similitudinum per planiorem minimeque figuratum sermonem

explicatione expressius declaratur. Ita Psal.1.3. illa viri pii comparatio cum arbore, satâ ad aquæ fluentum, frondente semper, ac fructus uberes ferente, clauditur istis verbis, וכל אשר יעשה יצליח, *quicquid aggredietur, prosperè ipsi succedet.* & Psalm.72.6. יפרח צדיק *florebit justus* (פרח, הפריח, & verba cognata, צץ, צמח, הצמיח est veluti compendium istarum comparationum atque allegoriarum, uti apud Græcos *ἀνθέω* ac *θάλλω*, & apud nos *floreo)* explicatur per ורב שלום, subintellecto יהי לו, *Erit ipsi abundantia pacis*, i.e. omnigenæ prosperitatis; quo sensu שלום passim ab Hebræis accipitur. Sic Prov.11.28. פרח לשו׳ *florere*, opponitur נפל *cadere, everti*: & Pro.14.11. *antitheton* istius membri אהל ישרים יפריח, *domicilium rectorum florebit*, est בית רשעים ישמר, *domus impiorum disperdetur.*

12. Quanquam autem de prosperitate & rebus secundis ferè intelligantur istæ similitudines ac metaphoræ, nihil tamen dici potest, quo minus apta sit ista expositio, quam nos hic טל לשו׳ ילדותך assignamus: præsertim quum non desint Interpretes, qui aliquos istorum quoque locorum, qui de prosperitate potius videntur loqui, ad hunc modum accipiant. Quippe Gen.49.22. בן פורת יוסף עלי עין, *Joseph est palmes fructifer* [*satus*] *prope fontem*, Raschi exponit בן חן, *filius gratiosus*, seu *gratiis ornatus*. & Hos.14.6. *Ero ut ros Israeli, florebit ut lilium* (cujus loci ea mens est, quam Steph. ac Marian. breviter declarant his verbis, *omnia illis prosperè cedent*) explicat Diodat. *Io l' inaffierò delle mie gratie spirituali. Rigabo ipsos gratiis meis spiritualibus*: & Osiand. *ornabo eam* [*Ecclesiam*] *eximiis Spiritus sancti donis*: similiaque ibi ab Oecol. & Belgis dicuntur: neque aliter Mercer. *Florebit ut rosa, non suis viribus aut justitiâ, sed quod Dominus ei sit ut ros*, i.e. *affert ei Justitiam, tollens peccata, donans Spiritum, excitans fidem, obedientiam, spem, patientiam, dilectionem proximi.* Sed & latinum verbum *floreo*, quod itidem de externa felicitate usurpari utplurimum solet, aliquando de propriis ipsius animi corporisque ornamentis dicitur. Cicero de clar. Orat. *Pericles floruit omni genere virtutis*: de Orat. *Ingenii laude floruit*: lib.1. in Verr. *Hic in sua patria multis virtutibus ac beneficiis floruit*: Orat. pro Cœlio. *Adolescentia efflorescens ingenii laudibus* (quod mox ita exponit *plena spei maximæ*) v. Acad. *Arcesilas floruit tum acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi*: ac rursus alibi, *Studia & artes, quibus à pueritia floruisti.*

14. Immò

14. Immò in ipsa Scriptura sunt loci, quibus hæc nostra istius loci expositio firmetur. quippe Esa. 44.4. verbis istis, וצמחו בבין חציר כערבים על יבלי מים, *florebunt in modum graminis, & tanquam salices rivis aquarum adsiti*, utrumque significari, quòd & felices fortunatique erunt, & egregiis virtutibus instructi, ipse docet Deus verbis proximè præcedentibus, quæ planius efferentia id, quod mox istâ figurâ amplius illustratur, ita habent, אצק רוחי על זרעך וברכתי על צאצאיך. *effundam spiritum meum* [i.e. dona ac gratias spirituales] *super stirpem tuam, & benedictionem meam* [i.e. prosperitatem] *super sobolem tuam.* ait Psal. 128.3. בניך כשתילי זיתים, *filii tui similes erunt plantis olivarum*, vix locum habet vulgatior ille hujus comparationis sensus, atque omnino eâ innui videtur, filios futuros egregiis animi corporisque dotibus insignes; quomodo etiam Homerus ἰλιάδ. ρ. & Smyrnæus lib. 7. Juvenem egregium, & robore ac formâ præstantem, ἔρνεϊ ἐλαίης (quod prorsus idem est cum שתיל זית) assimilant. & non ad corpus tantùm, sed ad animum quoque spectare istam similitudinem, ostendunt hi versus ex ὀδυσ. ξ.

Τηλεμάχου, τὸν ἐπεὶ θρέψαν θεοὶ ἔρνεϊ ἶσον,
Καί μιν ἔφην ἔσσεσθαι ἐν ἀνδράσιν οὔτι χερείω
Πατρὸς ἑοῖο φίλοιο φρένας καὶ εἶδος ἀγητόν.
Telemachi, quem succrescere fecerant Dii plantæ similem,
Ita ut exspectarem eum fore inter viros nihilo inferiorem
Patre suo charo, tum quoad mentem, tum quoad formam admirandam.

Itaque non erraverit, qui dixerit *filios* כשתילי זיתים *plantis olivarum similes*, esse ejusmodi (quanquam fortasse non in eodem gradu) ac describuntur Dan. 1.4. ילדים אשר אין בהם כל מום וטובי מראה ומשכילים בכל חכמה וידעי דעת ומביני מדע—, *Pueri vel adolescentes omni vitio carentes, elegantis formæ, dociles in omni sapientia, ingeniosos, sagacisq; intellectus.* Etiam Zac. 6.12. ומתחתיו יצמח, videtur de animi potius virtutibus aliisque dotibus loqui, quàm de *rebus secundis*, vel de *autoritate* etiam (quò Kimchius ac Mariana id trahunt) & mecum stat Stephanus, qui istis verbis tale apponit scholion, *Istud cum eo, quod Lucæ 1. legitur*, Proficiebat ætate & sapientia, apud Deum & homines, *videtur consentire.*

15. Huc quoque pertinet Eze. 16.7. רבבה כצמח השדה נתתיך ותרבי ותגדלי ותבאי בעדי עדיים si rectè exponatur. namque

ut vulgò plerique omnes exponunt, רבבה *myriadem* vel *maximam copiam*, תרבי *multiplicari*, & עדי *monilia alia-ve ejusmodi ornamenta*, quidvis potius, quam eum sensum, quem nos volumus, inde elicueris. Sed revera רבבה potius *augmentum* sive *incrementum* hoc loco significat, ac נתתיך dictum pro נתתי לך (cujusmodi multa collegit Buxtorf. Thes. lib. 2. cap. 17. in fine) & רבבה non eo intellectu, quem in Hebraica lingua propriè habet, hîc positum est, sed eo, quem obtinet in Syriaca, ubi significat *crescere, adolescere, augeri, augescere*, idem quod Hebræis גדל: quam ejus expositionem nequis audacem aut miram putet, sciat, præter alterum exemplum ex *kal*, Ezech. 31. 5. ubi eodem modo sumitur (quod tamen nemo Interpretum animadvertit) bis in *piel* hoc verbum inveniri in significatione Syriaca, *nutriendi* sive *educandi*, semel in hoc ipso Propheta, cap. 19. vers. 2. רבתה גוריה (ubi Græci ἐπλήθυνε, Pagnin. ac Ital. *multiplicavit* vertunt incogitanter, quum omnes alii *educavit* aut *enutrivit* transtulerint, quod in Diction. ipse etiam fecit Pagninus) & rursus Thren. 2. ver. 22. אשר טפחתי ורביתי, quo loco (pessimè à Græcis corrupto, ut ne umbram quidem Hebraici textus retinuerint) omnes Interpretes (excepto solo Zuinglio, qui vertit, *multiplicavi*) de vera istius vocis significatione consentiunt, quanquam non omnes eodem verbo in ea reddenda usi sunt) nonnullis *enutrivi*, aliis *auxi*, partim *evexi* (quæ duo minus commoda sunt) plerisque verò *educavi* vertentibus. עדי autem hîc non id, quod alibi plerumque, sed *decorem* potius aut *venustatem* significat.

16. De hac τῶ רבבה ac תרבי expositione assentientem habemus Marianam, qui utrique *crescendi* notionem attribuit (frustra tamen solicitatis punctis τῶ רבבה) quod facit & Lutherus: itidemque Lyra. qui רבבה נתתיך vertit, *educavi te*: תרבי autem nobiscum exponunt, tum idem Lyra. tum Calv. Castal. Tremell. Pisc. Genev. Belg. (qui omnes id reddunt *crescere*) & in ultimo quoque membro mecum faciunt Calv. & Tremel. quorum posterior vertit, *Perveneris ad summum ornatum*, i. e. *pulchritudinem & speciem omnium elegantissimam*; Calvinus verò, *Venisti ad pulchritudinem pulchritudinum*, i. *summum decorem*, addens præterea in comment. *Hic* עדי *non potest sumi pro adventitio aliquo ornatu——sed pro decore. significat, non tantum statura corporis adolevisse puellam, sed & elegantia formæ. Decor ergo & venustas hac voce notatur, quemadmodum ex contextu satis patet; quare vertendum, Venisti in decorem exquisitum, vel præcipuum.*

cipuum. Totum verò hunc locum ita, ut nos vertendum existimamus, vertit Osiander, *Crescere te feci, quasi germen agri, & crevisti, & grandis facta es, & pervenisti ad magnam venustatem.* Ita autem exposito hoc loco, sponte apparet, eam istius similitudinis בצמח השדה vim hic esse, quam nos dicimus: quum & locus ipse id postulet, & verba illa, ותרבי ותגדלי ותבאי בעדי עדיים (quæ non de corporeo tantum incremento & decore, sed & de animi vigore ac dotibus intelligenda sunt; quum haudquaquam permittat rei dignitas, ut de fatua ac merè superficiaria pulchritudine loqui Prophetam putemus) id apertè indicent, utpote quæ istorum, רבבה כצמח השדה, velut paraphrasis sunt ac explanatio. & elegantem ejusmodi ac decoram puellam etiam veterum Latinorum Poetarum quispiam צמח השדה contulit,

——Virgo
Regia, quam suaves exspirans castus odores
Lectulus in molli complexu matris alebat,
Quales Eurota produncunt flumina myrtos,
Aura-ve distinctos educit verna colores.

17. Ex hisce autem omnibus satis apparet, expositionem illam, quam nos verbis istis טל ילדותך, *infantia tua fuit rorulenta*, i.e. *instar floris vel stirpis rorulentæ*, adhibemus, tametsi diversa est ab illo sensu, in quo plerumque istiusmodi similitudines sumuntur, haudquaquam esse improbabilem, aut adeo novam, ac primo intuitu videri queat: sicuti ex iis, quæ fine præcedentis capitis diximus, constat eam esse necessariam, alteramque hic locum habere non posse.

18. Jam si[illegible] duo ista membra מרחם משחר לך טל ילדותך, prout à nobis exponuntur, sensum egregium maximeque emphaticum in sese continent, ita & inter sese, & cum præcedenti hemistichio, ——עמך נדבות ביום חילך בהדרי קדש optimè cohærent. Ista duo commata sibi invicem probè cohærere, vel per se patet; quum ex se mutuo ita pendeant, ut uno posito, alterum quodammodo sponte sequatur. Qui enim infanti summam attribuit claritudinem, eumque illustrem ac conspicuum inclytumque dicit, ipsi omnia attribuere intelligendus est, unde talis claritudo provenire possit: ac proinde etiam raras admirandasque dotes, ac mirificam & planè egregiam indolem ingenii virtutisque. Rursus fieri non potest, ut qui magnis ac divinis quibusdam animi corporisque bonis instructus ornatusque est, & eximiæ cujusdam fortunæ virtutisque rudimenta igniculosque præ se ferens, plurima jam in teneris annis signa dat animi ad summum gloriæ

fastigium

faſtigium perventuri, lateat, ac non omnium ore ſermonibuſque feratur, & ſic in clariſſima laudis atque famæ luce verſetur: præſertim ſi illuſtri præterea ſtirpe oriundus, ac regio ſanguine prognatus eſt; ſicuti hic de Chriſto tanquam de Rege, ſummique Regis filio, verba fiunt. ideoque qui aliquem, tali loco natum, eminentibus ejuſmodi atque eximiis ornamentis dicit florere, & *in puero ſtatim animi corporiſq; dotes exſplendeſcere* (quod de Tito memorat Sueton.cap.3.) eundem quoque clarum inclytumque dicit. Sicuti autem hactenus מרחם משחר לך quodammodo idem eſt cum טל ילדותך, ita eo latius aliquanto patet, utpote omnia comprehendens, quibus infanti claritas celebritaſque conciliari poteſt: quod non modò fit propriis ipſius animi corporiſque ornamentis, ſed & externis eventibus, (unde illa Ciceronis, *Siquis ab ineunte ætate habet cauſam celebritatis & nominis, aut à patre acceptam, aut aliquo caſu atq; fortuna*, lib.2.Offic.) iiſque quæ rara ac mirabilia circa ipſum accidunt; qualia ſunt, verbi gratia, quæ memorantur de Servio Tullio, cui etiamtum puerulo dormienti in multorum conſpectu caput arſit, ſive flamma è capite emicuit (Liv.1.39. Valer.1.6. Plin.36.27. Florus 1.6. Aurel.Vict. in Tullio) de Mida Phrygio, cui puero formicæ dormienti in os grana tritici congeſſerunt (Cic.1.Divin. Val.1.6.) de Platone, cui in cunis parvulo dormienti apes in labellis conſiderunt (Cic.ac Val.ibid.) de Veſpaſiano, cujus ortu quercus antiqua, in ſuburbano Flaviorum, ramum prævalidum ac prolixum, inſtarque arboris repentè à frutice dedit (Suet.Veſp.) de Alexandro, Scipione, Dionyſio, quorum ortum mira ac inſolita viſa, futuram eorum claritatem portendentia, præceſſerunt (Plut.in Alex. Valer.1.7. Gell.7.1.) Ut igitur inſignes animi corporiſque dotes, atque egregia indoles, verbis illis טל ילדותך propriè ſignificata, in מרחם משחר לך comprehenduntur; ita illa etiam claritas, quæ ex oſtentis ortum infantis comitantibus provenit, eo includitur: ac proinde duo hæc membra ita inter ſe reſpondent, ut prius tamen poſteriore ambitum habeat ampliorem.

19. Quum autem Ducis claritudo, & magna egregiaque fama, unum ſit ex præcipuis, quæ militarium virorum animos ipſi ſolent conciliare, atque allicere ut ſtipendia ſub eo facere, militiamque ductu auſpiciiſque ejus exercere appetant; ideo poſterius hoc hemiſtichium convenientiſſimè priori ſubjunctum fuit, quippe veluti rationem reddens eorum quæ ibi dicuntur, atque declarans, unde factum fuerit, ut Chriſtus pronos adeo promptoſque ad militiam ſub ipſo ſuſcipiendam hominum animos experiretur, ut ſponte ac voluntariè ad nomina

nomina edenda & sacramentum ipsi dicendum confluerent, q.d. Copias adeo voluntarias habuisti, quia nunquam, ne in prima quidem ætate, propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione versatus es, sed inde à prima infantia in clarissima luce egisti, & ea circa te acciderunt, atque in te fuerunt conspecta, quæ omnium animos adverterent, omniumque ora nominis tui celebritate implerent. quum itaque à teneris unguiculis maximam de te spem feceris, & summa quæque omnes de te sibi promiserint, cunctorumque oculi in te fuerint conjecti; mirum non est, si, postquam adolevisti, tanta hominum alacritas fuit atque promptitudo sub te militandi; quippe qui expectationi, inde ab ipso ortu de te conceptæ, in plenum respondisti, & quantos in ætate, tantos in præclaris illis dotibus virtutibusque, quarum semina atque igniculos jam in prima infantia ostenderas, progressus fecisti.

20. Porro quum & duo primi versus hujus Psalmi, & hujus ipsius versus tertii prior pars, ad Christum glorificatum & jam in cœlos receptum pertineant; dubitari potest an non hæc quoque verba, מרחם משחר לך טל ילדותך, ad eadem tempora referri debeant, ita nimirum ut ea intelligamus non de ipsa Christi persona, sed de corpore ipsius mystico, nimirum Ecclesia Sanctorum, & primum ortum atque infantiam Christi accipiamus de ipsis Ecclesiæ primordiis. Sanè in ea egregiè quadrare quod hic de summa claritate atque eximiis donis dicitur, evidens est tum ex iis, quæ die Pentecostes circa Apostolos contigerunt, quando in celeberrimo totius Orbis conventu & alia magna miracula iis facta sunt, & Spiritus Sanctus sub visibili forma in eos descendens, admirabili illo linguarum dono, aliisque egregiis dotibus ipsos implevit; tum ex iis, quæ deinceps ab Apostolis, in jaciendis Ecclesiæ fundamentis, mira ac magna fuisse gesta Lucas in Actis memorat, é-que maxima donorum spiritualium abundantia atque varietate, ipsorum ministerio in illas Credentium primitias à Deo collata; quorum χαρισμάτων ac ἐνεργημάτων catalogum contexuit Paulus in prima ad Corinthios capite duodecimo. Ego tamen malim de ipsa Christi persona hanc periocham, uti reliquum Psalmum, accipere; idque ob eam potissimum causam, quia tempus illud, quo primum Ecclesiam sibi per Apostolos ac Evangelistas colligere cœpit Servator noster, in hoc ipso versu clarè designatur per יום חיל, *diem conscriptionis exercitus*. Quippe quod hic de militibus voluntariè ac summâ promptitudine ad profitenda nomina accurrentibus *allegoricè* dicitur, ejus prophetiæ manifestam circa ea tempora, atque in ipsis

congregandæ

congregandæ Ecclesiæ initiis, impletionem nobis perhibet historia sacra; unde discimus & ipso primo prædicati Evangelii die Hierosolymis ad tria hominum millia Christi fidem suscepisse, ad quem numerum deinceps magnæ quotidiè accessiones factæ fuerint (Actor.2. 41,47.) & non ita multo post totam Samariæ civitatem ad Christum conversam fuisse: ac, ne particularibus ejusmodi exemplis longius immoremur, Evangelium intra paucos annos universum terrarum orbem pervasisse, & summâ passim alacritate à plurimis hominum myriadibus fuisse susceptum. Quum itaque in hoc versu Ecclesiæ primordia per יום חיל adumbrentur, non possumus aptè posterius hemistichium de iisdem intelligere, & tam diversa tempora, virilem ætatem nimirum, (ad quam copiarum conscriptio pertinet) & infantiam in unum cogere: ideoque de ipso Christo periocha hæc, *Inde à primo ortu summam claritatem habuisti, ac roscida fuit infantia tua*, accipi omnino debet. Quomodo autem in ipso ea, quæ hic prædixit Rex sanctus, impleta fuerint, Evangelistæ abundè testantur; de dotibus quidem, in ipsa statim infantia, Lucas cap.2.vers.40. de summa verò claritudine, quæ natales ipsius ac primum ortum comitata est, tum ipse, tum Matthæus, dum Incarnationem ac Nativitatem ipsius ab Angelo Beatæ Virgini annuntiatam, ac pastorum cœtui, succinente innumerabili Angelorum choro, indicatam, ab iisque porro divulgatam, novi sideris exortu illustratam, Magorum adventu celebratam, Annæ & Simeonis amplissimis testimoniis decantatam, aliaque plura in eandem rem memorant: ut in Christo multo magis locum habuerit, quod de prænuntio ipsius scribit Lucas, cap.1.vers.65. & 66. Καὶ ἐγένετο ἐπὶ πάντας φόβος τοὺς περιοικοῦντας αὐτούς· καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ὀρεινῇ τῆς Ἰουδαίας διελαλεῖτο πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα· Καὶ ἔθεντο πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, λέγοντες, Τί ἄρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔσται.

Finis libri secundi.



ANIMAD-

ANIMADVERSIONUM SACRARUM

Liber Tertius.

Caput Primum.

Reem *esse* Unicornem, *vulgata Veterum Recentiorumq; opinio.* 2. *Rationes, quibus ista interpretatio videtur confirmari.* 3. *Rationes validiores contra ipsam: quia credibile non est, animal soli Indiæ peculiare (quod de* Unicorni *scribunt) Judæis notum fuisse.* 4. *Et quia videtur,* Unicornem *esse animal fabulosum.* 5. *Rationes, cur* Reem *nequeat esse* Rhinoceros. 6. Reemum *esse animal bubulo generi affine, ex Psal.* 29. *& Deut.* 33. *docetur.* 7. *Idem ex Esa.* 34. *astruitur,* 8. *Itemq; è Psalmo* 22. 9. *&* 10. Reem, *bos ferus: sed non* bonasus *sive* bufalus. 11. Bisons, *animal plerasque* Reemi *notas gerens:* 12. Reemum *tamen non esse* bisontem, *quia bisons mansuescat, contra quàm* Reemus, *uti ostenditur è Jobi* 39. 13. *Periocha ista de Reemo, Jobi cap.* 39. *comprehensa,* paraphrasticè *exponitur.* 14. Reemum *esse* Urum. 15. *In* Uro *omnes notæ, quas* Reemo *attribuit Scriptura.* 16. Uri *non ad septentrionem modò, sed & in partibus Orientis olim reperiebantur.*

REem, [illegible], quod certi animalis nomen est, Hier. modò *Rhinocerotem* vertit, modò *Unicornem*: Id quod fecerunt etiam Gajet. & Tigurini. Pagninus autem quum uno tantum in loco *Rhinocerotem*, reliquis omnibus *monocerotem* transtulerit; in Dictionario contra in alteram partem magis propendet, ut *Rhinocerotem* potius quàm *Unicornem* hoc vocabulo significari existimet. Sed Græci majori constantia *Monocerotem* semper interpretati sunt; eosque hac in

in re sequuntur Recentiores Interpretes fere omnes, quà Latini, Zwin. Buc. Oecol. Calv. Munst. Cast. Steph. Marin. Merc. Borrh. Moll. Trem. Pisc. Osia. Drus. Schin. quà Vernaculi, Lutherus, Galli, Angli, Itali, Hispani, Belgæ. Et Rabbinorum quoque eadem videtur esse sententia : ideoque Kimchius in Radic. locum illum Deut. 33. 17. (קרני ראם קרניו *sicut cornua Reemi sunt cornua ejus*) qui videtur *Reemo* non *cornu* tribuere, sed *cornua*, ac proinde adversari isti expositioni, quæ *Reemum* facit *Unicornem*, intelligendum dicit per *enallagen numeri*, ut ראם positum sit pro ראמים, quomodo objectionem ex isto loco petitam diluunt etiam Marin. & Drusius.

2. Huic interpretationi non parùm favet, quod plerasque notas, quas in *Reemo* ut præcipuas observat Scriptura, summam feritatem, summumque robur, & ingentem ipsius cornu magnitudinem, etiam Unicorni ascribunt autores. Etenim Ctesias in Excerptis Photianis, ait habere cornu cubitale : Plinius verò (lib. 8. cap 21.) etiam duorum cubitûm id facit: Ælianus autem, inter utrumque medius, sesquicubitale, (lib. 4. cap. 51.) Præterea scribit Ctesias, esse ζῷον ἀλκιμώτατον, *animal fortissimum :* idque ampliùs ita explicat, ὅταν τὰ τέκνα, μικρὰ ὄντα, ἐπάγωσιν ἐπὶ τὴν βοσκὴν, καὶ ὑπὸ ἱππείας πολλῆς περιληφθῶσιν, οὐ βούλονται φεύγειν, καταλιπόντες τοὺς πώλους, ἀλλὰ μάχονται καὶ κέρασι, καὶ λακτίσμασι, καὶ δήγμασι, καὶ πολλοὺς καὶ ἵππους καὶ ἄνδρας ἀπολλύουσι. *Quum catulos suos parvulos ad pastum eduxerint ; multo equitatu circumventi, non aufugiunt tamen, catulis relictis, sed pugnant cornibus, calcibusque, ac morsibus, multosque & equos & viros interimunt.* Ælianus autem ex eodem Ctesia uberius etiamnum narrat, quantum robur hoc animal, præcipuè in cornu habeat. namque præter illa, lib. 16. cap. 20. Ἔστι μὲν οὖν καὶ διὰ παντὸς τοῦ σώματος ῥωμαλέον· ἀλλὰ γὰρ οἱ τοῦ κέρατος ἄμαχός ἐστι, *& reliqui corporis maximo robore præditus est, & in cornu immensas vires habet* : lib. 4. cap. 52. hæc scribit: Ἐπιόντων τῶν Ἰνδῶν ἐπὶ τὴν ἄγραν αὐτῶν, ἐπιάσι τοῖς ἱππεῦσιν ὁμόσε, καὶ τοῖς κέρασι παίουσι· τοιαύτη γὰρ ἄρα ἰσχὺς ἡ τούτων ἐστὶν, οὐδὲν ἀνθέξει αὐτοῖς παιόμενον, ἀλλ' εἴκει καὶ διακόπτεται, καὶ ἐὰν τύχῃ καταθλᾶται καὶ ἀχρεῖον ἐστι· ἤδη δὲ καὶ ἵππων πλευραῖς ἐμπεσόντες διέκοψαν, καὶ τὰ σπλάγχνα ἐξέχεαν· ἔνθεν τοι καὶ ὀρρωδοῦσι πλησιάζειν αὐτοῖς οἱ ἱππεῖς. τὸ γάρ τοι τίμημα τοῦ γενέσθαι πλησίον, θάνατός ἐστιν οἴκτιστος, καὶ ἀπόλλυνται καὶ αὐτοὶ καὶ ἵπποι. δεινοὶ δὲ εἰσὶ καὶ λακτίσματι· δήγματι δὲ ἄρα εἰς τοσοῦτον καθικνεῖται αὐτῶν, ὡς ἀποσπᾶν τὸ περιληφθὲν πᾶν. *Quum Indi ipsos venatu aggrediuntur, in adversos equites eunt, eosque cornibus impetunt ; quarum tanta vis est, ut nihil ipsorum ictum substinere valeat, sed omnia iis cedant ac perfringantur, & collisa perdantur. Sæpeque equorum lateribus incurrentes, ea dirumpunt, ita*

ut omnia intestina effundantur. Idcirco equites formidant ipsis appropinquare, quum pœna propius accedendi sit mors miserrima, ipsiq; & equi pereant, sed & calcibus plurimum valent: & morsus eorum in tantum penetrant, ut quicquid comprehenderunt avellant. De feritate autem ipsorum, scribit idem Ælianus, ὅτι διατρίβει αὐτοῖς πεδίων τὰ ἐρημότατα, *quod in desertissimis campis morari soleant:* Et lib. 16. cap. 20. νομὰς ἐρήμους ἀσπάζεται, καὶ πλανᾶται μόνος, *pastibus desertis gaudet, ac solivagus est.*

3. Hæc omnia videntur apprime quadrare in *Reemum*, ac forsasse iis inducti fuerunt ut id *unicornem* interpretarentur, qui primi sic fuerunt interpretati. Mihi tamen minus probabilis videtur hæc interpretatio, quia in India tantùm reperiri monocerotes affirmant, qui de iis scripserunt. non est autem verisimile, voluisse Mosen, Davidem, aliosque Prophetas toties verba facere, ac similitudines desumere, ipsumque Deum ad Jobum tantum sermonis insumere de animali incognito in istis terris. Incognitum autem fuerit oportet, si nulla propior regio, quàm India, illud ferebat. neque enim orbis mutuis commerciis tunc ita patebat, ut tum animalia, tum alia regionibus propria, in dissitis partibus valde nota essent. Hujus rei clarum præ cæteris exemplum habemus in elephanto, cujus tam insignis animalis, tamque ad humanos quoque usus ac varias vitæ partes utilis, & in permultis Africæ Asiæque locis copiosissimi, nullam tamen aut tenuissimam notitiam videntur habuisse Israelitæ, uti conjectare licet ex profundo silentio, quod de eo agunt Scripturæ: in quibus nusquam de eo verba fiunt, nisi in libro Jobi; ad quem Deus, inter cætera operum suorum atque animalium miracula, multam de hac quoque bellua habet mentionem. Ast Jobus non Israelita fuit, nec Cananeæ incola, sed Arabiæ; cujus vicini trans maris Rubri fretum Æthiopes ac Troglodytæ scatent Elephantorum armentis. Et hoc quidem eo mirabilius, quum ebur, quod nihil aliud quàm Elephanti dens est, adeo fuerit in Judæa notum ac familiare. Jam si Elephantus, cujus dentibus abundabant, quemque tanto propiores, quàm India, regiones gignebant numerosissimas, tam parum notus fuit Judæis; quis crediderit Unicornem, soli Indiæ peculiarem, iis notum fuisse?

4. Sed & aliud habemus validius contra istam interpretationem argumentum, quippe qui pro fabula ducimus *Unicornem*, neque ullum tale animal, ac ipse describitur, & vulgo creditur, extare usquam in mundo, aut unquam extitisse putamus. Ctesias enim, homo vanissimus, & qui

 solâ

solâ mentiendi libidine plurima ac portentosissima figmenta in suos Indicorum libros intulit, pater est hujus historiæ; à quo hauserunt Plinius, Ælianus, & quicunque alii de eo scripserunt. Fuisse autem mentitum Ctesiam, uti in aliis quamplurimis, ita in hoc quoque; inde conjectare licet, quod nunquam hoc animal visum fuit Romæ, in cujus spectaculis exhiberi solebant quæcunque rariora animantia hic terrarum semiorbis, Asiam cum Europa Africaque complexus, uspiam producit, non modò intra Romanæ ditionis terminos, sed & ex Parthorum imperio, atque abusque ultimâ Indiâ & intimâ Æthiopiâ petita: namque ut omittamus Chaos, Cephos, Tigrides, aliaque (quorum nullum in suis terris proveniebat Romanis) ipsos quoque Rhinocerotas, belluam solius Indiæ indigenam, sæpius Roma vidit, ut non absque vero dixerit Aristides (in Romæ encomio) ἅπαντα δεῦρο συντρέχει ὅσα γίγνεται καὶ φύεται, ὅ, τι δ' ἂν μὴ ἐνταῦθα ἴδῃς, οὐκ ἔστι τῶν γενομένων ἢ γιγνομένων, *omnia huc concurrunt, quæcunque nascuntur & fiunt. quicquid autem hic non cernitur, est inter ea, quæ neque extant, neque extiterunt unquam.* Atque in eandem sententiam Salvianus libro sexto, ubi spectacula bestiariorum exagitat, quum summam diligentiam, in conquirendis ad ea feris adhiberi solitam, sic exposuisset, *Atque ut hoc fiat, orbis impendium est. Magna enim cum cura id agitur & elaboratur: adeuntur etiam loca abdita, lustrantur invii saltus, peragrantur sylvæ inexplicabiles, conscenduntur nubifera alpes, penetrantur nivifera valles*: concludit hisce verbis, *Et ut devorari possint à feris viscera hominum, non licet naturam rerum aliquid habere secretum.* Jam quum toto illo aliquot seculorum spatio, quo mos ille duravit, ignotiora animalia undique conquirendi atque Romam deportandi, ibique in publico ostendendi, solus monoceros inter peregrinas bestias nunquam comparuerit, vehemens inde suspicio oritur, nullum tale animal in rerum natura extitisse. Sed & hisce temporibus, quibus nullus non orbis angulus peragratus est, tamque nota sunt iis omnia, quàm quæ domi nostræ nascuntur; nemo est qui hoc animal sibi visum dicat; præter Ludovicum Vartomannum, qui sese duos vidisse scribit: cui fidem ei in hoc negotio detrahit, tum quod & aliis in rebus comperitur fabulosa pro veris prodidisse, & de *Monocerote* quoque pleraque tradit ab aliorum narrationibus discrepantia. Sane Garcias ab Horto pluribus annis, quibus in India vixit Proregis medicus, multorumque de Indigenis doctorum virorum, ac Regum quoque amicitia & familiaritate usus, quanquam diligentissimus hujusmodi rerum scrutator; non modo Unicornem

videre

videre non potuit, sed neque certi quicquam de ipso addiscere; nisi quod nonnullos se convenisse scribit, qui in extrema Africæ ora, ex ortui hyberno obversa, animal quoddam unicorne se vidisse affirmarent. Sed ut isti vera narraverint, nihil tamen hoc ad decantatum illum monocerotem; cum quo, ex ipsorum notis, parum omnino commune habet hoc animal, utpote & amphibium, & cornu præditum duos tantum palmos longo. Et civis meus Johannes Hugonis Linschotius, & ipse quoque rerum naturalium vestigator diligentissimus, atque integros duodecim annos commoratus in urbe Goa, Indiæ inter celeberrimas, & quo undique comportatur quicquid in illis terris rari est aut cari, nullum ibi vel autopsiâ vel certâ famâ unicornem unquam accepit, ac proinde eum pro mero figmento habet; uti satis apparet ex iis, quæ Itinerarii sui capite 47. scribit: ubi de *Rhinocerote* agens, illum ait à multis pro *Monocerote* haberi, quandoquidem nullus adhuc alius monoceros inventus sit, aut cognitus, nisi rumore & picturis.

5. Diximus quid nos moveat, quo minus iis assentiamur, quibus *Reem* est *Monoceros* seu *Unicornis*. Sed & ii, qui *Rhinocerotem* transferunt (quod pariter illos initio capitis nominatos faciunt, & quidem constantius, Olea, Steu. Forer. Mariana) refelli haud minus difficulter possunt. & prius quidem argumentum, contra alteram expositionem allatum, hic æque locum habet, cum Rhinoceros in remotissimis Orientis partibus, Bengala, Patane, ac Cambaya, (quæ omnes regiones in ulteriori India atque trans Gangem jacent) duntaxat nascatur. sed & alia duo peculiaria atque invicta contra illam interpretationem argumenta nobis suppetunt. Prius illorum desumptum est à cornibus, quæ *Reemis* amplissima, Rhinocerotibus exigua sunt; & Martialem, qui contrarium videtur asseverare lib. 1. *Quantus erat cornu, cui pila taurus erat*, & Nicolaum Contium, qui in Itinerario suo cornu Rhinocerotis facit brachii longitudine, *Ha nella fronte un corno, come l'unicorno, ma piu corto, & piu d'un braccio lungo*, convincit experientia & oculorum fides, qua constat, crassum quidem admodum in radice & validum, sed breve esse illius animalis cornu: idque scimus nos, qui ejusmodi cornua vidimus ipsi ac tractavimus. Et ita de eo scribit popularis meus Linschotius, hebbende eenen corten hoorn op den neuse: ac Gesnerus quoque, *Ex ipsa pictura, quam ad vivum delineavimus, proportione convincemus, cornu breve esse, nam cum supra nares incipiat, & multo infra oculos desinat, longum esse non potest*: hoc à cornu argumento etiam Bucerus, in comment. ad Psal. 22. utitur, quare רְאֵם non sit Rhinoceros: *Quanquam*

autem

autem & Rhinocerota sævam admodum feram esse, cum dimicet cum elephanto, certum sit; altitudo tamen cornu, quæ animali ראם *tribuitur, non ita convenit.* Alterum istorum argumentorum ducitur ab indomabili Reemi feritate (de qua infra, uti & de cornuum amplitudine, pluribus mox acturi sumus) quæ nulla in Rhinocerote. is enim, utut difficulter domari potest, (quemadmodum de eo scribit Garcias ab Horto) domituram tamen haud in totum respuit, sicuti vel ex eorum Rhinocerotum historia, qui superiori seculo diversis temporibus in Portugalliam advecti fuerunt, cognoscere licet. Quid autem viderit Pausanias, cur Rhinocerotes appellaret boves Æthiopicos (quod facit tum in Bœoticis, tum in primo Eliacorum) quomodo etiam alios hoc animal appellasse *bovem Ægyptium* scribit Festus (in quo *Æthiopicum* pro *Ægyptio* rescribit Gesnerus) fateor me nescire; quum neque Æthiopia ferat hanc belluam, & forma ipsius sit bubulæ formæ dissimillima: ut non minus inepta sit hæc Rhinocerotis appellatio, quam illa Elephanti apud priscos Romanos, qui ipsi ridiculum *bovis lucæ* nomen indiderunt.

6. Rejectâ ob prædictas causas illâ Interpretatione quæ *Reemum* facit *Monocerotem* aut *Rhinocerotem*: dispiciendum jam est, quod potissimum animalis genus id esse judicandum sit. Sane non abest, quin bellua quædam sit bubulo generi affinis, quum in locis compluribus *Reemorum* & Boum, tanquam animalium quodammodo cognatorum, mentio conjungatur. Psal. 29: 6. וירקידם כמו עגל לבנון ושריון כמו בן ראמים, *subsultare fecit eos sicut vitulum; Libanum & Saronem veluti pullum Reemorum.* Sic Deut. 33. 17. בכור שורו הדר לו וקרני ראם קרניו ubi notandum est (ut hoc obiter moneamus) בכור non pro *nominativo* habendum, sed pro *genitivo*; & *Vau* in שורו non esse *affixum*, sed *paragogicum*, quomodo alibi בנו & חיתו pro בן & חיה legimus: id quod non animadversum Abenesræ, Munstero, Castalioni, Stephano, Borrhao, Oleastro, Ariæ Montano, aliisque fraudi iis fuit, ut loci hujus mentem parùm caperent, eumque pravè interpretarentur; quum alteram ac veriorem expositionem ex dimidio, & quoad שורו secuti sint Græci & Syri, Πρωτοτόκος ταύρου τὸ κάλλος αὐτοῦ, בוכרא דתורא הדרא לה Hieronymus verò, faciendo בכור *genitivum*, & supplendo *particulam similitudinis*, omnium optimè (nisi quod vocem הדר mollius expressit, Græcos in eo secutus) hunc locum ita vertit, *quasi primogeniti tauri pulcritudo ejus:* & æquè egregiè Pagninus, *promogeniti bovis habet decorem:* similiterque Lutherus. Hebraica enim non aliter capienda sunt, quàm si scriptum esset,

הדר

הדר לו כהדר בכור שור. Et ad hunc modum etiam Calvinus (quanquam illud de *vau paragogico* non satis animadvertit) hunc locum explicat: *Sensum obscurant Interpretes, vertendo primogenitus in nominativo. Mihi verò dubium non est, quin decorem Joseph comparet magnitudini pulcherrimi bovis, acsi diceret, Pulcritudo ejus tanquam boum qui selectissimi sunt in ejus armentis.* Quare dicat, *primogeniti bovis*, rationem rectè reddit Esraides, ואמר בכור שורו כי יש לו כחרב כי הוא ראשית און, *Dicit, promogeniti bovis, quia primogenitus magnis viribus præditus est, utpote primitiæ roboris.* nimirum persuasum erat Hebræis, primogenitos cujuscunque animalis, reliquos natos viribus excedere; propterea-que iis hanc appellationem, ראשית און *primitiæ roboris*, indebant: quasi ipsi, quia primi, de robore paterno plus participarent, quàm alii postea nascentes Per הדר autem non intelligit Moses גוף גדול, *corpus prægrande*, ut Abenesra putat, aliique ipsum secuti, sed cornua prægrandia; quum usitatum sit Hebræis partem illam, quæ rei alicui præcipuum ornatum addit, *decorem* & honorem ipsius appellare, phrasi Græcis quoque scriptoribus ac Latinis, præsertim poetis, satis familiari: qua de re alibi dicemus plura. & hæc quidem obiter dicta sunto ad illustrationem istius loci; in quo manifestè, æque ac Psalmo 29, שור ac ראם *ἐν παραλλήλῳ*, & cornua taurina cornibus *Reemi* conjunguntur: *Decorem habet, qualem bos primogenitus; & cornua, qualia* Reemus: iisque [*cornibus taurinis ac* reeminis] *populos impetet.*

7. Porro & alium adhuc locum, ubi *reemus* ac bos veluti cognata animalia conjunguntur, suppeditat nobis Esaias, cap. 34. cujus versu sexto quum horrendam Idumæorum stragem descripsisset per allegoriam cædis ac mactationis pecoris minoris, *Gladius Domini impletus est sanguine, pinguefactus adipe, sanguine agnorum & hircorum*, כרים ועתודים, *adipe renali arietum*, אילים, mox sequenti versu allegoriam continuat in pecudibus majoribus, וירדו ראמים עמם ופרים עם אבירים *Et dejicientur cum ipsis* (i.e. cum arietibus & hircis) reemi *& boves, unà cum* abirim. Postremam hanc vocem Hier. vertit *Potentes*; similiterque Munst. & Tigur. *Magnificos*, quum vertere debuerint *Tauros*, quomodo verterunt Græci, Syrus, & Pagninus aliique recentiores Interpretes plerique. nomen enim hoc quum propriè significet eum qui in aliquo genere præstat ac præcipuus est, peculiariter & per quandam *ἀντονομασίαν* solet tum *caballis* tum *tauris* tribui, utpote in equino ac bubulo genere præ-

cipuus.

cipuus (id quod de tauris eleganter expressit Homerus Ἰλιάδ. β. Ἠΰτε βοῦς ἀγέληφι μέγ' ἔξοχος ἔπλετο πάντων Ταῦρος· ὁ γάρ τε βόεσσι μεταπρέπει ἀγρομένῃσι, *Veluti bos in armento valde eximius est inter omnes Taurus; hic enim inter boves eminet congregatas*) idque ex necessitate; quum alia nulla vocabula propria habeant istæ animantes in lingua sancta. pro *caballo* sumitur אביר Jud. 5. 22. Jerem. 8. 16. & 47. 3. & 50. 11. pro *tauro*, Psal. 22. 13. & 50. 13. & 68. 31. in quibus tribus locis, uti & in isto Esaiæ, Syrus quadamtenus ad verum accedens, semper vertit ארונא, quod *vitulos* significat. Græci autem melius *tauros* in omnibus illis locis verterunt. Hieron. quoque ita transtulit Psal. 22. & 50. ast Psal. 68. pari lapsu ac in hoc Esaiæ loco, reddidit *fortes*. Pro *tauro* quoque sumitur Esa. 10. 13. de quo loco, à nemine adhuc Interpretum intellecto, mox plura à nobis dicentur. Jam quum tria illa animalia, versu sexto posita, sint congenera, ita ut כרים quidem & אילים sint ejusdem quoque speciei, עתודים verò sub communi cum iis genere, nimirum צאן, contineantur; ratio suadet ut credamus in hoc quoque versu (qui præcedenti in παραλλήλω ac veluti ad ampliorem declarationem appositus est) idem observasse Prophetam, ut tria animalia, ad idem genus pertinentia, conjungeret, & duobus illis, אבירים & פרים, ejusdem speciei pecudibus, tertiam, idem saltem cum ipsis genus sortitam apponeret.

8. Super hæc loca etiam in Psalmo 22. invenio, quod faciat ad præsens negotium, atque ad cognationem inter boves & *reemos* astruendam. Etenim David Deo questus, infensissimos hostes undique sibi imminere, atque in perniciem suam intentos esse, idque sub allegoria taurorum, leonum, atque canum, סבבוני פרים רבים אבירי בשן כתרוני: פצו עלי פיהם אריה טרף ושאג. סבבוני כלבים *circumvallaverunt me boves prægrandes, tauri basanici cinxerunt me. et in me diduxerunt leones* (in hebræo est enallage singularis pro plurali in hoc nomine, uti mox rursus in eadem voce) *rapaces ac rugientes. circumvallaverant me canes, &c.* postea Deum orans, ut ipsum ab eorum furore liberaret, eandem continuat allegoriam, הצילה מיד כלב יחידתי : הושיעני מפי אריה מקרני ראמים עניתני *Libera animam meam à canibus: salvum me fac de ore leonum: de cornibus reemorum exaudi* [*i. exaudiens erue*] *me.* Hoc loco clarius nihil dici potest ad id, quod nos volumus, confirmandum; quum manifestum sit eadem animalia, quæ פרים רבים *juvencos prægrandes*, seu *vasti corporis* (רבים hic ex usu non Hebraici, sed Syriaci sermonis sumitur, ac גדולים

גדולים significat, quod Raschi quoque & Radak senserunt, melius quam Abenesra, qui vulgatiorem hujus vocis significationem retinet) & אבירי בשן *tauros basanicos* (i.e. validos, magnos, & obesos, quales sunt tauri montis illius pascuosi) prius nominaverat Propheta, eadem *reemos* mox ab illo dici. Quomodo enim, הצילה מיד כלב יחידתי respondet illis verbis סבבוני כלבים: & הושיעני מפי אריה respondet istis, פצו עלי פיהם אריה טרף ושאג: ita hæc verba מקרני ראמים עניתני sunt ἀντίστοιχα istorum, סבבוני פרים רבים אבירי בשן כתרוני.

9. Hisce, opinor, satis planum fecimus, *reemos* esse animal quoddam bubalo generi cognatum; quod non aliud esse potest quàm boves feri, qui fere se habent ad boves alios, quomodo sues sylvestres sive apri ad sues domesticos; id quod & Aristot. dixit lib. 2. de hist. anim. capite primo, his verbis: *διαφέρουσι δὲ οἱ ἄγριοι βόες τῶν ἡμέρων, ὥσπερ οἱ ὕες οἱ ἄγριοι πρὸς τοὺς ἡμέρους, boves feri à domesticis ad eum fere modum differunt, ac sues feri à domesticis.* Quum autem variæ sint boum ferorum species (etiam non annumeratis iis, qui nulla peculiari natura à domesticis distantes, sola libertate efferati sunt aut à talibus prognati; quales plurimos olim habuit Scotia, nonnullas eorum reliquias hodieque retinens: de quibus legi potest Camdeni Britannia: & qualium immensos greges habet Novus Orbis, Hispanica stirpe prognatos, tum in majoribus insulis, tum in multis continentis partibus; uti & canum equorumque alicubi) non putamus *Reem* esse generalem ad istas omnes appellationem, sed unam quandā ac certam inter eas speciem significare; cujus vestigatio non erit difficilis, considerantibus quæ de *Reemo* Scriptura narrat. quippe cornuum præcipuam magnitudinem ac præcipuum robur ipsi attribuit, sicuti non modò ex duobus illis locis jam positis, Deut. 33. & Psal. 22. patet, sed & ex hoc Psal. 92. 11. ותרם כראם קרני *extulisti cornu meum tanquam reemi*, id est, dedisti mihi cornua ingentia & prævalida, qualia sunt *Reemorum*. Hæc nota facit, ut *Reem* non possit esse *bonasus* Aristotelis, sive *bubalus* aut *bufalus* recentiorum (utrumque enim unum idemque est animal, nisi quod Arist. veræ cæteroquin historiæ fabellam de sparsione excrementorum, qua se suosque pullos contra persequentes aut insidiantes tueatur, affinxit) qui tantum abest ut cornibus ad vim & pugnam melius instructus sit quàm tauri nostri, ut ea plane habeat ad præliandum inepta. Aristoteles enim lib. 3. de partib. Anim. cap. 2. *bonasum* inter ea nominat, *οἷς ἄχρηστος πέφυκεν ἡ τῶν κεράτων ἐξοχὴ, quibus inutilis est cornuum prominentia*, quia nimirum *γαμψὰ αὐτοῖς πέφυκε τὰ κέρατα πρὸς ἀλλήλους, cornua habent incurva*

curva ac invicem obversa. idemque repetit noni histor. capite 45. Κέρατα ἔχει γαμψά, κεκαμμένα πρὸς ἄλληλα, καὶ ἄχρηστα πρὸς τὸ ἀμύνεσθαι, *Cornua incurva habet, inflexa versus se invicem, ac inutilia ad se defendendum.* Quod dicit cornua se mutuò spectare, verum est, sed non perpetuum; utpote in aliquibus, sed non in omnibus ita se habens. multi enim cornua habent in rotundum ac juxta aures versus terram inflexa; qualia cornua habet imago *bubali* apud Gesnerum; qualia-que describit Scaliger Exerc. 206. sect. 3. *Bubalo, quem Bufalum vocant Itali nunc, cornua non tam teretia, quàm pressa, nec surrecta, sed deorsum versum retroflexa.* & mox, *cornibus nequaquam pugnant, sed calcibus. inepta enim sunt ad pugnandum cornua, quia retrorsum adversa, ac demissâ cuspide.* & talia *bonaso* cornua tribuit ipse etiam Aristoteles, seu quiscunque autor est libelli περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, in cujus principio quum bonasus describatur ad eundem fere modum, ac in decimo historiarum (sed concisius aliquanto) ut inde sumta videri possit hæc narratio; de cornibus tamen ibi leguntur ista: Τὰ δὲ κέρατα, οὐχ ὥσπερ οἱ βόες, ἀλλὰ κατεστραμμένα, καὶ τὸ ὀξὺ κάτω παρὰ τὰ ὦτα, *cornua habent, non uti boves, sed contorta, ac mucrone deorsum spectantia juxta aures:* uti jam dubium non sit, quin *bonasus* idem sit cum hodierno *bufalo*: quod miror Scaligero in mentem non venisse.

10. Est quidem hoc animal (ut ibidem narrat Scaliger) maximi roboris (quod & autor θαυμασίων ἀκουσμ. de eo testatur, λέγεται δὲ ὅλην φύσιν παραπλήσιον εἶναι τῷ βοΐ, διαφέρειν δὲ τῷ μεγέθει καὶ τῇ εὐρωστίᾳ, *dicitur omnino similis esse bovi, nisi quod magnitudine & viribus excellit*) & maximæ ferociæ etiam domitum. (quod utrumque ex Gesneri quoque commentariis excipere licet) cui corrigendæ annello ferreo trajiciunt nares, ei-que insertus funiculus pro habenis est: quæ non male quadrant in Reemum. sed illud de cornibus tale est, ut apertissimum faciat, non posse *bubalum* esse *reemum*: quare argumento secundo, petito à cicuratione (de qua mox plura dicenda) nihil indigemus. Hieronymus quidem etiam *Bubalis* indomitam feritatem tribuit, in comm. ad verba illa Amos 6. 12. אם▭ יחרוש בבקרים▭ (quæ ipsi parum intellecta, uti lib. 2. cap. 3. §. 8. indicavimus, vertit, *aut arari potest in bubalis*) ita scribens, *Bubali tam indomiti sunt, ut jugum cervicibus non recipiant, & cum sylvestres boves sint, propter feritatem nolint terram vomere scindere.* sed experientia ipsi manifesto refragatur; nisi si per *bubalos* non *bonasos*, sed aliud animal intellexit. Quamquam autem ob ea, quæ diximus, ראם▭ *bubalus* esse non potest; illi tamen, qui de hoc animali exposuerunt (quod Hebræos nonnullos fecisse, testatur

Lyranus

Lyranus ad Num. 23.) longe probabilius senserunt, multoque propius ad verum accesserunt, quam qui pro *Unicorni* aut *Rhinocerote* habuerunt: ideo-que haud ita deridiculi sunt, ac Delcio in Adag. sacr. ad Deut. 33. putavit, ita eos incessens: *Rabbini, qui cum bubalo confundunt, bubalinæ carni, qua digni, lolium adjiciant, quo victitant*: quam fastidiosam, sed insulsam censuram, nequaquam hic adduxissem, venia-que libens ac silentio donassem, nisi viderem isti homini in more positum, æque ac Genebrardo, ut non in Rabbinos tantum, sed in doctissimos Scripturæ Interpretes, qui quidem in Religionis negotio ab ipso dissident, petulanter nimis ac superciliose passim incurrat: idque sæpe ubi veram expositionem vel attigerunt prorsus, vel multo magis, quam quos ipse sequitur, ad eam propinquarunt.

11. Duo restant boum ferorum genera, *uri*, & *bisontes*. nam quod *Tarandos* huc quoque accenset Gesnerus, id nobis absque ratione facere videtur, quum *tarandus* animal sit bovi dissimillimum, utpote & cornua habens ramosa, & caput cervino simile: quibus notis si addatur, quod scribit Plinius, villum habere magnitudine ursorum, verisimilius est *tarandum* esse eam bestiam, quam *Reen* & *Rangifer* Boreales appellant; quod quum & ante Gesnerum nonnulli statuerint, vellem ab iis vir doctissimus, atque in hisce rebus exercitatissimus, non dissensisset. *Bisontes* autem adeo similes sunt *bonasis*, ut à nonnullis pro iisdem habeantur. sane de utrisque scribitur, quòd villosi admodum sint, & jubati. De *bonasis* quidem hoc tradit Aristoteles plus uno loco, itemque Oppianus. *bisontibus* verò *jubatorum* appellationem, veluti peculiariter ipsis debitam, tribuit Plinius lib. 8. cap. 15. sicuti à Seneca in Hippol. *villosorum* epitheto afficiuntur (quippe tradente in Bœotiis Pausania, qui eos sæpe Romæ in spectaculis vidit, tum reliquo corpore δασεῖς, id est *hirsuti* seu *setosi* sunt, tum maxime circa pectus & mandibulas) quod epitheton *bonasis* quoque convenire, inde liquet, quia nono histor. scribit Arist. eos habere σκέλη δασέα, *crura hirsuta* seu *villosa*. In his aliisque notis plerisque cum inter eos conveniat, Romani ipsos ne nomine quidem distinxerunt, sed communem *bisontium* appellationem iis imposuerunt; quum tamen inter *bisontes* proprie sic dictos, & *bonasos* sive *bufalos* satis insignem differentiam constituant cornua; quæ quum *bonasis* sint qualia diximus, *bisontes* ea habent in ipso quidem mucrone aliquantulum incurva (quo respectu æreis hamis piscatoriis ab Oppiano comparantur) sed reliquo corpore nequaquam inflexa; neque vel versus se mutuo, vel juxta aures deorsum intorta, sed patula ac supina (quam ipsorum figuram prolixe ac eleganter describit Oppianus) ea-que ratione adeo non ad

ad pugnam inepta, ut Poeta ea vocet *φόνια κέντρα*, *lethiferos mucrones*, ipsosque, ob eandem causam, *φονίους ταύρους*, *lethiferos tauros*. Quanquam verò Gesnero (qui *bonasos* & *bisontes* specie differe negat) libenter concedimus, solum cornuum discrimen non sufficere ad specificam differentiam constituendam; quum tamen in hisce animalibus cornuum differentia trahat alia quoque discrimina nequaquam fortuita; ut quòd calcibus, non capite, pugnat *bonasus*, & simulatque saucius factus est, in fugam vertitur (quod utrumque de eo tradit Aristot. lib. 9. hist. cap. 45.) quum *bisons* contra in cornibus vim habeat, iisque solis in pugna utatur, & vulneribus nequaquam deterreatur, quin instar apri aut leonis animosissime ac violentissime in venatores feratur (id quod multis verbis repræsentat Sigismundus Liber in Muscovicis) qui proinde foveis potius, quàm aperta vi eos aggredi amant; quod prolixe narrat Pausanias in Bœoticis, & recentiorum quoque nonnulli: ex hisce satis colligitur, specificam inter hæc animalia differentiam meritò constitui.

12. Quanquam autem in *bisonte*, secus quàm in *bonaso*, non obstent cornua (utpote quæ permagna habet, & robustissima) quo minus sit *reemus*; pro *reemo* tamen haberi non debet, quia utut asperrima & ferocissima bestia, artibus tamen humanis cicurari potest, ac feritatem exui; sicuti vel ex Pausaniæ Phocicis abunde patet, ut alios testes advocare non sit necesse. *Reemus* autem feram naturam nunquam deponit, ac mansuescere plane nescit, uti apertum est ex Jobi cap. 39. in quo capite quum Deus Jobo considerandas proponat insigniores quasdam in diversis animalibus proprietates (unde mirum quantum elucescit divina sapientia ac potentia, quæ hæc ita ordinavit, aliisque alias attribuit, nullâ aliâ in promtu causâ istarum proprietatum, quàm quia omnis naturæ autori Deo sic visum fuit) *reemum* hoc solo respectu, incicurabilis inquam feritatis, adducit; omniaque, quæ de eo dicuntur, huc recidunt, *reemi* tantam esse feritatem, ut nullo humano ingenio mansuefieri, atque ad subeundum humanæ servitutis jugum deduci possit: quum tamen aliæ feræ quamplurimæ, robore ac truculentia non minus conspicuæ, Leones, Tigrides, Elephanti, Pardi, Ursi, Rhinocerotes, deposita immanitate mitigentur, ac ab hominibus tractari se & regi patiantur, eosque dominos agnoscere, atque ipsis servire discant: quum tamen à *reemo* (utpote bovis genere, idcircoque herbis victitante) expectanda potius mansuefactio videretur, quam ab illorum quocunque, quæ omnia, præter Elephantum ac Rhinocerotem, sunt rapacia; & sanguine ac cædibus gaudentia, victum inde sibi quærunt. Et ut crescat admiratio

admiratio super indomita *reemi* feritate, eandem ostentat Deus in onagro quoque, animali mitissimo & innocuo, atque ad malefaciendum neque vires neque animum sortito : quo certe admirabilius nihil dici aut cogitari potest, asinos sylvestres, quorum totos greges vel unus puer in fugam agat, non mansuescere ; mansuescere autem, ad servile usque obsequium, Tigrides & Leones, quorum unus agmina virorum, & quidem armatorum, sæpe sustinet, quandoque & terga dare cogit.

13. Quod verò immansuescibilem *Reemi* naturam explicat Deus per hæc *τεκμήρια*, quod ad proscindendam terram, aliaque agriculturæ opera adhiberi spernit ; inde magis etiam elucescit, quod suprà diversis Scripturæ locis astruebamus, *reemum* esse animal bubus cognatum quippe verborum Dei hic est sensus, quasi diceret, Quum inter jumenta, quæ ab hominibus in operum consortium parantur, eorumque laborem in arando & terra subigenda juvant, bos facile primas teneat, utpote laboriosissimus hominis socius in agricultura, & qui potius, quam aliæ pecudes, ad eam adhiberi solet in plerisque regionibus (unde illud Prov. 14. 4. ורב-תבואת בכח שור, *& frugum copia paratur robore boum*) qui fit ut Reemum non adhibeant hisce usibus homines, quum sit è boum genere, propetereaque naturâ ad id factus videatur, æque ac alii boves ; & multo quidem aptior ad eam rem esse debeat, quàm alii boves aut tauri quicunque, quum viribus magis polleat (כי רב כחו vers. 14.) ac proinde omnem difficultatem tolerare magis queat, atque in opere excellere. nemo tamen id conatur ; & si conetur, frustra sit : quum ego Naturæ Dominus hanc feram, itidem ac onagrum, de quo modò loquebar, incicurabilem creaverim ; quæ cum penitus respuat hominibus consuescere, eorumque manibus tractari, atque instar aliorum juvencorum, qui feri de grege comprehenduntur, ad præsepia (ubi fere domituram auspicari solent) religari : nunquam ad ulteriora illa, ad subdendam aratro cervicem, atque ad moliendam & colendam terram perduci potest. Hæc est fere mens istorum Dei verborum ; quibus & *Reemorum* ac *Boum* cognatio clarè demonstratur, & invicta istius belluæ feritas graphice admodum ob oculos ponitur : simulque hinc dilucescit, *reemum* non esse *bisontem*, quum *bison*, itidem ac aliæ feræ pleræque, arte tractatus mitescat, atque ad hominum conversationem & obedientiam formetur.

14. Restat igitur ut *Reem* sit *Urus*, quandoquidem *Uris* hanc proprietatem diserte ascribit Cæsar lib. 6. de bello Gall. aiens, *assuescere eos ad homines & mansuefieri ne parvulos quidem exceptos posse, quare foveis capti interficiantur*. Plinius quoque, lib. 8. cap. 21. de hac

hac fera sub generali taurorum sylvestrium nomine agens (cum fabulosis quibusdam additamentis, de cornibus mobilibus, de-que pilo in contrarium verso) tantundem affirmat, *Ipsi non aliter, quam foveis capti, feritate semper intereunt:* quæ verba, per se obscuriuscula, satis declarantur ex narratione Cæsaris; ipsos nunquam mansuescere, feritatemque non prius quàm vitam exuere. Videtur quidem in contrarium stare Virgilius, & mansuetos quoque *uros* agnoscere, hisce versibus in tertio Georgicorum,

Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæsitas ad sacra boves Junonis, & uris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.

Sed revera per *uros* non aliud intellexit ibi Virgilius, quàm boves sive juvencos simpliciter, poeticâ licentiâ, qua usus est & in secundo Georg.

Sylvestres uri assidue, capreæque sequaces
Illudunt: pascuntur oves, avidæque juvencæ:

Ubi per *sylvestres uros* non aliud intelligendum, quàm boves armentales, rudes neque ad opera domitos (quos *feros* vocat Columella lib. 7. cap. 2.) quum aliunde satis patet, tum ex eo quoque, quòd ibi de Italia loquatur Poeta, in qua non modò *uros*, sed neque alia boum ferorum genera ulla reperiri certum est.

15. Sicuti autem in hac indomitæ feritatis nota egregie *Uris* cum *Reemis* convenit; ita etiam reliqua, quæ in *Reemo* celebrat Scriptura, in *Uro* reperiri, testantur externi Scriptores, qui ejus historiam nobis prodiderunt. Pertinere ad bubulum genus, extra controversiæ aleam est. Cæsar enim scribit, magnitudine quidem esse paulo infra Elephantes; cæterum specie, colore, & figura tauri. & Plinius duobus in locis (lib. 8. cap. 15. & lib. 28. cap. 10.) *boves feros* nominat tanquam genus ad *uros* & *bisontes*. & hinc est, quod Tacitus scribit (4. Ann. 72.) Olennium Frisiis, coria boum pro tributo pendentibus, præpositum, delegisse terga urorum, quorum ad formam acciperentur. De cornuum magnitudine clara sunt Cæsaris verba, *cornuum amplitudinem, æque ac figuram & speciem, multum à nostrorum boum cornibus differre: quæ studiose conquisita, ab labris argento circumcludant Germani, iis in amplissimis epulis pro poculis utentes:* item Plinii (lib. 11. cap. 37.) *Urorum cornibus Barbari septentrionales potant, urnasque binas capitis unius cornua implent:* & Solini, cap. 32. *Uris taurina cornua in tantum modum protenduntur, ut dempta ob insignem capacitatem inter regias mensas potuum gerula fiant.* Quantum verò ad robur ipsorum ac truculentiam; ut omittamus Plinium, qui lib. 8. cap. 15 *uris* excellentem vim ac velocitatem

citatem tribuit; & ejusdem libri, cap. 21. eos dicit atrocissimos, ac feras omnes venari: pulcre illud explicat Cæsar, aiens, *Eos neque homini, neque feræ, quam conspexerint, parcere, quare horum venatione præcipue se ad laborem durent adolescentes: & qui plurimos ex his interfecerint, relatis in publicum cornibus, quæ sint testimonio, magnam ferre laudem.*

16. Dubitandum igitur non est, quin *Reemi* sint *Uri*; & quidem eo minus, quia non modo septentrionales regiones (in quarum variis tractibus hodieque non *bisontes* modò, sed & *uri* superesse scribuntur) patrium est horum animalium solum, sed & ipse Oriens ea progignere solebat; scribente Plinio, *bove fero, uris atque bisontibus, refertas fuisse Indiæ sylvas:* subscribente etiam Aristotele, qui Arachotas, gentem Indiæ conterminam, scribit alere boves sylvestres, non quidem bubalos (impediunt enim cornua ἐξυπτιάζοντα, quæ ipsis tribuit) sed uros & bisontes. Sed & Troglodyticam regionem, quæ ad sinum maris rubri sita, Arabiæ opposita est, Uros habuisse, colligo ex istis verbis Diodori lib. 3. ἡ πρὸς τὴν μεσόγειον ἀνατείνουσα, πλήρης ἐστὶν ἐλεφάντων, καὶ ταύρων ἀγρίων, καὶ λεόντων, καὶ πολλῶν ἄλλων ἀλκίμων ζώων, *quà intus recedit, plena est Elephantis, tauris sylvestribus, leonibus, aliisque trucibus animalibus*; ubi sub *tauris sylvestribus* uti aliæ eorum species fortassis unà comprehendendæ, ita *Uri* non dubito quin intelligendi sint. Quanquam autem nemo extat autor, qui scribat Syriam ac Palæstinam boves feros producere; hoc tamen impedire non debet, quo minus olim, atque priscis Israelitarum temporibus, eos ibi fuisse credamus; quum novum non sit, ut integra aliqua ferarum species ex ea regione, in qua prius reperiri, atque adeo abundare solebat, tractu temporis in totum exterminetur: cujus rei vicina Anglia insigne in lupis documentum præbet. & leonibus idem in Europa jam olim ante plurima secula evenit; qua de re sic Dion in περὶ κάλλους, ἐκλελοίπασι τῷ χρόνῳ οἱ καλοὶ, οἷον δή φασι τοὺς λέοντας παθεῖν τοὺς ἐν τῇ εὐρώπῃ. οὐ γὰρ ἔτι εἶναι αὐτῶν τὸ γένος. πρότερον δὲ ἦσαν καὶ περὶ μακεδονίαν, καὶ ἐν ἄλλοις τόποις, *Pulchri temporis lapsu defecerunt, quod leonibus accidisse aiunt in Europa, quorum genus non amplius supersit, quum prius fuerint & circa Macedoniam, & in aliis locis.* idemque de Hippopotamis in Ægypto factum, ut nulli amplius ibi invenirentur, lib. 22. testatur Ammianus.

CAP.

CAP. II.

Locus Esaiæ 10. 13. male exponitur à Græco, Syro, Esraide, & Kimchio. Vox כביר *non significat* fortem, *sed* copiosum. 2. *Jobi 36. 5.* כביר *plerique Interpretes exponunt* fortem. 3. *Isto tamen quoque loco retinendam nostram expositionem ostenditur.* 4. *Locus iste amplius explanatur.* 5. *Quomodo exponi debeat Esa. 10. 13. si ibi pro* כאביר *legatur* כביר. 6. *Aliæ istius loci expositiones sub altera lectione* כאביר. 7. אביר *non significat* fortem & validum, *ut cuncti fere Interpretes putaverunt, sed* eximium *ac* primarium. 8. *Vera ac nova expositio istius loci Esa. 10. 13.* 9. *Qua ratione Rex Assyrius strages à se editas cædibus taurorum comparet.* 10. *Idem amplius declaratur.*

LOcum illum Esaiæ 10. 13. ואוריד כאביר יושבים (quem superiori capite attigimus) Græci interpretantur, *καὶ σείσω πόλεις κατοικουμένας, & quatefaciam urbes habitatas,* Græcosque secutus, ut videtur, Syrus, וכבשת מדינתא דיתבן, *& subegi urbes quæ habitantur*: quæ interpretatio stare nequaquam potest. Ut enim nihil dicamus de verbo (quod tamen nec *concutere*, nec *subjugare* unquam significat) duæ illæ voces *cabbir joschebim*, quomodocunque torqueantur, non possunt id significare, quod isti Interpretes expresserunt. Verbum quidem *jaschab* sæpe *passive* sumitur pro *habitari*, vel *inhabitari* (æquè ac *ναίω* & *ναιετάω* apud poetas Græcos) sed כאביר nihil minus quàm *urbes* significat. Sed neque ferri potest translatio eorum, quibus כאביר יושבים idem valet, ac יושבים במקום כביר sequendo Masoretharum notam, qua indicatur, pro eo quod scriptum est כאביר legendum esse כביר absque *aleph*, & accipiendo כביר pro חזק; quomodo hæc explicat Kimchi in commentariis, secutus Esraidem, qui ita exponit, היושבים בארמון כביר id quod & recentioribus Interpretibus nonnullis probatur. Stephanus enim vertit, *& deturbavi eos qui habitabant in locis tutissimis*: & Castalio, *egregie habitantes deturbavi.* Munsterus quoque, quanquam *chetib* כאביר retinet, eundem exhibet sensum, *Et deposui sedentes quasi in forti [loco,]* ut כאביר יושבים acceperit pro כבאביר יושבים. Hæc autem translatio, ut diximus, ferri non magis potest, quàm illa Græci & Syri; quum perversissima sit ista loquendi forma, atque ab Hebraicæ linguæ consuetudine omnino aliena atque abhorrens, ut

participium,

participium, quod *verbi substantivi* vim non gerit inclusam, postponatur nomini quod regit. quodsi vel maxime non obstaret hæc difficultas nihilominus improbanda esset ista translatio. quantum enim ad Munsterum attinet; *habitantes quasi in loco forti*, oratio est valde inepta: neque tantus rex, tantusque sui venditator, hoc inter præclarissima sua facinora jactâsset, quòd eos devicerat, atque è sedibus suis detraxerat, qui degebant in loco quasi forti, sed in loco revera forti ac munito. Quantum verò ad reliquos; *cabbir* Hebræis nunquam *fortem* significat, aut *robustum*, sed *multum* ac *copiosum*: sicut vel inde apparet, quòd Jobi 31.25. tanquam Synonymum τῷ רב usurpatur, & Esaiæ 16.14. τῷ מעט ex adverso opponitur. & veteres Interpretes hanc quidem & veram significationem passim exhibent; alteram verò illam rarissime, & consensu nusquam, nisi Jobi 36.5. cæterum Esaiæ 17.12. & 28.2. מים כבירים Chaldæus quidem vertit, מיין תקיפין *aquas fortes*; Græci autem, Syri-que, & Hieronymus, veriùs ὕδωρ πολύ, ὕδατος πολὺ πλῆθος, מיא כגיאא, *aquas multas*. rursusque Jobi 36.31. יתן אכל למכביר quod Græci verterunt, δώσει τροφὴν τῷ ἰσχύοντι, reliqui illi tres ex vero significatu verterunt, Syrus לסגיאא *multis*; Chaldæus לסוגעא *multitudini*; Hieron. *multis mortalibus*: & Symmachus quoque, etiamsi paulo aliter, eandem tamen hujus vocis vim retinens, παρέξει τροφὴν παμπόλλην, *præbebit alimentum permultum*.

2. In uno illo loco, Jobi 36.5. consentiunt, ut diximus, *cabbir* significare *fortem* seu *potentem*. Verba hebraica ita se habent: הן אל כביר ולא ימאס כביר כח לב, quæ verba Hieron. sic reddidit, *Deus potentes non abjicit, quum & ipse sit potens*: Græci, ὁ κύριος οὐ μὴ ἀποποιήσηται τὸν ἄκακον, δυνατὸς ἰσχύϊ καρδίας, *Deus non rejiciet innocentem, fortis robore cordis*. Prius *cabbir* (quod ipsis est *accusativi casus*, quum alii fere omnes id habeant pro *nominativo*) reddunt ἄκακον, manifesto errore; in quem tamen incurrit & Syrus, sed in secundo *cabbir* (quod ipsi est *accusativus*, quum prius habeat pro *nominativo*) eum-que præterea cumulat alio æque magno, in reddendis perquã mirifice verbis illis כח לב, quippe quas in unum conflando ita legit, acsi scriptum esset כחלב. Interpretatio ejus hæc est, הא אלהא עשינא לא מסלא לאינא דדכיא איך חלבא *ecce Deus fortis non repudiat eum, qui est purus instar lactis*. Recentiores quoque Interpretes fere omnes in hoc consentiunt, quòd *cabbir* hic *fortem* significet; quum de universa hujus loci expositione non satis inter ipsos conveniat: quippe aliis utrumque *cabbir* est *nominativi casus*; alii posterius habent pro *accu-*

accusativo, id-que construunt cum יִמְאָס, quum priores *accusativum* [*quempiam*, aliumve aliquem] subintelligant ad hoc verbum. praetereaque cum reliquis omnibus כֹּחַ putetur esse *genitivi* aut *ablativi casus*, ac regi à *cabbir*, Tremellius id pro *nominativo* habet. & quum caeteri putent לֵב regi à כֹּחַ, non deest, qui hic *asyndeton* statuat, ac utrumque nomen regi à כַּבִּיר, ita ut *copula* ante לֵב debeat subintelligi. Sed haec melius elucescent, si ipsae versiones hic repraesententur. Pagninus, *Ecce Deus fortis, & non abjiciet fortem potentia cordis*: sic Stephanus, & Anglica Vetus: similiterque Cajet. *Ecce El potens, & non abominabitur potentem robore cordis*: ast Tremellius, *Ecce Deus validus est, nec tamen spernit: validus est, virtus animi.* Lutherus, Got verwerfft den machtigen nicht, dan er ist auch machtich von crafften des hertzen, *Deus potentes non rejicit, quum & ipse potens sit robore cordis.* Oecol. *Ecce Deus potens non respuit suos potens virtute cordis.* Mercerus, *En Deus potens [est] & non aversatur [suos:] potens [inquam est] robore cordis:* Borrh. *Ecce Deus potens, non respuet, valens vi cordis*: Steu. *Ecce Deus praepotens, non spernet: fortis potentia cordis:* Osia. *Ecce Deus potens est, & non abjicit [innocentem] potens est [inquam, &] robustissimi cordis:* Drusius, *Ecce Deus potens, nec aversatur; potens robore cordis.* Diodati, *Dio è poderoso, non pero sdegna [alcuno]: [è, dico] poderoso de forza, [congiunta con] sapienza, Deus est potens, & non dedignatur quempiam: est [inquam] potens robore [conjuncto cum] sapientia:* & sic quoque Anglicana nova. Ast Valera, Gallica utraque, Piscator, & Belgae consentiunt in hanc interpretationem, *Deus est potens, nec spernit quempiam: potens est robore cordis.* Tigurini, *Deus potens quum vires habeat animo pares, [universi gubernationem] non detrectat.*

3. Magnus sane est Interpretum, quà Veterum quà Recentiorum, super interpretatione vocis כַּבִּיר in isto loco consensus; qui tamen nos non movet, ut in ipsorum partes transeamus. Si enim propria hujus vocis significatio hic non esset apta, mallem eam interpretari *magnum*, ex usu Arabicae linguae (ubi *cabbir* id proprie significat) quum non sit novum, praesertim in Prophetis, Salomone, Psalmis, & Jobo, ut voces nonnullae usurpentur non in eo significatu, quem in Hebraica lingua vulgò habent, sed quem in affini dialecto Syriaca vel Arabica possident: cujus rei insigne exemplum habemus in dictione huic synonyma רַב, quae quum Hebraeis *multum* significet, Syris *magnum*; loci tamen occurrunt, in quibus hoc potius, quàm illo, significatu accipienda est. Isto igitur exemplo possemus *cabbir* hic *magnum* exponere, quod & fecerunt Chaldaeus ac Munsterus. אֱלָהָא רַבָּא לָא יִרְחַק צַדִּיקָא

צדיקא מטל דהוא רב חילא וחכים לבא. *Deus magnus non respuit [justum] quia ipse est magnus robore*, [*& sapiens*] *corde*. Munst. *Ecce Deus magnus neminem respuit, magnus est virtute cordis*. atque ita hanc vocem quoque explicat Esraides Jobi 8. 2. רוח כביר, ubi cum Raschi scribat, id quod res est, כביר esse לשון רוב, id est, *significare multitudinem*, ipse ait כביר idem esse ac גדול. Quanquam autem bona est hæc expositio, atque alteri illi, quæ כביר reddit *fortem* sive *potentem* (quem esse verum hujus vocis intellectum etiam Drusius credidit ad Jobi locum proxime allegatum, uti ex notis ejus ad fragmenta Græcorum Interpretum apparet) præferenda; nulla tamen nos cogit necessitas, ut eâ utamur, & vulgatam hujus dictionis significationem relinquamus; quum valde usitatũ sit Hebræis, ut *adjectivum* [*multus*] regat *substantiva* habitum aliamve qualitatem aut conditionem significantia, non alio sensu, quàm si adjectivum qualitatem aut habitum significans cum *adverbio* [*valde*] usurparetur: ad quem modum Græcis poetis familiare est, ex ejusmodi *substantivis* & *adjectivo* πολὺς formare composita, eandem vim habentia, ut πολυβενθὴς *multæ profunditatis*, i.e. *valde profundus*; πολύβουλος, *multi consilii*, i. *valde consultus*; πολύδοξος, *multæ claritatis*, i. e. *valde clarus*; sic πολυγάλακτος, πολύδροσος, πολυθαρσὴς, πολύμοχθος, πολυπενθὴς, aliaque sexcenta. Itaque כביר כח *multus fortitudine*, seu, *multæ fortitudinis*, idem est acsi dicas *valde fortis*: quomodo רב תבונה, *multæ prudentiæ*, Prov. 14. 29. idem est cum נבון מאד *valde prudens*. talia etiam sunt רב חסד Exod. 34. 6. רב פשע Prov. 29. 22. רב מעשקות Prov. 28. 16. — רב ברכות Prov. 28. 20.

4. Ut autem melius hic locus intelligatur, sciendum (id quod nemo adhuc Interpretum, quod sciam, animadvertit) alterum כביר abundare, ac esse hic pleonasmum, qualis in illis verbis Psal. 113. 1. הללו עבדי יהוה הללו את שם יהוה & præterea quandam verborum trajectionem (cujusmodi intricatæ locutiones & alibi occurrunt) ac defectum copulæ ante *leb* (quippe כביר כח לב eundem sensum habet cum eo, quod supra ipse Jobus dicebat de Deo, חכם לבב ואמיץ כח *sapiens animo ac robustus viribus*) ut totus versus non aliter sit accipiendus, quàm si scriptum esset, הן לא ימאס אל כביר כח ולב vel sic הן אל כביר כח ולב לא ימאס *En Deus multarum virium*, [*multique*] *animi* (vel, *multaque mentis*) *non dedignatur* [*quempiam*, vel *causam cujuspiam*] לא ימאס elliptica est locutio pro לא ימאס איש vel לא ימאס משפט איש: ut Elihu hic dicat Deum ita se gerere erga genus humanũ, quomodo Jobus (cap. 31. vers. 13) gloriabatur se erga servos se suos gessisse, אם אמאס את־משפט עבדי ואמתי בריבם עמדי

haudquaquam solebam dedignari causam servi mei & ancillæ meæ, quando illis erat disceptatio mecum, i. e. liberam illis potestatem concedebam sese defendendi ac purgandi, & quidcumque possent pro se allegandi, non secus quam si imperium in ipsos non habuissem, atque apud alium quempiam Judicem causam nostram disceptassemus. Eodem igitur modo dicit Elihu Deum agere cum hominibus, eumque ipsos non opprimere summa illa potestate ac viribus quibus pollet, sed velut ex æquo cum ipsis disceptare: omnibusque copiâ se defendendi factâ, neminem vel absolvere vel punire absque justissimis causis; sicut hoc versu sequenti amplius exponit: etiam Jerem. Thre. 3. vers. 35. & 36. hanc exactissimam Dei æquitatem luculenter exequente. Et hanc sententiam Elihu dirigit adversus illam querelam Jobi (cap. 23 vers. 6.) הברב כח יריב עמדי *num pro virium multitudine disceptaret mecum?* atque adversus alteram consimilem (cap. 30. vers. 21.) בעצם ידך תשטמני *per robur manus tuæ simultatem mecum exerces.* Porro quum Elihu eandem hanc sententiam, unde hic orationem suam auspicatur postea in fine ejusdem orationis (cap 37 vers. 23.) aliis paulo verbis repetat rursus (quod & Trem. in notis ad illum locum recte observavit) pro eo quod hic כביר כח, ibi שגיא כח dicitur: quæ vox שגיא merè Syriaca, nullo modo *potentem* Syris, neque aliud quippiam quàm *multum* iis significat; sicuti & Psal. 147. 5. Deus רב כח vocatur: unde amplius nostra istius loci expositio non parum confirmatur. in qua nobis consentit unus ex omnibus Marinus, quantum ad significationem vocis כביר. quippe posterius hemistichium ita interpretatur (prius relinquens ἀνερμήνευτον, ut non appareat, quæ ipsius de toto versu fuerit sententia) *Deus copiosus vi cordis.*

5. Quum igitur כביר nunquam fortem significet, ne in illo quidem loco Jobi 36. sicuti jam ostendimus, contra quàm plerisque Interpretibus visum fuit: nequaquam כביר יושבים apud Esaiam exponi potest *habitantes in forti.* & si vel maxime כביר *fortem* significaret, orationis tamen series & verborum constructio istam expositionem planissime repudiaret; sicuti antea quoque diximus. Quamobrem si ex Masoræ monitu pro כאביר legendum est כביר, omnino admittenda est expositio R. Salomonis qui כביר יושבים exponit per יושבים רבים *habitatores multos*: quæ explicatio nonnullis fortasse mira videbitur, non modò ob *numeri* inter hæc duo nomina discrepantiam, sed & ob constructionem; quandoquidem insolens est Hebræis ut *substantivo* suo *adjectivum* præponatur. Sed hic nodus solvitur, dicendo, *cabbir* hic *adjectivi* quidem vim habere, esse tamen *substantivum*: sicuti videmus.

demus nomen מעט rarò quidem *adjectivi*, sæpissime autem *substantivi* vices ac vultum gerere; quum tamen semper, & tam hoc quàm illo modo usurpatum, *adjectivi* vim habeat, idemque, quod nobis *paucus* significet: quomodo & Latinis *multum opum*, *multum argenti*, & similia, pro *multæ opes*, *multum argentum*, dicitur: Et hæc ipsa vox כביר alibi quoque instar *substantivi* usurpatur, ut Jobi 31. 25. כי רב חילי וכי כביר מצאה ידי, ubi Syrus כביר reddit, סגי (*adjectivo* itidem *substantive* sumpto) Targum סוגעא i. e. πλῆθος, *multitudinem, magnam copiam*; Hier verò, *plurima*. Sic Esa. 16. 4. ושאר מעט מוער לא כביר *& reliquiarum erit paululum, pauxillum, minime multum*. Græcis hic כביר est ἔντιμος, *honoratus*: verterunt enim, καὶ καταλειφθήσεται ὀλιγοστὸς, οὐκ ἔντιμος, *& relinquetur numerus paucissimus, non honoratus*. & hanc interpretationem fortassis ob oculos habuit Targumista, qui pro לא כביר reposuit ista verba, יסוף כל יקרהון, *absumetur omnis honos ipsorum*; quæ longius etiam ab Hebraico abeunt. Sed nostræ interpretationi contra Græcos (qui male etiam pro duobus illis hebraicis synonymis *meát* & *mizár* unum tantùm vocabulum ὀλιγοστὸς exhibuerunt) suffragantur Syrus & Hieronymus, qui sic verterunt ונשתחר קליל זעור לא סגי: *Et relinquetur exiguum, pauxillum, non multum*. Ipsa etiam orationis facies satis convincit versionem Græcam, quum in hac antithesi מעט לא כביר insit idem pleonasmi genus, ac in illo Jud. 14. 16. שנאתני ולא אהבתני. *odisti me, & non amas me*: cujus loquendi formæ (Græcis quoque Scriptoribus, non poetis tantum, sed & Hippocrati, Herodoto, Platoni, Aristoteli ac Theophrasto admodum frequentatæ) plurima alia in Scriptura exempla occurrunt. Et sicquidem, ut jam diximus, hic locus interdretandus est, si כביר in eo legamus.

6. Sed non desunt, qui lectionem eam, quæ in textu est, retinendam, ac non כביר sed כאביר legendum & exponendum censeant. De hoc numero est Rabbi Mosche haccohen, qui כאביר exponit, כגבור *sicut fortis*, referente Esraide: ad quam expositionem pronus est etiam Kimchius in libro *Radicum*, quamquam in comment. aliò abeat. & de Recentioribus plerique omnes hoc amplectuntur, tum Latini, Pagn. Oecol. Musc. Marin. Olea. Pisc. *Sicut (quasi, tanquam) potens*: Zuin. Tig *velut gigas*: Calv. Moll. Osia. *tanquam fortis*: Trem. Bux. *ut potentissimus*: Schi. *ceu robustus*: similiterque interpretantur Vernaculi fere omnes, Lutherus, Piscator, Belgica, Anglica utraque, Gallica utraque, Valera, ac Italus uterque. Omnibus autem istis præivit Hieron. qui sic vertit, *Et detraxi quasi potens in sublimi residentes*. verba illa *in sublimi* de

de ſuo addidit (quod & Mariana adnotavit) aut alioquin ea pro, *in forti* (quomodo nonnullos interpretari כאביר ſive כביר diximus) ſubſtituit, ac ſic utramque conjunxit interpretationem; quod & alibi, in locis ambiguis, factitatum ipſi, & aliis quoque Interpretibus: quomodo ſane in hoc ipſo loco Targum etiam non obſcure utramque expoſitionem conjunxit, ואחתירית בתקוף ית יתבי דכרכין תקיפין *deturbavi fortiter habitatores arcium munitarum.* Sed hic quidem interpretandi modus anceps vix probari poteſt; quum non ſit veriſimile, plus quàm unam unius loci interpretationem rectam eſſe. De cætero autem, etiamſi iis accedimus, qui non כביר ſed כאביר hic legunt; non tamen ita, quomodo ipſi vertunt, vertendum cenſemus. quippe commodius eſt ut אביר non pro *adjectivo*, quod ab ipſis factum, ſed pro *ſubſtantivo* ſumatur. Si enim *abir* vel maxime *potentem* vel *fortem* ſignificaret, minime tamen vehemens aut emphatica (qualem hic locus requirit) eſſet illa locutio, *habitatores detraxi tanquam potens*, vel, *ſicut fortis*: & præterea non eſſe eam, quæ vulgò putatur, hujus nominis ſignificationem arbitramur.

7. Interpretes quidem unanimiter in contrarium ſtant, ac fere omnes paſſim non aliter, quàm ſi ſynonymum eſſet אמיץ & גבור illud transferunt; Græci, ἰσχυρὸς, ἰσχύων; Syrus, חסינא, עשינא; Hieron. *Fortis*; Recentiores, *Validus, fortis, robuſtus, potens.* & Rabbinorum eadem mens eſt, inter quos R. David in *Radicibus* ait, hoc *adjectivum* habere ſignificationem עוצם וחוזק *roboris & fortitudinis.* Mihi tamen aliter videtur, puto-que *abir* idem valere, quod *eximius præcipuus, præcellens, principalis*; & *ſubſtantivè* (quomodo plerumque ſumitur, quum *adjectivum* non ſit niſi rarò, contra quàm vulgo omnes putant) *princeps, optimas, primoris.* & hanc eſſe veriorem iſtius vocabuli ſignificationem, deprehendet, quicunque in ſingulis locis, ubi occurrit, id attente examinaverit. & nonnulli loci ſunt adeo evidentes, ut multi de ipſis illis, quibus *abir* ubique *fortem* & *validum* ſignificat, coacti fuerint, ſuâ iſtâ interpretatione relictâ, hanc noſtram amplecti. ſic אביר הרעים 1 Sam. 21. 7. Targum vertit, רב רעיא i. e. *princeps* ſive *præfectus paſtorum*: Munſt. *præcipuus inter paſtores*: Steph. *princeps paſtorum*: Caſt. *Paſtorum magiſter.* etiam Tigurini viderunt veram expoſitionem, ſed ita ut cum alterâ minus verâ copularent, *præfectus præpotens paſtorum.* ſimiliter R. David & R. Levi exponunt, גדול הרועים וממונה עליהם *paſtorum præcipuus, eorumque præfectus*; quas interpretationes longe præferendas eſſe illi Hieronymi, Pagnini, & Buxtorfii, *potentiſſimus paſtorum*, Schindleri *robuſtus paſtorum*, Marini *fortis paſtorum*, ac

Piscatoris *magnificus pastorum*, cuivis facile est videre. Hominem eodem munere fungentem, quod hic Doeg habuisse dicitur (ab Osiandro probe declaratum his verbis, *universæ rei pecuariæ Sauli præfectus erat*) Diod. lib. 2. vocat τὸ προεστῶτα τῶν βασιλικῶν κτηνῶν. Plutarchus in Pyrrho, τὸ τὰ ποίμνια καὶ τὰ βουκόλια τῷ βασιλεῖ διοικοῦντα: Livius lib. 1. cap. 4. *regii pecoris magistrum*: Justinus lib. 1. cap. 4. minus accurate, *pastorem regii pecoris*. Virgilius sic circumloquitur,

———Cui regia parent
Armenta, & late custodia credita campi:

Seneca verò sic, (in Oedipode)

———Regios pavit greges,
Minor sub illo turba pastorum fuit:

Et etiamnum aliter

Arbitria sub quo regii fuerant gregis.

Etiam Jobi 34. 20. אביר (quod *singulare* ibi *collectivè* vicem *pluralis* præstat) Chaldæus vertit רורבני, quod *viros principes* significat. & Hieronymus, Munsterus ac Pisc. aliquando אביר *magnificum* vertunt, uti Castalio *generosum*: quæ expositio, etiamsi minus accurata, ad nostram tamen quàm ad alteram illam & vulgatiorem propius accedit.

8. Quum igitur אביר non significet *potentem* seu *validum*, stare non potest eorum expositio, qui hic apud Esaiam כאביר interpretantur *sicut fortis*, vel *sicut potens*, etiamsi concederetur, אביר hic esse *adjectivum*. Sed ne hoc quidem constat; atque ego *substantivum* potius esse reor, & quidem haud in eo significatu, quem modò indicabamus, sed in eo, quo pro *tauro* sumitur. verbo autem הוריד (quod Zuin. Oecol. & Tig. cum Hieronymo verterunt *detraho*: Musc. For. Maria. Pisc. Schin. *dejicio*: Steph. *deturbo*: Pagn. Olea. Moll. *descendere facio*: Munst. Marin. *depono*) eam hic tribuo notionem, quam in *kal* habet in eodem hoc propheta, loco illo, quem etiam præcedenti capite allegabamus, nimirum cap. 34. vers. 6. וירדו פרים עם אבירים, itidemque Haggæi 2. 23. וירדו סוסים ורכביהם איש בחרב אחיו, & Jeremiæ 48. 15. (quod etiam ponitur Jerem. 50. 28.) ירדו לטבח. Hieron. ubique vertit, *descendere*. sed *descendere* eam vim non habet Latinis, qui pro eo dicunt *dejici* (ut Æn. 11. *Dejectâ crudescit pugna Camillâ*) & *Sterni* (ut 10. Æn. *Sternitur Arcadiæ proles, sternuntur Etrusci*) Eandem igitur notionem hic in *hiphil* retinens, *horid* expono *interimere, occidere*, quomodo etiam sumitur Jerem. 51. 40. אורידם ככרים לטבוח, quod Hieron. haud rectè vertit, *deducam eos quasi agnos ad victimam*, quum vertere debuerit, *Dejiciam* [vel *sternam*] *eos*

sicuti

de suo addidit (quod & Mariana adnotavit) aut alioquin ea pro, *in forti* (quomodo nonnullos interpretari כאביר sive כביר diximus) substituit, ac sic utramque conjunxit interpretationem; quod & alibi, in locis ambiguis, factitatum ipsi, & aliis quoque Interpretibus: quomodo sane in hoc ipso loco Targum etiam non obscure utramque expositionem conjunxit, ואחחיר בתקוף ית יתבי דכרכין תקיפין *deturbavi fortiter habitatores arcium munitarum.* Sed hic quidem interpretandi modus anceps vix probari potest; quum non sit verisimile, plus quàm unam unius loci interpretationem rectam esse. De cætero autem, etiamsi iis accedimus, qui non כביר sed כאביר hic legunt; non tamen ita, quomodo ipsi vertunt, vertendum censemus. quippe commodius est ut אביר non pro *adjectivo*, quod ab ipsis factum, sed pro *substantivo* sumatur. Si enim *abir* vel maxime *potentem* vel *fortem* significaret, minime tamen vehemens aut emphatica (qualem hic locus requirit) esset illa locutio, *habitatores detraxi tanquam potens*, vel, *sicut fortis*: & præterea non esse eam, quæ vulgò putatur, hujus nominis significationem arbitramur.

7. Interpretes quidem unanimiter in contrarium stant, ac fere omnes passim non aliter, quàm si synomymum esset ־ה גבור & אמיץ illud transferunt; Græci, ἰσχυρὸς, ἰσχύων; Syrus, חסינא, עשינא; Hieron. *Fortis*; Recentiores, *Validus, fortis, robustus, potens.* & Rabbinorum eadem mens est, inter quos R. David in *Radicibus* ait, *hoc adjectivum* habere significationem עוצם וחוזק *roboris & fortitudinis.* Mihi tamen aliter videtur, puto-que *abir* idem valere, quod *eximius præcipuus, præcellens, principalis*; & *substantivè* (quomodo plerumque sumitur, quum *adjectivum* non sit nisi rarò, contra quàm vulgo omnes putant) *princeps, optimas, primoris.* & hanc esse veriorem istius vocabuli significationem, deprehendet, quicunque in singulis locis, ubi occurrit, id attente examinaverit. & nonnulli loci sunt adeo evidentes, ut multi de ipsis illis, quibus *abir* ubique *fortem* & *validum* significat, coacti fuerint, suâ istâ interpretatione relictâ, hanc nostram amplecti. sic אביר הרעים 1 Sam. 21. 7. Targum vertit, רב רעיא i. e. *princeps* sive *præfectus pastorum*: Munst. *præcipuus inter pastores*: Steph. *princeps pastorum*: Cast. *Pastorum magister.* etiam Tigurini viderunt veram expositionem, sed ita ut cum alterâ minus verâ copularent, *præfectus præpotens pastorum.* similiter R. David & R. Levi exponunt, גדול הרועים וממונה עליהם *pastorum præcipuus, eorumque præfectus*; quas interpretationes longe præferendas esse illi Hieronymi, Pagnini, & Buxtorfii, *potentissimus pastorum*, Schindleri *robustus pastorum*, Marini *fortis pastorum*, ac

Piscatoris

Piscatoris ***magnificus pastorum***, cuivis facile est videre. Hominem eodem munere fungentem, quod hic Doeg habuisse dicitur (ab Osiandro probe declaratum his verbis, ***universæ rei pecuariæ Sauli præfectus erat***) Diod. lib. 2. vocat τὸ προεστῶτα τῶν βασιλικῶν κτηνῶν. Plutarchus in Pyrrho, ὁ τὰ ποίμνια καὶ τὰ βουκόλια τῷ βασιλεῖ διοικοῦντα: Livius lib. 1. cap. 4. ***regii pecoris magistrum***: Justinus lib. 1. cap. 4. minus accurate, ***pastorem regii pecoris.*** Virgilius sic circumloquitur,

——Cui regia parent
Armenta, & late custodia credita campi:

Seneca verò sic, (in Oedipode)

——Regios pavit greges,
Minor sub illo turba pastorum fuit:

Et etiamnum aliter

Arbitria sub quo regii fuerant gregis.

Etiam Jobi 34. 20. אביר (quod ***singulare*** ibi ***collectivè*** vicem ***pluralis*** præstat) Chaldæus vertit רורבני, quod ***viros principes*** significat. & Hieronymus, Munsterus ac Pisc. aliquando אביר ***magnificum*** vertunt, uti Castalio ***generosum***: quæ expositio, etiamsi minus accurata, ad nostram tamen quàm ad alteram illam & vulgatiorem propius accedit.

8. Quum igitur אביר non significet ***potentem*** seu ***validum***, stare non potest eorum expositio, qui hic apud Esaiam כאביר interpretantur ***sicut fortis***, vel ***sicut potens***, etiamsi concederetur, אביר hic esse ***adjectivum***. Sed ne hoc quidem constat; atque ego ***substantivum*** potius esse reor, & quidem haud in eo significatu, quem modò indicabamus, sed in eo, quo pro ***tauro*** sumitur. verbo autem הוריד (quod Zuin. Oecol. & Tig. cum Hieronymo verterunt ***detraho***: Musc. For. Maria. Pisc. Schin. ***dejicio***: Steph. ***deturbo***: Pagn. Olea. Moll. ***descendere facio***: Munst. Marin. ***depono***) eam hic tribuo notionem, quam in ***kal*** habet in eodem hoc propheta, loco illo, quem etiam præcedenti capite allegabamus, nimirum cap. 34. vers. 6. וירדו פרים עם אבירים, itidemque Haggæi 2. 23. וירדו סוסים ורכביהם איש בחרב אחיו, & Jeremiæ 48. 15. (quod etiam ponitur Jerem. 50. 28.) ירדו לטבח. Hieron. ubique vertit, ***descendere.*** sed ***descendere*** eam vim non habet Latinis, qui pro eo dicunt ***dejici*** (ut Æn. 11. ***Dejectâ crudescit pugna Camillâ***) & ***Sterni*** (ut 10. Æn. ***Sternitur Arcadiæ proles, sternuntur Etrusci***) Eandem igitur notionem hic in ***hiphil*** retinens, ***horid*** expono ***interimere, occidere***, quomodo etiam sumitur Jerem. 51. 40. אורידם ככרים לטבוח, quod Hieron. haud rectè vertit, ***deducam eos quasi agnos ad victimam***, quum vertere debuerit, ***Dejiciam*** [vel ***sternam***] ***eos***

sicuti

sicuti pecudes mactandas [vel, *mactando.*] etenim hæc adjectio לטבוח & לטבח pleonastica est; quomodo etiam Latini Poetæ pro *sternere* ac *sterni* simpliciter, dicunt interdum *letho sternere, letho sterni, cæde* vel *cædi sternere* vel *dejicere*, &c. ut 8. Æneid. *Ter letho sternendus erat.* —— 10. Æn. *sternere cæde viros* —— 12. Æneid. *Ipse neque aversos dignatur sternere morti.* Verba itaque illa, ואוריד כאביר יושבים sic interpretor, *& habitatores* [*earum*] *stravi instar tauri*, [vel, sumendo אביר *collective, taurorum.*] Expositio hæc sensum reddit scopo orationis apprime convenientem. Etenim Assyriorum Rex hic loquens introducitur, atque glorians de rebus suis bello gestis, inter quas par est credamus eum voluisse mentionem facere non modò regionum in ditionem suam redactarum, & thesaurorum à se direptorum (quæ duo significantur illis verbis ואסיר גבולות עמים ועתוד תיהם שוכתי) sed hominum quoque à se occisorum; præsertim quum sævus admodum fuerit & sanguinarius, sicuti vel illa verba, ante hanc prosopopoeiam posita, atque de ipso prolata, להשמיד בלבבו ולהכרית גוים *nihil nisi internecionem ac gentium excidium in animo habet*, abunde commonstrant. Quod autem dicit, *se trucidasse eas instar taurorum*; solennis hæc est omnium linguarum phrasis, ut magnæ hominum strages atque occidiones mactationi pecudum comparentur.

9. Est quidem usitatius, ut comparatio ista à minoribus pecudibus desumatur, (uti Psal. 44. 23. עליך הורגנו כל היום נחשבנו כצאן טבחה, *tui causâ quotidie occidimur, itidem ac oves capræque, quæ mactantur.* & sic Psal. 49. 15. Jerem. 12. 3. Zach. 11. 4. quibus addatur Ierem. 51. 40. paulo ante à nobis citatum) nihil tamen impedit, quominus ab alteris quoque id fieri possit: & Græci Latinique uti hic solent vocabulis generalibus, atque utramque majoris minorisque pecoris speciem comprehendentibus, cujusmodi sunt βοσκήματα, ἱερεῖα, *pecudes, pecora.* Sane in hac phrasi modò respiciunt autores ad eas pecudes, quæ à laniis atque in cibi usum mactantur, ut Psal. 44. 11. תתננו כצאן מאכל *fecisti ut tractaremur instar pecudum cibo destinatarum*, & apud Plutarchum in Agide, Ἄξιος ἦν Σπάρτης ἀποθανεῖν, καὶ μὴ περιμένειν ὥσπερ ἱερεῖα πιανθέντα κατακοπῆναι, *mori ut Spartâ dignum esset, neque expectare donec instar pecudum saginatarum trucidarentur*; ac Jerem. 11. 19. & Esa. 53. 7. eodem quoque pertinent: aliàs verò respectum habent ad eas, quæ in sacrificiis ac pro victimis immolantur, uti apud Valerium lib. 2. cap. 2. *Abripi à lictore, atque in modum hostiæ mactari jussisti.* sic apud Diodorum libro 18. ὡς τῷ μαλθίῳ σφαζόμενος, ἢ Πέρσαν δίκην ἱερείου τυθήσεσθαι, ubi per ἱερεῖον non *quamvis*

quamvis pecudem simpliciter (quomodo quidem sæpe sumitur) sed *hostiam* sive *victimam* esse intelligendam, præterquam quòd totus narrationis contextus evincit, ex adjuncto verbo τυθήσεσθαι satis apparet: *Acsi oraculum prædiceret, Persam more victimæ immolatum iri.* Iam quanquam priori respectu inepta esset taurorum mentio (rarò enim aut nunquam in cibum illi jugulantur) secundo tamen eadem est æque apta, ac ullius alterius pecudis, quum taurorum immolatio in sacrificiis valde fuerit frequentata: quare etiam crebrum est poetis nostris, sub variis occasionibus à tauris mactandis similitudines mutuari; inter quas inprimis elegans est, atque huc apponi meretur, ista ex octavo Metamorph.

Haud aliter fluxit discusso cortice sanguis,
Quàm solet, ante aras ingens ubi victima taurus
Concidit, abrupta cruor è cervice profundi.

Oraculum quoque Pythium, quum Philippo Macedoniæ Regi cædem prædiceret, tauro immolando eum comparavit, Ἔστεπται μὲν ὁ ταῦρος, ἔχει τέλος, ἔστιν ὁ θύσων, *taurus coronatus est, finem habet, erit qui mactet*, quæ verba ambigua, atque à Philippo de adversario suo Persarum rege intellecta, Diodorus ex eventu sic exponit: ἐσήμαινεν, ἐν πανηγύρει καὶ θεῶν θυσίαις Φίλιππον ὥσπερ τὸν ταῦρον ἐστεμμένον σφαγήσεσθαι, *significabat Philippum in festo conventu, in-que Deorum sacrificiis, in modum tauri coronati jugulatum iri.* Huc quoque pertinet versus iste Ovidianus, è sexto Metam.

Procubuit terra mactati more juvenci.

10. Minus autem mirum est, Regem Assyrium strages à se editas gloriabunde commemorantem, eas taurorum potius, quàm minorum pecudum stragi comparare, quum non tam in imbellem sexum aut ætatem peractæ eæ fuerint, quàm in juventutem armatam, cujus cum tauris atque in universum bubulo genere, quàm cum imbecilliori atque inermi pecore aptior est comparatio: quo fit ut interdum directè, atque missâ comparatione, juvencorum atque taurorum appellatio ipsis imponatur, ut Psal. 68. 31. עדת אבירים בעגלי עמים *cœtus taurorum cum vitulis populorum.* Jerem. 50. 27. חרבו כל פריה *obtruncate omnes juvencos ejus*: ubi per פרים nihil aliud nisi militares viros & bellatores debere intelligi, quum per se est clarum, tum etiam Hieron. ac Chaldæus testantur, quorum ille *fortes ejus*, hic גברהא vertit; quum Græci, eosque secuti Syri, magno errore τοὺς καρποὺς αὐτῆς פאריה id est, *fructus ejus* verterint, acsi *singulare* non à פר, sed à פרי foret. Præ cæteris autem insignis est ille locus Esa. 34. 7. qui sane instar commentarii

tarii esse potest ad præsentem hunc exponendum; quum id, quod hic breviter & obscurè, illic latius & clarius sub consimili orationis figura efferatur. Ibi autem bellica juventus אבירים, פרים, ראמים, *uri, juvenci, tauri*, vocantur. Et addi quoque istis potest Prov. 7. 22. ubi juvenis amore meretricis illaqueatus comparatur bovi ad lanienam ducto, כשור אל טבח יבוא.

CAP. III.

Abirè leb *quid significet Esa.* 46.12. 2. *Quid eadem phrasis valeat Psal.* 76.6. *& quæ Latinorum phrasis Hebraica isti respondeat.* 3. *&* 4. *Geminus error circa vocem* אביר *committi solitus iis in locis, ubi pro* tauro *vel* caballo *sumitur.* 5. *Versus* 22. *è Judicum cap.* 5. *prior pars exponitur.* 6. *In ejusdem posteriore hemistichio ac vocabulo* daharoth *interpretando error Græci ac Syri, aliorumque.* 7. *Verbum* דהר *etiam Nah.* 3.2. *malè transfertur vulgo.* 8. *Nostra de isto vocabulo, de-que isto Nahumi loco sententia.* 9. *Expositioni nostra vocabuli* דהרות *Jud.* 5. *nonnulli alii Interpretes suffragantur, etiam Hieron. & Chaldæus, cujus tamen interpretamentum à Guidone, Munstero, & Paraphraseos translatore perperam intelligitur.* 10. *Idem error ab istis commissus etiam Jerem.* 51.27. *ubi etiam* וחלא דמצלהב *ridicule admodum transfertur. Verbum* פנך *& ibi, & Jud.* 5. *de* quadrupedatione, *æque ac hebraicum* דהר, *accipiendum.* 11. *Phrasis quædam, Hebrais familiaris, in hoc Judicum loco à plerisque parum animadversa. totius versus expositio.* 12. *Quid hic intelligendum sit per ungularum attritionem.* 13. *Kimchii in exponendo hoc loco errores.*

DE vocabulo אביר, de quo multa in præcedentibus diximus, nonnulla adhuc dicenda habemus. & quidem duo præcipue hoc capite de eo excutere statuimus: unum, ad generale ipsius significatum pertinens; alterum verò spectans eos locos, ubi vel pro *tauro* vel pro *caballo* sumitur. Quantum ad prius; videtur iis, quæ nos de propria hujus vocis notione diximus, adversari illa phrasis אבירי לב, prout legitur apud Esaiam, cap. 46. vers. 12. שמעו אלי אבירי לב הרחוקים מצדקה, ubi vix fieri posse videtur, ut אביר *eximium, præstantem*, vel *primarium* significet, quum ista omnia ad laudem pertineant, hisce autem Prophe-

tæ

tæ verbis vituperium potius inclusum sit. Ast in contrarium quoque eadem objectio æque valet, & neque *fortitudinis* intellectus ad hunc sensum aptus videtur; quod vel ex ipsis Interpretibus liquet, qui אביר *fortem*, *validum*, vel *potentem* significare existimant, atque alibi passim sic interpretantur. Quanquam enim nonnulli vulgatam illam interpretationem hic retinent, Syrus, Targum, Oecol. Schin. Forerius, ac Trem. עשיני לבא, תקיפי לבא, *robusti animo*. alii tamen, rejectâ istâ interpretatione, veluti incommodâ, aliam, â *fortitudinis* notione (quam alias in hoc vocabulo amplecti solent) satis diversam sequuntur. Quippe Hieron. Pagninus Musc. & Osian. reddiderunt, *duri corde*: Munst. & Pisc. *superbo corde*: Zuin. *elati corde*: Tigur. *contumaci corde*; Calv. *præfracti corde*. Mihi videtur *abir* hic valere idem, quod Latinis in hac phrasi valet *ingens*: sicuti לב sumitur pro eo, quod Gallis, Belgis, Anglis *courage*, Latinis autem *animi* & *spiritus* dicitur: ut proinde אבירי לב sint *homines ingentis spiritus*, sive *ingentium animorum*. Sane vis *adjectivi* [*ingens*] quando non de corporea mole, sed metaphorice usurpatur (uti in hac locutione) ab *eximio* vel *præstanti* non multum distat. Et hæc phrasis eo magis mihi placet, quia ad duas diversas significationes, satis inter se differentes, anceps est, æque ac Hebræorum אביר לב, quod non semper eodem modo, ac hic apud Esaiam, sed & aliter adhuc usurpatur.

2. Etenim in isto loco Psal. 76. 6. אשתוללו אבירי לב נמו שנתם longe aliud significat אבירי לב, quàm apud Esaiam, putà, homines audaces & strenuos ac imperterritos, sicuti vel ex posteriore hujus versus hemistichio apparet; quod cum nihil aliud sit, quàm prioris reduplicatio, atque ejusdem sensus per alia verba repetitio (figurâ illâ in libris propheticis, præcipueque in Psalmis, usitatissimâ, quam כפול הענין Grammatici vocant) qui prius אבירי לב, ibi אנשי חיל, id est *viri strenui*, dicuntur: ut mirari sit Hieronymum, qui hic *abiré leb* vertit *superbi corde*; quum planum sit, superbiæ mentionem hic minime opportunam esse, animositatis autem & audaciæ opportunissimam; quare optime fecit Stephanus, qui *animosos* vertit. namque versio Tigurinorum & Castalionis, *magnanimi*, & Munsteri, *magnifico corde*, minus est accurata; quum *magnanimus*, & magis etiam *magnificus*, ab *animoso*, seu eo *qui est ingentis animi*, multo plus differant, quàm prima facie videntur. quod verò Syrus Interpres vertit כבלי לבא *stulti corde*, secutus est errorem Græcorum, qui verterunt ἀσύνετοι τῆς καρδίας, quomodo etiam apud Esaiam non absimiliter verterunt οἱ ἀπολωλεκότες τὴν καρδίαν, acsi nimirum utrobique pro

pro אבירי לב legissent אבדי לב, cujusmodi hallucinationes nusquam non in ista interpretatione occurrunt. Iam sicuti *abire leb* in Psalmis viros *animosos atq; strenuos* significat; ita apud Esaiam, quod è contextu satis patet, pro *arrogantibus* vel *contumacibus* potius sumitur. Utramque autem hanc rem latina ista phrasis, ut diximus, etiam denotat, atque *ingentis animi*, seu potius *ingentium animorum* (*plurale* enim quàm *singulare* in hoc significatu usitatius est, non apud Poetas modò, sed & apud Prosaicos Scriptores) non is tantum dicitur, qui animo est ad pericula intrepido, qui-que audacter in discrimina se mittit; sed & qui contumaciter se gerit adversus illos, quibus potius reverentem & supplicem se exhibere, quorum-que dictis & monitis animos submittere deberet. Priore modo usurpatur 11. Æneid.

Ingentemq; animis, ingentem corpore & armis
Dejicit Herminium: ———

Et 4. Georg.

Ipsi per medias acies, insignibus alis,
Ingentes animos angusto in pectore versant,
Usque adeo obnixi non cedere, &c.

Itemque apud Livium lib. 21 cap. 59. *Ingentibus animis, vario eventu pugnatum est*: Ac mox rursus, *Nox accensum ingentibus animis prælium diremit.* Altero autem modo sumitur 3. Georgic.

——— *Ante domandum*
Ingentes tollent animos, prensique negabunt
Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.

Et tantum quidem de phrasi אבירי לב, quam non adversari novæ expositioni nominis אביר à nobis allatæ, ex iis, quæ jam diximus, colligi potest. Hoc tantum addimus, sicuti nos hic אביר per *ingens* exponimus, ita latinos nomen *præcipuus*, quod proprie τῷ אביר respondet, non rarò pro *Ingens* usurpare: ut Val. lib. 8. cap. 14. *Litorium quendam, maximarum virium staturaque præcipua:* Plin. 7. 48. *præcipuus corpore viribusque.* & *eximius* quoque sæpius ita usurpatur.

3. Quantum verò ad illos locos attinet, ubi אביר pro *tauro* vel *caballo* sumitur, plerique ipsorum à maxima Interpretum parte non satis recte tractantur; idque duobus modis. quidam enim in iis plane cæcutiunt, atque ad verum sensum nequaquam accedunt. alii verò veram interpretationem vident quidem, sed eam exhibent tali modo, qui minime probari potest. quippe (ut à posterioribus hisce ordiamur) *substantivum taurus*

vel

vel *caballus* non ipſo nomine אביר ſignificari putant, ſed extrinſecus aſſumunt, atque ad אביר quod pro *adjectivo* habent, ſubaudiendum putant. Ita Munſterus Pſal. 22. אבירים vertit *ingentes* [*tauri*] ac Ierem. 8. & 47. & 50. *magnifici* [*equi*] Tigurini Eſa. 34. *robuſti* [*tauri*] Ierem. 8. *fortes* [*caballi.*] Oecol. Ierem. 8. & 47. *fortes* [*equi*] Calv. & Oſia. Ierem. 50. *equi fortes*: Trem. Pſal. 22. & 50. & 68. itemque Eſa. 34. *robuſti* [*juvenci.*] (quomodo etiam verterunt Ierem. 50. ubi tamen אביר *caballum* denotat; de quo mox plenius dicetur) ac Ierem. 47. *fortes* [*equi*] quam interpretationem habet etiam Pagninus, non modo hic, ſed & Ierem. 8. quum alioqui hanc vocem, quoties pro *tauro* ſumitur, ſemper recte verterit, Aria ubique perperam pro *tauri* ſubſtituente *robuſti*. Iſtis addantur Schind. & Marin. itemque ii Interpretes, qui ſimpliciter *Fortes* aut *Robuſti* tranſtulerunt in aliquibus iſtorum locorum, ubi in ſcholiis aut comm. agnoſcunt אבירים de *equis* aut *tauris* intelligi debere, quod Cajetano ſæpius, & Calvino, Bucero, Stephano, Marianæ, aliiſque interdum accidit. Vernaculæ autem tranſlationes, Lutheri, Diodati, Valeræ, Piſcatoris, Gallica utraque, Anglica utraque, & Belgica, hanc interpretandi rationem itidem uſurpant perſæpe. Sed hiſce Interpretibus non eſt ut aliud opponamus quam ſeipſos; quandoquidem alicubi, ipſâ locorum evidentiâ victi, hanc vocem abſque iſta ambage rectè interpretati ſunt. ita Pſal. 50. Munſt. & Tigur. *abirim* vertunt *tauri*: & Ierem. 47. ac 50. iidem Tigurini ſimpliciter reddiderunt, *caballi*: Oecol. Ierem. 50. *equi*: & Vernaculi quoque Interpretes plerique hoc modo plus ſemel tranſtulerunt.

4. Iſto autem errore, de quo nunc diximus, pejor eſt alter ille, quo ad veram hujus vocis interpretationem, iis nimirum in locis ubi pro *caballo* aut *tauro* ſumitur, nulla ex parte acceditur. Ita Hieronymus (uti jam antea cap. 11. monuimus) Pſa. 68. vertit *fortes*, & Eſa. 34. *potentes.* aſt Ierem. 8. *propugnatores*: & Ierem. 47. *bellatores.* Targum omnibus illis locis, ubi אבירי pro *caballis* ſumitur (Iud. 5. 22. Ierem. 8. 16. & 47. 3. & 50. 11.) vertit גברין *fortes, viros fortes*, quomodo etiam vertit Pſal. 68. cum Pſal. 22. verterit רברבנין *proceres.* Græci & Syrus, qui bene tranſtulerunt hanc vocem in cunctis iis locis, ubi pro *tauro* ſumitur (Pſal. 22. 13. & 50. 13. & 68. 31. itemque Eſa. 34. 7.) non pari felicitate verſati ſunt in iis, ubi pro *caballo* accipitur. Ieremiæ quidem octavo Græci אבירי verterunt *ἱππασίαν*, *equitatum* (quæ interpretatio non multum à recto abit, ſatiſque tolerabilis eſt) ſed in reliquis tribus locis multum aberrant. quippe Iud. 5. reddide-

runt οἱ ἰσχυροὶ *fortes* : Ierem. 47. perabsurde, quia proxime præcedit vox פרסות, ὁπλῶν *ungularum*; *abiran* reddiderunt ποδῶν αὐτοῦ *pedum ejus* : Ieremiæ autem 50. acceperunt pro *tauris*, quod ibi fecerunt etiam de Recentioribus Pagninus, qui *tauros*, & Tremel. qui more suo *robustissimos* [*juvencos*] transtulit. Ast Syrus Iudic. 5. vertit חקיפין *robustos* : Ierem. 8. & 47. גנברין, *viros fortes* : & Ierem. 50. valde mirifice, דכרא דענא *arietes pecoris*. Etiam Recentiorum plerique in nonnullis illorum locorum, tam ubi אביר pro *tauro*, quàm ubi pro *caballo* sumitur, hunc errorem erraverunt. namque ut omittamus Iud. 5. (quo loco vox hæc à nullo Interpretum intellecta fuit, nisi à Genevensibus, qui verterunt *ses forts* [*chevaux*] & quodammodo à Stephano, qui dubitabundus vertit, *equitum aut equorum ejus*, secutus nimirum Kimchium, qui simili hæsitatione in comment. ad hunc locum inquit וטעם אבירים על הפרשים או על הסוסים *vox* abirim *de equitibus aut de equis accipienda est*) Esa. 34. Munst. & Tigur. verterunt *magnifici* : & Psal. 68. iidem *validi* : quomodo etiam Psal. 22. Tigur. reddiderunt *prævalidi* : & Ierem. 47. Castalio vertit *Duces*], quum Ierem. 8. & 50. melius *sonipedes* reddiderit : Mariana Ierem. 8. vertit *fortes*, & de *Militibus* interpretatur. Et qui Vernaculas Editiones inspexerit, in earum plerisque etiam hunc errorem hic illic deprehendit.

5. Quia autem in omnibus illis locis, ubi אביר *caballum* significat, nonnullæ quoque aliæ difficultates occurrunt, crassique errores à multis Interpretibus committuntur; utile fuerit eos sigillatim examinare, veramque ipsorum interpretationem brevibus exponere. Incipiemus à Iudic. 5. vers. 22. qui ita habet in Hebræo : אז הלמו עקבי סוס מדהרות דהרות אביריו. Nomen עקב proprie *calcem* seu *calcaneum*, itemque *plantam*, & *vestigium* quoque *plantâ impressum* significat : alicubi verò *synecdochice* & pro toto pede sumitur. ast hic per עקבים intelligendæ sunt *ungulæ*, consensu Interpretis Chaldæi (vertit enim טופרין) Hieronymi, Munsteri, Tigurinorum, Castalionis, & Vernaculorum plerorumque; præ quibus insuper habendi sunt Græci, Pagninus, Cajet. Marin. Arias, Tremellius & Buxt. qui verterunt πτέρναι, *plantæ*, *calcanei*, *calces*. Verbum הלמו Græci infeliciter verterunt ἐνεποδίσθησαν, *impeditæ fuerunt* : nec multo melius Chaldæus אשתלפא, id est *deciderunt*, *defluxerunt*, (utitur eo verbo etiam 2 Reg. 6. 5. ad significandum quòd ferrum securis de manubrio suo deciderit : & Num. 25. 8. à Ionathane non absimiliter usurpatur) cum quo sic satis concordat translatio Hieronymi & Syri, *ceciderunt*, נפלו.

ut

ut autem mens istius translationis percipiatur, faciet R. Salomon, qui sic eam enarrat, נשתלפו טלפי סוסיהם שהיה חום הכוכב מרתיח את-הטיט והצפורן נשמטת כמו שמולגין את-הרגלים ברותחין *ungulæ equorum deciderunt. quum enim æstus sideris lutum fervidum redderet, ungulæ defluebant, quomodo videmus calidæ aquæ ope pedibus [ovillis, suillis, vel bubulis] ungulas detrahi.* bella sane narratio! imò anilis ac Talmudica fabella, qualibus ille Interpres passim scatet. quum autem הלם nullo modo *defluere* aut *decidere* significet, prætereaque inauditum sit, ut equis inter incedendum ungulæ ita decidant; hæc interpretatio plane repudianda est, ac potius accedendum recentioribus, de quibus Pagn. & Schind. *quassari*, similiterque Gall. utr. *estre cassé*, & Ital. *conquassarsi* : Munst. Tigur. & Marin. *concuti*, Cast. & Val. *obtundi embotarsi*: Arias & Steph. *contundi* reddiderunt. postremum hoc omnibus reliquis præstat, eo-que adhuc melius est *atteri* (cui æquipollet Italum *tritarsi*, à Diod. usurpatum) quæ vox unice hic quadrat. Verbum הלם est *activum*: hoc autem loco *intransitivum* esse, convenit inter Interpretes quà veteres quà Recentiores, & expresse monet Kimchius, quum in commentariis, tum in dictionario, ubi ait, positum esse pro נהלמו, idemque valere acsi scriptum esset נשברו ונכתתו *confracta & contusa sunt*. Soli hîc ab omnibus dissentiunt Cajet. & Trem. qui utrique הלמו pro *activo* habent. & Cajet. quidem hunc versum sic transferens, *Tunc calcavei equorum fregerunt, à calcationibus, calcationibus fortium suorum*, ait hic *describi, quod fortes Cananæi calcati sunt à propriis equis, fractiq; pedibus equorum suorum:* quæ sententia non modo è textu hebræo, sed ex ipsius interpretatione elici non potest. Tremellius autem הלמו cum אביריו (quam vocem non de *equis*, sed de *viris fortibus*, ut Cajet. & plerique omnes, intelligit) construens, inde hanc interpretationem exculpit, *Tunc fortes eorum obtuderunt calces equorum, &c.* quæ ipsa quoque interpretatio mihi nequaquam commoda videtur. Potest quidem הלם hic esse *activum*, sed ita ut *reciprocè* sumatur; id quod satis familiare est in lingua Hebræa, ut verba *transitiva* actionem alicujus in seipsum significent. Sed res eodem redit, sensusque plane idem manet, sive dicas, *ungulæ equorum attritæ fuerunt*, sive *attriverunt seipsas*, nisi quod hoc posterius magis emphaticum est, ac propterea præsenti loco accommodatius: quum totum hoc canticum non modò poetico stylo scriptum sit, sed sublime admodum tragico cothurno assurgat.

6. Quantum ad posterius hujus versus hemistichium, in eo Græci pro מדהרות דהרות reddiderunt *σπουδῇ ἔσπευσαν, festinatione festinaverunt,*

runt, quæ verſio perinepta eſt, verbiſque Hebraicis nullo modo reſpondens. Infeliciter quoque Syrus מן נהמתא דחילא, *præ fremitu terribili*, ſive, *præ fremitu exercitus*. namque vox, דחילא ambigua eſt, *terribilem* ſignificans, ſi *daleth* ſit *radicale*; ſin verò adventitium, ac nota *genitivi*, tunc altero modo exponenda eſt. ſed utrovis modo exponas, nihil hic eſt ſimile hebræis, in quibus bis ponitur una eademque vox *daharoth*, quæ *fremitum* nullo modo denotat. ſed neque *pedum ſonus*, quomodo Pagninus & Italus tranſtulit, eo denotatur. Arias vertit, *calcitratus*, Cajetan. & Marin. *calcationes*, & Stephanus *concuſſiones* (repetitionem vocis pertinere putans ad frequentiam actionis indicandam, quare tranſtulit *crebras concuſſiones*) videnturque ſecuti Kimchium, qui in commentariis hanc vocem ſic explicat, מה שמכה הסוס בכח על הארץ בעת המרוצה ובלא עת המרוצה שנראה כמרקד תקרא דהירה *quando equus terram valide pulſat, ſive inter currendum, ſive extra curſum, ita ut velut ſaltare videatur, id vocatur* [*dehira.*] & brevius in Dictionario, דריכת הסוס בכח הליכתו תקרא דהרה *vehemens calcatio, qua equus fortius incedens utitur*, daharà *vocatur*: atque ita de Vernaculis quoque Gen. *batement de pieds*: Val. in marg. *piſadas* (in textu mirifice vertit *encuentros*) Diod. *gran calpeſtio.* Aſt R. Salomon paulo aliter non ipſam terræ pulſationem, ſed ſaltus illos, quos equus ita terram pulſans efficit, hoc nomine ſignificari autumat, id eſt, ut ipſe ait הרקדת הסוס additque hic ejus ſubſultationis mentionem fieri שהיו מרקידים את-סוסיהם במלחמה *quia faciebant equos ſuos ſubſultare in prælio*; in eo diſcedens ab unanimi reliquorum Interpretum conſenſu, qui ſtatuunt, idque veriſſime, non de dimicatione, ſed de fuga ſermonem hic eſſe: id quod Lud Lavaterus, Pagnini verſionem ſequens, ſic explanat, *Principes, qui ex curribus, ut moris erat, pugnarunt, item qui equos conſcendentes in fugam ſe conjecerunt, ita eos incitarunt, ut vehementi impetu ungulas frangerent vel amitterent.* Iarchii explicationem hujus vocis amplexus eſt Munſt. qui iſtud hemiſtichium ſic vertit, *propter ſaltus à magnificis eorum excitatos:* itemque Gall. vet. *pour les panades demenees par leurs magnifiques:* & Ang. no. **by the meanes of the prauncings, the prauncings of their mighty ones.** Sed ut vera hujus vocis expoſitio pateat, bonum erit alterum locum, ubi itidem occurrit prius enucleare.

7. Locus is eſt Nahumi capite tertio, cujus verſus ſecundus ita habet, קול שוט וקול רעש אופן וסוס דוהר ומרכבה מרקדה [*auditur*] *ſonitus ſcuticæ, & ſonitus fragoris rotarum, equique* doher,

&

& *currus subsultantis*. Kimchi & Jarchi hic expositionem suam, in altero loco allatam, uterque retinent. Iste enim *doher* exponit דולג ומקפץ *exiliens & subsultans* (quomodo vertit etiam Gall. vet. *bondissant*; & Ang. no. prauncing) alter autem hanc notam apponit, כמו דהרות אביריו והוא כשמכה סוס בארץ בכוח ברגליו— *Eodem modo hic sumitur ac Judicum 5. in* daharoth abirau. *est autem* dahara, *quando equus terram pedibus valide pulsat*. ex Kimchii mente non modo Stephanus transtulit, (itidem ac Judic. 5.) *terram pedibus quatiens*, sed & Pagninus ac Calv. *concutiens terram*, ac Mariana, *calcans terram*, & Trem. *plaudens*, similiterque Vernaculi, Ita. *che percoteno la terra*: Diod. *scalpitanti*: Val. *atropellador*: Gen. *petillant*, Belg. de peerden stampen. Arias סוס דוהר vertit *equi sonipedis*; (quod fecit cum ipso etiam Drusius) ut mirari liceat, quare Judic. 5. ipsi displicuerit Pagninus, *daharoth* vertens *sonum pedum*, idque ibi in *calcitratus* mutandum putaverit. Tigur. & Munst. veluti suæ in altero loco interpretationis immemores, hic longe aliter verterunt, illi quidem valde mirifice *salax*, hic autem cum Hieronymo *fremens*, quæ interpretatio (usurpata etiam à Luth. die rosse schreyen: & Schindlero, qui tamen verbum hoc ex Kimchii mente exponit, *Dicitur de equis, qui terram feriunt ungulis dum currunt, & videntur saltare*) congruit cum interpretatione Syri Judic. 5. Hic tamen ipse Syrus non ita vertit, sed נפר, quod quid significet, fateor me nescire. nam quod Ferrerius in lexico verbum נפר exponit *ebullire*, non video quomodo illa significatio huc pertinere possit. Græci vertunt διώκων, quod interpretamentum ipsam vocem Hebræam nequaquam exprimit; sensum tamen non valde diversum, ac satis tolerabilem parit, uti ex iis, quæ mox dicentur apparebit.

8. Etenim ego verbo *dahar* puto equorum cursum significari (ut sit idem, quod Latini *quadrupedare*, pleræque autem in nostro orbe linguæ vernaculæ *galopare* dicunt) idque ex eò colligo, quòd Nahum *sus doher* conjungit cum *mercaba merakkeda*, id est, *curru subsiliente*. per *currum* autem *subsilientem* vix aliud intelligi potest, quàm currus qui citatissime fertur, adeo ut à terra subsultare videatur, quomodo etiam Kimchius hoc exponit, מרקדה' מרוב מרוצתה כאילו מרקדה *subsiliens, id est, quæ incitate currens veluti subsilit*: quam expositionem pulcre firmant isti Virgilii versus è tertio Georgicorum,

Nonne vides, quàm præcipiti certamine campum
Corripuere, ruuntque effusi carcere currus!

Quum spes arrectæ juvenum, exultantiaque haurit
Corda pavor pulsans: illi instant verbere torto,
Et proni dant lora: volat vi fervidus axis.
Jamque humiles, jamque elati sublime videntur
Aera per vacuum ferri, atque assurgere in auras.

Eodemque faciunt ista Homeri ἰλιάδ. ψ.

Ἅρματα δ᾽ ἄλλοτε μὲν χθονὶ πίλνατο πουλυβοτείρῃ,
Ἄλλοτε δ᾽ ἀΐξασκε μετήορα.—
Currus interdum quidem terræ appropinquabant almæ,
Interdum verò attollebantur sublimes.

Quem Homeri locum Nonnus lib. 37. Dionys. sic imitatus est,

Ἅρματα δ᾽ εὐποίητα θοώτερα θυιάδος ἄρκτου
Ἄλλοτε μὲν πετόωντο μετάρσια, πῇ δ᾽ ἐπὶ γαίῃ
Ἀκροφανῆ πεφόρητο, μόγις ψαύοντα κονίης.
Currus benefabricati celeriores furente ursa
Interdum volabant sublimes, interdum verò in terræ
Summa superficie ferebantur, vix tangentes pulverem.

Quum igitur per *currus subsultantes* intelligantur *velociter currentes*, par est ut credamus per equos *doharim* itidem *currentes* sive *quadrupedantes* intelligamus, ac Castalioni (qui solus *doher* vertit *quadrupedans*) accedamus: præsertim quum videamus usitatum esse Prophetis, ut quando de hostilium copiarum adventu agunt, sicuti hic de eo agit Nahum, equitatus pernicitatem extollant; quomodo Ieremias (cap. 4. vers. 13.) Chaldæorum in Iudæam irrumpentium equos aquilis velociores prædicat; & de iisdem loquens Habacuc, eos pardorum pernicitatem anteire ait (cap. 1. vers. 8.) imò volare instar aquilæ properantis ad prædam. Et nequis de hujus loci expositione dubitare possit, faciet secundum caput Ioelis, cujus versu quarto ac quinto quum itidem, ac hic apud Nahumum, curribus *subsultantibus* (id est, *incitate currentibus*) equorum mentio conjungatur; pro verbo *dahar*, quo Nahum utitur, Ioel verbum רוץ, quod est *currere* usurpat. quippe aiens pedestres quoque hostium copias nihilo segnius, quàm curules & equestres soleant, incedere, his verbis comparationem instituit, כפרשים כן ירוצון כקול מרכבות על ראשי ההרים ירקדון: *currunique haud secus quàm equites, atque instar fragoris curruum per montium juga subsultant.* quæ comparatio in posteriori membro concisior atque perplexior (quod satis familiare Hebræis) ut sensus ejus planius appareat, ita resolvenda est: *ac currunt per montium juga instar curruum, qui ita velociter feruntur, ut inter currendum & subsultent, & magnum fragorem edant.*

9. Ex iis, quæ ad istum Nahumi locum diximus, claret quid Iudicum quinto per *dabaroth* debeat intelligi, nimirum *celeres equorum cursus*, sive *quadrupedationes*: cui nostræ expositioni succinunt quoque Tigurini, qui *vehementem impetum*, ac Castalio, qui *tantam incitationem*, & utrisque etiamnum clarius Tremellius, qui *præcitatos cursus* transtulerunt: similiterque Belgæ, **het rennen**, i.e. *celer cursus*. & quanquam in marginali scholio apponunt alias quoque interpretationes, à recto devias, **stampen, draben, trotten, clateren**, tamen ibi quoque in veriorem interpretationem desinunt: **het veel en haestig lopen en rennen.** Eodem trahi potest translatio Hieronymi, quæ valde hic laxa, hemistichium istuc sic ἀφαρπάζει verius quàm transfert, *fugientibus impetu & per praceps ruentibus fortissimis hostium.* Sed & Chaldæus (qui pari paraphrasticâ libertate usus, hunc semiversiculum ita reddidit, (מפינוכא דהוה מפניך קדם וחיכי גברותי——) à nostra expositione non dissonat, si per Interpretes & lexicographos liceret. Etenim Munsterus & Guido verbum פנך (quod etiam Nahumi tertio habet Targum pro hebraico דהר) exponunt *fremere, hinnire*; quomodo & in latina interpretatióne, quæ paraphrasi Chaldaicæ in Bibliis Regiis apposita est, hæc vox transfertur: quo recepto, Chaldaica translatio à textu hebraico, prout a nobis exponitur, plurimum discreparet. Sed mihi ista verbi *panec* expositio haudquaquam placet, idque ob duas rationes; quarum una ex hoc ipso loco petita est. etenim (ut supra quoque monuimus) absurdum est illud figmentum, quo equis ungulæ suæ defluere dicuntur. sed ut dicatur, fremitu equorum fieri, ut ungulæ ipsis decidant, (id quod hic dicitur, si istos expositores sequamur) id verò tale est, ut omnem superet absurditatem, & quod vanissimi etiam fabulatores dicere reformident.

10. Alterum contra hanc expositionem argumentum suppeditat ipsa hæc paraphrasis ad Ierem. 51.27. ubi verba illa Hebraica העלו סוס כילק סמר (quæ Hier. vertit, *adducite equum quasi bruchum aculeatum*) ita redduntur, דיהון סלקין סוסותהון מפנכין הא כוחלא דמצלהב quodsi hic פנך exponamus *fremere*, aut *hinnire* (quod faciunt lexicographi isti, & Interpres, qui vertit, *qui ascendant equos suos hinnientes instar bruchi inflammati*) sequitur, ut instituta hic sit comparatio inter hinnitum equorum & sonitum locustarum, quod perineptum esset, quum locustæ pro omni voce non nisi exilem stridorem edant. Sane isti Interpretes plerumque valde negligenter se gerunt, sensusque nullam omnino curam habent, atque adeo autorem suum sæpe mera monstra loquentem faciunt; cujus utriusque rei duo præterea in hoc

hoc unico loco exempla habemus. quæ enim supinitas est, ista verba דיהון סלקין סוסותהון vertere, *qui ascendant equos suos,* quum verti debeant, *quorum equi ascendant.* namque סלק, contra quàm Hebræum עלה nunquam regit *accusativum*, nisi interventu *præpositionis*. Jam quod וחלא׳ דמצלהב vertunt *bruchum inflammatum*, nonne portentum merum hoc est? quis enim unquam audivit de *brucho inflammato*? aut quid rei omnino esse potest *bruchus inflammatus*? verti debuerat, *bruchus splendidus*, aut *locusta fulgida* (ad quam interpretationem proxime accedit illa Buxtorfii, *locusta coruscans*) per quod *epithetom* videtur voluisse designare illud locustæ genus, de quo Ælianus libri decimi capite 13. memorat, quòd χρυσοειδῆ ἰνδάλματα ἐπ' αὐτῶν κατέσπαρται, *auricoloribus notis distincta sunt*. pari incuria Iudicum 5. loco videlicet illo quem hic tractamus, אשתלפא vertunt *educta sunt*, & גבורוהי *fortitudinis ejus*. Sed istis omissis, quum equi hic locustis sive bruchis comparentur ratione ejus actionis, quæ verbo *panec* exprimitur, consentaneum est ut per *panec* celer aliquis motus intelligatur (quum nihil aliud sit, in quo equi actiones locustæ actionibus commode comparari queant) sive illa sit quadrupedatio, sive subsultatio. Quantum ad prius; quum equi perniciter currentes alicubi in Scriptura aquilarum celeritati comparentur, possunt eodem jure comparari etiam locustis; quæ volatu in tantum pollent, ut continuatâ plurium dierum profectione non modò immensos terrarum tractus permeent, sed & longinqua maria trajiciant: sicuti à Plinio (lib. 11. cap. 29.) docemur. Non improbabiliter quidem aliquis suspicetur, quod per פנך non *quadrupedatio* hic significetur, sed *subsultatio* illa generosis equis familiaris (corvetting Angli vocant: Virgilio est *Insultare*, 11. Æneid.

——Premit æquore toto
Insultans sonipes, & pressis pugnat habenis)

quam aptissime comparari motioni illi locustis propriæ, qua in terra saliunt potius quàm gradiuntur, apertum est. Potius tamen credendum, *quadrupedationem* isto verbo significari, idque potissimum ob hunc Judiceum locum, in quo ipsius, quàm subsultationis, longe aptior est mentio; quum equi etiam generosissimi, non soleant ejusmodi subsultationibus uti in veloci cursu atque effusâ fugâ, qualis ibi describitur: ob quam eandem rationem etiam verbi דהר explicatio à Salomone Jarchio allata admitti non potest. Itaque Chaldæi paraphrastis verba Jud. 5. 22. sic transferenda censeam, *ob quadrupedationem, qua* [*quisque eorum*] *quadrupedabat, ante currus fortium ipsius virorum.* & isto quidem modo

Chaldæa

Chaldæa istius loci translatio, quantum ad vocem ***daharoth*** pertinet, cum nostra translatione penitus concordat. Buxtorfius verbum פנך in omnibus illis tribus locis, ubi à Paraphraste usurpatur, vertens *salire*, in universum id ita explicat, ut verbi דהר utramque expositionem & Kimchianam, & illam Jarchii, in eo conjungat: ***Plaudere, salire, saltare, subsilire. de equis tantum dicitur, quorum qui generosiores sunt, sonitantes saltus & plausus faciunt. Respondet hebræo*** **דהר, *plaudere, quatere terram cursu, salire, subsultim decurrere:*** quam expositionem ambiguam ac minus accuratam obsignat probâ hac clausulâ, & quam melius solam posuisset, reliquis omnibus omissis: ***de equorum citato cursu dicitur.***

11. Quod autem tanto consensu Interpretes hic per ***abirim*** non ***caballos***, ut oportebat sed ***viros fortes*** intellexerunt, id factum ob non satis ab iis perceptam aut animadversam certam Hebræisque peculiarem loquendi figuram, qua loco ***pronominis relativi*** ipsum nomen ponitur, seu repetitur: cujus figuræ mentionem facit Buxtorfius (Thesauri lib.2.cap.8. inter Enallagas) & Salomon Glassius (Philologiæ Sacræ lib. 3.tractat.2. can.8.& 13.) aliquammulta exempla exhibuit, inter quæ hoc præ cæteris insigne est, Levit.14.15. ***Et accipiet sacerdos de sextario illius olei, & infundet in manum sacerdotis sinistram,*** id est, ***in manum suam***, quod & Abenesra in commentariis ibi notavit, addens, hujusmodi repetitionem esse, דרך צחות בלשון הקדש ***elegantiam linguæ sanctæ propriam.*** sicuti autem propria, ita & valde familiaris est Hebræis hæc locutio, quod facile quivis perspexerit è multitudine exemplorum à Glassio allegatorum; quibus & alia multa ex nostra observatione addere possemus. sed contenti erimus duo aut tria è magno numero seligere; Gen. 25.6. ***Et filiis pellicum, quos habeat Abraham, dedit Abraham munera.*** — Gen. 29.9. ***Congressusque est etiam cum Rachele, ac dilexit Rachelem magis quàm Leam.*** — 1 Reg. 9.1. ***Quum absolvisset Salomon ædificationem ædis Domini, ædiumque regiarum, ac omnem intentionem Salomonis.*** — & in hoc ipso Judicum libro capite ac versu 21. ***Quum exierint puellæ Siloiticæ ad ducendos choros, progressi è vineis quisque sibi rapite uxorem de puellis Siloiticis.*** Eâdem igitur figurâ דהרות אביריו positum hic est pro דהרותם nimirum referendo ***affixum*** ad nomen סוס, quod præcessit, quodque ***collective*** positum sub forma ***singulari*** habet vim ***pluralis***. quod autem in hac repetitione non ipsum סוס seu סוסים secundo loco ponitur, sed vice ejus אבירים, id nemini mirum videri debet, quum hæc synonyma sint, ejusmodi autem synonymorum permutatio sit valde frequens. Eandem plane locutionem ob-

observare licet Coloss. 2. 23. Ἐν ἀφειδίᾳ σώματος, οὐκ ἐν τιμῇ τινὶ πρὸς πλησμονὴν σαρκὸς, ubi σαρκὸς positum est pro αὐτοῦ, scilicet τοῦ σώματος. similiter locutus quoque est Euripides in Herc. fur.

φωνὴν γὰρ ἥσει χθὼν, ἀπεννέπουσά με
Μὴ θιγγάνειν γῆς : ———

Humus vocem emittet, vetans me terram tangere : Et Maro secundo Georg.

——*Domus alta superbis*
Mane salutantum totis vomit ædibus undam.

Plinius quoque, lib. 35. cap. 4. *Quum ad tegularum similitudinem corvi, decepti imagine, advolarent.* Notandum præterea est, *affixum* in *abiran* pertinere ad Siseram, cujus mentio paulo ante præcessit, intelligendo per Siseram copias quibus Sisera præerat; & secundum *daharoth pleonastice* poni per *anadiplosin* Rhetoricam, non Hebræis modò, sed & aliis linguis valde usitatam. Totus igitur versus ad verbum ita reddendus fuerit : *Tunc attritæ fuerunt ungulæ equorum, per quadrupedationes, quadrupedationes caballorum ejus* : quæ verba omissis figuris in brevius contracta hunc sensum habent, *tunc ungulæ equorum, per quadrupedationes ipsorum* [*sive quadrupedando*] *attritæ fuerunt :* quasi diceret, equestres & curules copias (æque ac pedestres) in fugam aversas, equos quàm maxime possent concitasse; unde factum sit, ut ipsi ungulas suas non parum attriverint, sive (ut Cato, Colum. ac Plinius de bubus, & Seneca Epist. 51. generalius de jumentis, loquuntur) subtriverint.

12. Per *attritionem* sive *subtritionem* intelligendum est id malum, quo ungularum oræ findi, ac particulas quoque amittere solent; quod sæpe equis evenit, quando sine soleis (iis nimirum inter incedendum amissis, quod & ipsum creberrimum est) iter faciunt, præsertim si non ordinario gressu, sed velociter ac quadrupedanter ferantur, idque humo asperâ & scruposâ. Angli malum hoc verbo **break** (quod alioquin admodum late patet, & latino *frangere ac frangi* ex adverso respondet) peculiariter designant; eo-que verbo hic usus est uterque Interpres: **then were the horse hooves broken.** Græcis est ἐκτρίβεσθαι, ut apud Lucianum in Asino, Τὰς ὁπλὰς ἐκ τῆς ὁδοῦ ἐκτετριμμένος. Potest etiam alterum malum per הלם intelligi, cui equi itidem obnoxii sunt, quando ita excalceati incedunt atque quadrupedant, putà ungulæ pertusio & pedis vulneratio, quam calcando surculum, acutamve testam, aut acuminatum lapillum, contrahere solent; quod interdum etiam faciunt soleis instructi, si illæ alicubi cavatæ aut laxius hærentes, inter sese ac pedem equi aditum corpusculis ejusmodi læsuris dederint. Fortassis autem

autem non alterutrum horum seorsim, sed utrumque simul, & ungulæ inquam attritio ac defractio, & pedis per ungulam pertusam sauciatio, verbo הלם significatur. & quia inter currendum istis malis plus patent equi, idque eo etiam magis, quo contentius ac velocius currunt (quia tum pedes solo vehementius ac fortius allidunt) ideo *metonymice* hic per istam ungularum læsionem ipsa cursus incitatio intelligi datur, quum sola quadrupedationis mentio id non ita plene expressura esset; quandoquidem equi quadrupedare possunt ut tamen non valde velociter currant: molli autem quadrupedatione non ita prompte in ista incommoda incurrunt, acritâ & vehementi.

13. Hoc si R. David intellexisset, non accepisset hic עקבים pro *calcibus* seu *calcaneis*, quos inter currendum citius lædi ait, quia ungularum munimento carent. quippe rarum hoc est, ut istæ pedum partes in equis lædantur cursu: & siquando læduntur, aliunde potius atque à gressus vitio (quod equis nonnullis familiare est) ea læsio provenit, quàm à vehementi terræ pulsatione, cui tamen ipse eam acceptam fert, ואמר עקבי סוס כי בעקבין אין פרסה לפיכך אמר כי נהלמו עקבי סוס בבות מכרת הסוס בארץ Sed & alterum non minus evidentem errorem erravit, dum cursum, cujus hic mentio fit (namque per דהר ipse quoque cursum intelligit, non quidem directe, uti nos, sed per consequentiam, quatenus nimirum valida illa terræ pulsatio, quam hoc verbum ipsi proprie significat, quadrupedationis adjunctum est) non de fuga accipit, sed de concitatione, qua milites in prælium ferantur, נהלמו עקבי סוס מרוב מרוצתם במלחמה quæ expositio nequaquam huic loco quadrat, ubi non de dimicatione, sed de dissipatione ac profligatione hostium sermo est: sicuti etiam supra §. sexto contra Jarchium, eodem modo errantem, monuimus.

Et hactenus quidem primum eorum locorum, ubi אביר pro *caballo* sumitur, explicavimus. reliquos tres deinceps sequenti capite enucleabimus.

CAP. IV.

Explicatur versus 16. *capitis* 8. *Jeremiæ.* 2. *Expositio versus tertii cap.* 47. *ejusdem Prophetæ. vera significatio vocis* שעטה. 3. *Tertii ex eodem Propheta loci cap.* 50. *vers.* 11. *enarratio instituitur. errores hic commissi ab Interpretibus in voce* תפושי, *& quomodo verti debeat.* 4. *Quid per* עגלה דשנה *intelligendum sit.* Juvenca triturans *ponitur pro* juvenca benehabita & corpulenta. 5. *Errores circa alterum hujus*

hujus versus hemistichium à Veteribus commissi. צהל *non* mugire *sed* hinnire *significat.* 6. *Explicatur mens Prophetæ in priore similitudine isto versu contenta.* 7. *Et in altera similitudine, posteriori hemistichio comprehensa.* 8. *Qui posterius hoc hemistichium de taurorum mugitu exponunt, sensum præsenti sermoni idoneum nequaquam elicere inde possunt.* 9. *Equus, animal libidinosum; & in ipso, hinnitus libidinis index.*

PRoximus locus, ubi אביר pro *equo* sive *caballo* sumitur, est Jeremiæ octavo, versu 16. qui ita habet מדן נשמע נחרת סוסיו מקול מצהלות אביריו רעשה כל־הארץ qui locus valde facilis atque apertus ad intelligendum (ut mirum sit, potuisse eos errores in ipso committi, quos mox notabimus) est de eorum numero, ubi una eademque sententia sub diversorum vocabulorum amictu bis ponitur. posterius enim hemistichium, sex vocibus comprehensum, nihil aliud dicit, quàm quod priore hemistichio jam dictum fuerat. namque קול מצהלות τῷ נחרת, & אביריו τῷ סוסיו respondet: ac רעשה כל־הארץ verbis istis—מדן נשמע æquipollet. quia enim Dan in extremis finibus terræ Israelitidis sita erat; qui dixerat fremitum equorum hostilium inde audiri usque Hierosolyma, nihil novi postea dixit, sed eandem rem sub alia duntaxat facie repræsentavit, quando subjungit, totam regionem hinnitibus ipsorum commotam fuisse ac contremuisse. Græci hunc locum sic reddiderunt, Ἐκ Δὰν ἀκουσόμεθα φωνὴν ὀξύτητος ἵππων αὐτοῦ· ἀπὸ φωνῆς χρεμετισμοῦ ἱππασίας αὐτοῦ ἐσείσθη πᾶσα ἡ γῆ. נשמע habuerunt pro *prima persona futuri Kal*, cuum potius sit *præteritum niphal*, suffragantibus etiam Syro & Hieronymo, qui verterunt, *auditus est*, אשתמע. sed hoc leviculum est, & res eodem redit. ast translatio vocis נחרה, φωνὴ ὀξύτητος, *Vox acuminis*, inepta est: neque multo melior Recentiorum, Tigur. Castal. Trem. Buxt. Pisc. & Schindleri, qui *ronchum* interpretati sunt. optime autem Hieron. eumque secuti Zuin. Pagn. Munst. Oecol. Calv. & Marinus *fremitum* reddiderunt: similiterque Luth. schnauben: Diod. *fremito:* Bel. gesnuyf. quomodo enim נחרה hic ponitur tanquam *synonymum* τῷ מצהלה (quod *hinnitum* significat) ita apud Latinos *hinnitus* & *fremitus* sunt vocabula æquipollentia; adeo quidem, ut Virgilius fere perpetuo *fremitum* & *fremere* pro *hinnitu* & *hinnire* usurpaverit. Syrus, quum in sua lingua nullam [*hinnitûs*] *synonymum* reperiret, ipsum primarium vocabulum posuit צהלא. ast mox in altero hemistichio valde infeliciter מקול מצהלות vertit מן קלא דממללא *à voce loquela:*

quele: in quem errorem lapsus videtur, quia אבירים non pro equis aut caballis accepit, ut par erat, sed pro hominibus (vertit enim גנברא. *viri fortes*) quibus *hinnitus* attribui commode haudquaquam potest. Hieronymum tamen (qui itidem perperam אבירים vertit *, ungulatores*) hæc difficultas morata non est, quominus מקול מצהלות verteret, *à voce hinnituum*. Chaldæus autem (qui more suo priorem hujus versus partem prælicenter, non interpretatur, sed παραφράζει, ita quidem ut à Prophetæ mente prorsus aberret) in hisce verbis pejus etiam quàm Syrus se gessit; quippe sic transtulit, מקל פסועית גברוהי *à sonitu incessûs fortium ejus*. Totius versus vera interpretatio hæc est: *Inde à Dane auditur fremitus equorum ejus: sonitu hinnituum caballorum ejus tota terra intremiscit.*

2. Tertius locus, hic pertractandus, est Jerem. 47.3. hisce verbis, מקול שעטת פרסות אביריו quem ita reddiderunt Græci, ἀπὸ φωνῆς ὁρμῆς αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τῶν ὅπλων τῶν ποδῶν αὐτοῦ· quæ versio plus semel peccat. namque continuatam plurium nominum constructionem non recte divulserunt, illud καὶ ἀπὸ inserendo de suo. pejus est, quod אביריו verterunt τῶν ποδῶν αὐτοῦ, cui errori nullus est prætextus qui patrocinetur. sed & *farsoth* prave redditum τῶν ὅπλων, si audimus interpretationem latinam, Græcæ in Editione Romana & Parisina adjunctam, ubi id redditur, *ab armis*. sed si in Græco legamus non ὅπλων ab ὅπλον, sed ὁπλῶν ab ὁπλὴ (quomodo haud dubie legi debet) tunc interpretamentum istuc est probum; quippe ὁπλὴ idem quod *farsá*, putà *ungulam*, significat. errorem tamen illum, quo pro ὁπλῶν hic ὅπλων legitur, esse valde antiquum, ex eo apparet, quòd Hieronymus quoque inde fuit deceptus. quippe in hujus vocis explicatione Græcis potius quàm Hebraico textui attendens (quod & alibi fecit plus semel) locum hunc valde infeliciter reddidit, hoc pacto: *à strepitu pompæ armorum & bellatorum ejus*. Quantum ad vocem שעטה, an eam Græci bene reddiderint ὁρμὴν, *impetus*, dubitari potest. quippe hebræis Grammaticis שעטה est *pulsatio terræ, quam equi inter currendum efficiunt, vel sonus illa pulsatione excitatus*. Kimchi enim in comment. ad hunc locum ita scribit: מקול שאון פרסות כוסיו ר״ל חחק הכוחם בפרסותיהם הארץ ברוצם *à sonitu fragoris ungularum equorum ejus: innuens vehementem terræ pulsationem, quam ungulis suis efficiunt inter currendum*. Chaldæo autem & Syro שעטה incessum significat. quippe ille מפסועית. iste autem הלכתא transtulit. & hanc expositionem reliquis esse anteponendam, ex eo conjicere licet, quòd in lingua Syriaca quendam *incessus* intel-

lectum habet hoc verbum, uti apparet ex Lexico Ferrerii, ubi legimus שעט באאר *volavit* : שעט במיא *natavit* : quasi dicas, *ferri* vel *incedere per aërem, per aquam.* puto itaque propriè *dabarà* & *saatà* non esse idem, ut Kimchi ait (qui neutram harum vocum recte intellexit) sed hoc esse illius *genus*, ita ut *saatà* quemcumque equi incessum, *dabarà* autem duntaxat concitatiorem, sive cursum & quadrupedationem significet. jam cum in appellatione *generis* quæcunque *species* intelligi queat, potest non inepte *saatà* de *quadrupedatione* accipi, ac proinde Græcum interpretamentum ὁρμὴ (sumendo *impetum* pro *incessu impetuoso*) satis commodum erit: Hieronymi autem *pompæ* locus nullus relinquitur, uti neque Oecolampadii *sucussationi*, nec Interpretationibus Munsteri, Cast. Stephani, Marini, Buxt. Marianæ. Schindl. qui *strepitum* (quomodo verterunt etiam Val. *sonido* : Ital. *romore* : Gall. utr. *tempestement* : Bel. geklater) nec Trem & Pisc. qui *plausum* interpretati sunt (cum quo concordat Diod. *calpestio* : & Ang. utr. stamping) quum Pagn. Zuing. & Tigur. conformiter Chaldæo & Syro, *incessum* verterint. Veram autem vocis *abirim* significationem uti nemo veterum Interpretum hic percepit, ita omnes cum Kimchio viderunt Recentiores, solo excepto Castalione, qui *Duces*, & alio quodam, qui *cataphractos*, ac Osiandro, qui cum Hier. *bellatores* vertit, atque hoc pacto Ducibus ungulas attribuunt: quam absurditatem (cui obnoxios se fecerunt etiam Syrus & Chaldæus, פרסת גברוהי, דפרסתא דגנברוהי) in Castalione, perspicacissimo plerumque Interprete, mirari satis non possum. Namque ut *strepitus ungularum bellatorum* significet *strepitum, quem equi bellatorum ungulis suis edunt* (uti id exponit Osia.) frigidum nimis est & coactum. Quum autem Tigurini optime totum hunc locum expresserint; in ipsorum interpretatione (*à strepitu incessus ungularum caballorum ejus*) acquiescendum puto, nisi quod pro *à* malim cum Cast. & Steph. *præ* substituere.

3. Restat quartus ac ultimus locus de iis, ubi *abir caballum* significat, itidem è Jeremia, cap 50. vers. 11. כי תפושי כעגלה דשא ותצהלו כאבירים in quo loco, itidem ac in præcedente, nemo Veterum Interpretum vidit veram notionem vocis *abirim* (namque Chaldæus vertit גבריא *viri fortes* : Syrus דכרא דענא *arietes pecoris*, vel, *masculi pecoris minoris* : Græci & Hier. *tauri*, quod & inter recentiores Pagnino, Tremellio, Italo & Angl. nov. placuit) & præterea alios etiam errores admiserant; quos ordine, dum singulas voces expendimus, observabimus. תפושי Græci vertunt ἐσκιρτᾶτε, similiterque Syrus & Chaldæus חדיצון, תרוצון, quæ verba ferme idem valent ac

Græcum σκιρτᾶν. & eodem quoque modo Græcus ac Syrus interpretantur Malach. 4. 2. (qui locus præsenti huic, quantum ad prius hemistichium, valde similis, ita habet, ופשתם כעגלי מרבק) Hieronymo etiam ibi transferente *salietis*: quam Hier. interpretationem Oecol. retinet. Ast significatio hujus verbi longe alia est, putà *crescere* sive *augescere*, quomodo nimirum dicuntur crescere animalia, quæ corpulenta ac benehabita fiunt (Græcis hoc peculiari vocabulo εὐτροφεῖν, itemque εὐθηνεῖν dicitur) quod à Rabbinis recte observatum (videantur Kimchi & Iarchi in commentariis ad utrumque hunc locum) recentiores Interpretes magno consensu secuti sunt. namque Ierem. 50. Pagn. vertit, *multiplicastis pinguedinem*: Arias, *sumsistis incrementum*: Oecol. & Munst. *incrassati estis*: *incrassabimini*: Tigur. *increvistis*: Calv. Buxt. Schindl. *augescitis* (Calvinus præterea addit. *saginati estis*) Cast *gliscitis*: Trem. *abundaveritis*: Osiand. *crescetis*: atque ita Vernaculi plerique: Val. *os benchistes*: Gall. vet. *vous vous estez engraissez*: Gen. *vous estes devenus espais & larges*: Ang. utr. **yee are growen fat**: & Belgæ quoque, in margine (quum in textu alienius verterint, **om dat gy geyl geworden syt**) **gegroeyt syt, aen den lichaem toegenomen hebt.** Et in Malachia Pagn. transtulit *Multiplicabimini*: Marinus, Arias Mariana, Osiand. *crescetis*: Trem. Buxt. Schind. *augescetis*: Munst. *pinguescetis*: Tigur. *pingues eritis*: Gall. vet. *serez planturcux*: Gen. *serez refaits*: Val. *crescereiis*: Luth. **ihr solt Zunehmen**: Ang. utr. **yee shall grow up**: Belg. **gy sult toenemen.** itaque mirari subit Stephanum, qui Mal. 4. pro Tigurinorum *pingues eritis* substituit *dissilietis huc illuc*: & in Cast. desidero constantiam, qui cum apud Ieremiam hoc verbum vertisset *gliscere*, in Malachia longe aliter, atque prope ad Interpretationem Veterum, vertit *lascivire*, quomodo etiam Pisc. vertit Ierem. 50. (quum tamen in notis ad illum locum agnoscat Hebræa sonare, *aucti fueritis, sive excreveritis, id est, pingues effecti fueritis*) similiterque Mercerus, in lexico Pagnini, quum fateatur veram esse hujus verbi significationem à Kimchio allatam, *crescere, excrescere*, vult tamen id in Ierem. & Malach. accipi pro *lascivire, ex petulantia expatiari, seu divagari*. Diodatus autem utroque loco male vertit. Ierem. 50. *ruzzar* (id est, *lascivire*, aut, ut Zuin. ibi transtulit, *gestire*) & Mal. 4. *saltellare*: ubi etiam alter Italus (qui Ierem. 50. vertit, *voi sete moltiplicati*) interpretamentum ἰσοδυναμοῦν adhibuit, *scorrerete*; sed apposita in margine versione aliquanto meliore, *sarete moltiplicati*, cioè, *sarete abondanti in tutti i beni spirituali*.

4. In verbis sequentibus כעגלה דשנא melius se gesserunt

Graci, vertendo ea, *ὡς βοΐδια ἐν βοτάνῃ*, namque דשא (quod in nonnullis codicibus per *he* scribitur דשה) si deducatur à דשא, ut multi voluerunt, & contracte positum sit pro דשאה *deshaa* vel דשאה *deshea* non absimili modo ac Eccles. 10. 5. יוצא pro יוצאה positum est, non potest aliud significare quàm *gramine vescentem* vel *gramine pastum*, quod fere eodem redit cum Græcorum interpretamento *in gramine* [*versans*] Hanc expositionem probaverunt, præter Græcos, etiam Hieron. Pagn. Oecol. ac Munst. & Trem. ac Pisc. *sicut vituli super herbam* : *sicut vitula quæ pascit germina* : *sicut vitula gramine pasta* : *ut vitula herbilis* : & Vernaculi omnes, solo Luthero excepto. Mihi tamen simplicius videtur, ut *dascha*, sive per *he* scribatur in fine, sive per *aleph*, (namque & alibi *aleph* pro *he* positum invenitur in fine dictionis) sit *participium* à verbo דוש, quod *ἀλοᾶν*, *triturare* significat : & mecum sentiunt Tigurini (qui verterunt, *ut vitula exterens*) itemque Marinus Buxt. Schind. (qui vertunt *ut vitula triturans*) necnon R. Jona & R. Solomon. etiam R. David, etsi alteram explicationem proponit prius, hanc tamen adjungit quoque, & quidem ita, ut lectori dubium relinquat, utram præferendam putet. Per *juvencam* autem *triturantem* intelligi debet, *juvenca probe saginata*, ex more Iudæorum; apud quos quum expresse vetitum esset juvencis fruges exterentibus capistro os claudere, licebat iis, quamdiu in illo opere versabantur, mandere quantum vellent; unde fiebat ut triturâ non modo non macescerent, sicut aliis laboribus, sed ex area velut ex saginario bene habita atque obesa prodirent : id quod strictim à Iarchio indicatum, & à Lyrano, *in hebræo habetur, (Ut vitula triturans) quæ pedibus suis messem conterit, & ore comedit*: Kimchi fusius sic enarrat, כעגלה שהיא דשה שהיא אוכלת מדישה כל היום ולא כעגלה שהיא חורשת שאינה אוכלת *sicuti juvenca triturans, quæ per totum diem comedit de frugibus quas exterit, non sicuti juvenca arans, quæ nihil comedit.* Quanquam autem hæc interpretatio (subnixa etiam isti loco Hoseæ, cap 10. vers. 11. ואפרי' עגלה מלמדה אהבתי לדוש qui satis bene à Kimchio Diodato, ac Mariana, & omnium optime ab Osiandro explicatus, alias à nobis pertractabitur) verior mihi videtur, parum tamen interest, utram ex duabus quis sequatur, quum sensus plane eodem redeat. namque & gramine pecudes pinguescunt, si in lætis pascuis versentur; adeo ut quotidie videamus boves, qui veris tempore tenues admodũ & macilenti fuerant, in uberiora pascua immissos, paucorum mensium spatio valde corpulentos fieri, multamque carnium atque adipis molem acquirere. Syri quoque atque Chaldæi interpretamentum עגלא דפטמא עגלי רבקא,

id est, *vituli saginati*, quanquam vocem דשא, utrovis modo sumtam, minime exprimit; sensum tamen eundem exhibet, ac proinde ferri omnino potest. Sane comparationem desumit Propheta à juvenca crassa & pingui. quum autem tales fieri soleant in saginario, in area, in gramine: sive quis saginatam, sive fruges exterentem, sive gramine pastam dicat, Prophetæ scopo æque satisfacit.

5. Alterum hujus versus hemistichium licet apertissimum sit, nullamque plane vel in sententia vel in verbis difficultatem habeat, quatuor tamen illi Veteres Interpretes in eo reddendo plurimum aberraverunt, verumque sensum ne per transennam quidem viderunt; ut minus mirum sit, si in locis per se obscuris persæpe comperiantur quam gravissime hallucinati. Sane error ille circa vocem *abbirim* ab iis commissus, de quo modò diximus, alterum traxit, ut verbum quoque תצהלו absonè admodum interpretarentur; Græci, ἐκερατίζετε, *cornupetebatis*, (quam notionem Hebræis habet diversissimum verbum נגח) Syrus, תרקדון, *salietis* vel *subsultabitis*; Chaldæus תטולון *expatiabimini*. Hieron. autem, qui vertit *mugietis*, erravit quidem & ipse quoque, sed istis tamen tribus multo tolerabilius, quippe quorum interpretamenta ne minimam quidem habent affinitatem cum vero hujus vocis intellectu; ad quem eatenus saltem accessit Hieron. ut quum צהל certam bruti vocem denotet, ipse verbo similem vim habente usus, in specie duntaxat erraverit, unamque pro altera, *mugitum* pro *hinnitu* posuerit. & hunc errorem nè potuit quidem vitare, quum אבירים *tauros* vertisset; quippe quorum vox *mugitus*, nequaquam *hinnitus* appellationem sustinet. Sed uti prior ille error eum in alterum istum induxit; ita attenta hujus verbi consideratio eum prioris erroris admonere, atque ab eo revocare debuerat; quum צהל minime tauris bubulove generi competat, ac solis equis proprium sit. Verum quidem est, hoc verbum non rarò aliis præter equos attribui; sed hominibus duntaxat, metaphoricâ locutione, neque tam vocem aliquam, quàm internam ipsius animi dispositionem atque hilaritatem denotante; quare tunc & ab Hieron. plus semel *exultare*, & a Græcis alicubi ἀγαλλιᾶσθαι, á-que Syro ter דץ (quod idem valet) transfertur. quando autem de brutis usurpatur, solis equis est peculiare; neque ulli alteri quadrupedum generi unquam tribuitur. quod quum certum sit; & Hieron. hinc errorem suum pervidere debuerat, & nobis nulla relinquitur dubitatio, quin אבירים non *tauros* significet, sed *equos* atque adeo *caballos*. iis enim in equino genere solennis est præ cæteris hinnitus. unde legimus Quadas Sarmatasque in bello ut plurimum solere uti castratis; partim quidem, *ne fœminarum visu*

exagitati raptentur; partim verò ob hanc causam, *ne in subsidiis ferocientes prodant hinnitu densiore vectores*, memorante Marcellino libro 17.

6. Sed & licet verbum צהל utrique generi, tam bubulo quàm equino, commune esset, mugitumque nihilo secius quàm hinnitum denotaret, ipse tamen sermonis scopus cogeret nos locum hunc de equis accipere, ac propterea utramque hanc vocem ita, quomodo nos interpretandam dicimus, interpretari. Etenim ea similitudine, quæ in priore hemistichio continetur, digitum intendit Propheta ad copiam bonorum, omniumque rerum affluentiam, in qua Babylonii, Judæorum hostes, versabantur; cuum ob summam ipsius regionis fertilitatem (de qua & Plinius nonnihil, libro capiteque 18. & Herodotus libri primi capite 193. multa atque incredibilia narrat) tum præcipue ob imperium, & convectas undique è devictis atque expoliatis gentibus prædas; itemque ad luxum & voluptates, quibus se immodice explebant; uti facere fere solent populi opulenti. οἱ χρημάτων εὐπορῦντες, χορηγὸν ἀξιόχρεων τὸ πλοῦτον ἔχουσι ταῖς πρὸς ἡδονὰς δαπάναις, *qui opibus instructi, divitias habent idoneas sumtuum in voluptates faciendorum subministratrices*: uti Veterum quidam dixit. Ita de Madianitis Josephus, ὑπὸ εὐδαιμονίας καὶ ἁβροδίαιτοι ἐτύγχανον, *propter opum magnitudinem valde luxuriose vivebant*, lib. 4. Antiq. cap. 7. & de Siculis Diodorus, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς εὐπορίας, πάντες σχεδὸν ἐζήλωσαν τρυφὴν, *ob summam omnium rerum affluentiam, cuncti fere luxui se dederunt*, lib. 34. Et de Romanis nota est Scriptorum querela, cum opibus ac spoliis Asiaticis luxum quoque in eorum mores invectum fuisse. Babyloniis autem idem usu venisse; testis est Curtius, lib. quinti cap. 1. scribens eos (idque tempore Alexandri, quando non, uti ætate Jeremiæ, magni imperii ipsa caput erat Babylonia, sed ex Persici imperii provinciis una) in ludos convivales, vinumque ac ebrietatem maxime effusos fuisse.

7. Ast alterâ hac similitudine indicare voluit Propheta vitia ex ista rerum abundantia, é-que voluptario isto vivendi genere, Babyloniis porro ingenerata, præcipueque libidinem, quæ fere individua est luxûs ac deliciarum assecla. Sane Aristoteles recte observavit, ὡς πλησμονῇ εἶναι κύπριν, *satietati comitari Venerem* (probl. Sect. 10. § 49.) & Valerius, *libidinem ex iisdem vitiorum principiis, ac luxuriam, oriri* (lib. 9. cap. 1.) idemque alibi (lib. 2. cap. 1.) bene scripsit, *proximum à Libero patre intemperantiæ gradum ad inconcessam Venerem esse consuevisse*: sicuti contra certissimæ est veritatis tritissimum verbum, *sine Cerere ac Baccho Venerem frigere*. Et Sacræ Literæ insigne hujus rei exemplum nobis præbent in Sodomitis; qui summa omnium

rerum

rerum affluentia utentes, quum totos se voluptuariæ vitæ ac deliciis immersissent, omnium mortalium libidinosissimi effecti sunt, sicuti Propheta Ezech. cap. 18. & Geneseos historia clare docent. Et Babylonios eodem modo se gessisse, ut ex abundantia in luxum versi, inde porro ad fœdiores voluptates se projicerent; ex historia certò constat. Quam pudendæ enim libidinis fuerint, declarat Curtius; qui *nihil ejus urbis moribus corruptius* incusans, inquinatissimos fuisse omnis generis stupris ac flagitiis, ista-que per summam impudentiam palam, atque in ipsis quoque conviviis exercuisse, fuse docet (lib. 5. cap. 1.) quibus addi possunt, quæ Herodotus libri primi cap. 199. de turpissima Babylonicarum fœminarum consuetudine memorat; è quo tanquam specimine facile est reliquam istorum hominum spurcitiam æstimare. Hoc igitur vitium, libidinem dico atque infamem lasciviam, per hæc verba תצהלו כאבירים Jeremias Babyloniis exprobrat. quodsi illa vertas, *mugitis sicut tauri*, neque hunc sensum inde tam apte elicies (non enim mugitus est libidinis signum in tauris, aut saltem non æque ac hinnitus in equis) neque alium ullum commodum, atque præsenti Prophetæ sermoni idoneum.

8. Nam quod Jun. & Trem. ad suam hujus versus interpretationem, *Quum abundaveritis ut vitula herbilis, & claram vocem edideritis ut robusti juvenci*, adnotant, *Delicias Babyloniorum, & perditum luxum Hilariorum denotat*: si notam hanc ad utrumque istius versus membrum extenderunt (uti sane videntur fecisse) ego non video qua ratione id fecerint, nec quod luxûs signum sit in *clara juvenci voce*, id est, ut missis ambagibus plane loquamur, *mugitu*: quippe claram vocem aliter, quàm mugiendo, juvencus non edit. Nihilo-que probabilius est quod Stephanus ad Tigurinorum optimam hujus loci interpretationem, *sicut caballi hinnivistis*, annotans, verba hebræa posse transferri, *instar taurorum fortium mugiistis*, addit, *qui partâ de aliis tauris victoriâ mugiunt*: quod videtur hausisse à Pagnino, qui hunc locum sic vertit, *exultastis sicut tauri habitâ victoriâ*. Æque hoc, inquam, improbabile est; quandoquidem tauros lætitiam suam ex parta victoria natam mugiendo testari, non suffragatur experientia. quippe vocem istam iræ potius & minarum (uti doloris quoque, & desiderii) quàm gaudii & exultationis indicem habentes, non tam post victoriam mittere eam solent, quam ante prælium, dum in id se parant, ac ubi id jamjam inituri sunt: unde illud Virgilii 12. Æneid.

Mugitus veluti cum prima in prælia taurus
Terrificos ciet: ——

Et

Et Silii, 16. Punic.

——— Avia clauso
Molitur saltu certamina, jam-que feroci
Mugitu nemora exercet : ———

Itemque Papinii, 11. Theb.

Sic ubi regnator, post exulis otia tauri,
Mugitum hostilem summa tulit aure juvencus,
Agnovitque minas : ———

Quibus addatur etiam Oppianus 2. Venat. versibus 50. 58. & 59.

9. Omnino itaque de equis 'אבירי' hic acciplendum, quod & factum à maxima Recentiorum parte. quippe Munst. vertit, *equi magnifici* Step. Calv. Olia. *equi fortes* : Marin. Pisc. Schind. *robusti equi*: Luth. **starken gaule** : Genev. *puissants chevaux :* Ang. vet. **strong horses** : Bel. **stercke peerden**: (quæ *epitheta* esse superflua, ex supradictis constat) Cast. *sonipedes* : Oecol & Val. *equi* : *cavallos* : Diod. *destrieri* : Gal. vet. *palefrois* : Zuin. *admissarii* : & omnium accuratissime Tig. *caballi* :*hinnivistis sicut caballi*. Isto autem pacto expositum istud comma, 'ותצהלו כאבירי', sententiam ac similitudinem continet optime facientem ad præsentem Prophetæ scopum, eumque insigniter illustrantem. Est enim hoc animal libidinosum admodum ; & libido ejus, autoribus decantatissima. Namque ut omittamus, quæ de fœminarum in hoc genere summa salacitate narrant Arist. 6. Hist. Anim. cap. 18 Virg. 3. Georg. & Colum. 6. cap. 27. de utroque sexu scribit ibidem Columella, *Id præcipue armentum, si prohibeas* [*à coeundo*] *libidinis extimulatur furiis* : & de maribus tantum Virgilius,

Nonne vides ut tota tremor pertentet equorum
Corpora, si tantum notas odor attulit auras [*odorem fœmina.*]
Ac nec eos jam fræna virûm, nec verbera sæva,
Non scopuli rupesque cavæ, atque objecta retentant
Flumina.&c. ———

Hujus, autem affectus indicium esse hinnitum ; atque libidinis stimulis agitatos, fœminarumque desiderio, solere equos hinnitum edere, notissimum est : & Darii equiso eo optime uti scivit ad regnum hero suo conciliandum, prout Herodotus lib. 3. Valerius lib. 7. Polyænus lib. 7. cap. 10 & Justinus lib. 1. narrant. Ælia. lib. 14. cap. 18. τὸν ἵππον τὸν χαλκοῦν. ὧς ἐρῶσιν ἵπποι, καὶ ἐπιβαίνοντες, καὶ ἐγχρίμπτεσθαι ἐθέλουσι, καὶ χρεμετίζουσι θεασάμενοι χρεμέτισμα ἐρωτικόν. Sirach 33. 6. Ἵππος εἰς ὀχείαν, ὑποκάτω παντὸς ἐπικαθημένου χρεμετίζει.

Ovidius

Ovidius 2. Rem. Amor.

Difficile est taurum visa retinere juvenca:
Fortis equus visa semper adhinnit equa.

Oppianus 1. Venat.

——— Ἀπὸ δ' ἱππάδα τῆλοσ' ἐρύκειν,
Ὄφρα τι μὴ χρεμέθωσι, λιλαιόμενοι φιλότητος,

Equam procul arcete, ne hinniant, veneris desiderio acti. & rursus:

Ὡς ἵππον ἀπέχοντα, γαμήλιά τε χρεμέθοντα
Πρόσθεν ἑῆς ἀλόχοιο, ———

Equum avidum, ac coitus desiderio hinnientem coram sua conjuge.

CAP. V.

Nostræ istorum verborum, ותצהלו כאבירים *expositioni suffragari alterum ejusdem Prophetæ Jeremiæ locum, cap. 5. vers. 8.* סוסים מוזנים משכים היו איש אל-אשת רעהו יצהלו: *ubi* participium מוזנים *male redditum à Chaldæo & Græco Interprete.* 2. *Eadem vox male exposita à Jarchio. verus ipsius intellectus traditur.* 3. *Etiam* משכי' *minus bene redditum à Chald. Esraid. Aquila, Symm. & Theodot.* 4. *Jarchi ac Kimchi, cum Recentioribus omnibus, habent pro* participio *verbi* השכים: *quod ipsum quoque rejicitur.* 5. *Nostra super isto vocabulo sententia,* admissarios *eo significari.* 6. *Hieron. & Syrus nobis in ista expositione concordant.* 7. *Totius versiculi mens exponitur.* 8. *Nostra istorum verborum,* ותצהלו כאבירי' *expositio, quæ ex istius versiculi collatione plurimum confirmetur, summatim repetitur.* 9. *Alium præterea sensum istis verbis,* ותצהלו כאבירים, *contineri:* 10. *Et Prophetam iis non libidinem tantum, sed fastum quoque & insolentiam Babyloniis exprobrare.*

QUod modò dicebamus de summa equorum salacitate, ejus rei ipsa quoque Scriptura alicubi clara testimonia perhibet. namque, ut nihil dicamus de loco illo Ezech. 23. 20. וזרמת סוסים זרמתם (quibus verbis cum significetur equos plurimo semine abundare, unà quoque, eos esse libidinosissimos, indicatur) ipse hic Propheta Jeremias, in cujus loco explicando ibi versabamur, alibi hoc satis clare docet, & esse equos in libidinem valde pronos, & solere hinnitum

hinnitum istius inclinationis testem emittere. quippe prætercuam quod cap. 13. vers. 27. מצהלות usurpat pro synonymo τῷ זנות & נאפים *scortationis & adulterii*; quasi diceret, rabiosum in libidines impetum, qualem hinnitibus equi testari solent (cujus sensus ne umbram quidem Kimchius assecutus est, qui מצהלות putaverit *lætitiam* hic significare) capitis quinti versu octavo ita scriptum est, סוסים מוזנים משכים היו איש אל-אשת רעהו יצהלו quibus verbis ut Judæorum effrænes in illicitam Venerem & adulteria furiæ efficaciter ob oculos ponerentur, dicit eos fœminis adhinnire non secus, quàm equabus lascivi equi soleant. Ut autem elegantia & energia hujus similitudinis clarius percipiatur, unam alteramque in ea difficultatem oportet expediamus. Participium מוזנים Chaldæus valde inepte reddidit אגרויסין, *agrestes, feri*; Græci verò θηλυμανεῖς, & secutus eos Hieronymus, *amatores in fœminas*; qua interpretatione sensûs, cum quo optime congruit, majorem rationem habuerunt, quàm ipsius vocabuli, quod nequaquam potest habere eam significationem, etiamsi foret (ut ipsis fortasse visum fuit) *participium* ab הזנה. quippe tunc vertendum esset κατεμπορνευμένοι, *stupro prostituti*: quæ significatio ab altera illa plurimum differt, & ab hoc loco plurimum aliena est: ac puncta etiam huic voci ascripta minime permittunt, ut pro isto participio habeatur.

2. Rabbi Solomon exponit *armati*, acsi esset *participium* à זון, transpositis literis, מיוזנים, quomodo Masorethæ legendum monent, pro מזינים: contra quam expositionem non pauca dici possunt, namque ejusmodi literarum transpositio satis insolens est, ideoque non temere, neque nisi in re admodum evidente, ad eam confugiendum est: & verbum hoc non est hebraicum, sed chaldaicum, qualibus Jeremias uti non solet. sed & sensus aperte respuit hanc interpretationem. namsi *armatos* proprie accipias, id plane hic est ἀπροσδιόνυσον, nihilque frigidius, atque à Prophetæ scopo alienius dici potest, quàm quod pro hac interpretatione dicit Mariana, *phaleris armatos equos esse ferociores*; præterquam quod phaleræ non armant equos, sed ornant. Sin verò tropice intelligas, ac per *armatos* cum Jarchio denotari putes *magnis genitalibus instructos*; probandum erat hanc metaphoram esse Hebræis usitatam. non enim, si forte in quacunque alia lingua solet hic tropus usurpari, inde statim sequitur, Hebræos quoque illo usos fuisse; cum multi modi loquendi, qui in una aliqua lingua sunt familiares, in alia sint plane inauditi. ac præterea non putamus ullam esse aut fuisse linguam, quæ nosceret hanc metaphoram, ut *armati*, ita nude & absque

ulla

ulla adjectione, pro *bene mutoniatis* dicerentur. Reliquis igitur præferendi sunt ii, quibus מתנים (ita legendam puto hanc vocem, atque ita punctandam, rejectis Masorethis, qui in margine מיזנים substituunt) est *participium* à זון sive הזין, significante *alere*, *pascere*, unde etiam fit nomen מזון *alimentum*; quod & Kimchio in comm. placuit, & recentioribus fere omnibus. namque ut Vernaculos omittamus, Pagn. vertit, *saturati*: Marinus, *saturi*: Oecol. Arias, Trem. Pisc. *pasti*: Munst. Tigur. Calv. Cast. *saginati*.

3. Altera hujus loci difficultas est in משכים, quod Græci plane omiserunt. Chaldæus transtulit אתרין; quæ vox, si in mendo non cubat, videtur participium esse verbi אתר, cujus tum significatio latius porrigenda est, quam à Buxtorfio factum, qui ad solum camelorum coitum restringit, quum hinc appareat, ad equos etiam pertinere, sed מזני istum intellectum habere, ac de coitu exponi nullo pacto potest. Abenesra, memorante Kimchio in Radicibus, putavit esse gentilitium à משך regione, cujus equi essent valde salaces & libidinosi. & videtur ista expositio firmari etiam ex Oppiano, qui dum præstantes equos in nationes dividit, μάζηκας inter alios nominat, Κρῆτες, Μάζηκες, Ἀχαιοί. sed nondum constat משך esse Mazacas (quo nomine una supra Mæotim, altera in Africa gens fuit) vel Cappadociæ urbem Mazacam; à quorum alterutro nomen hoc gentilitium formavit Oppianus, & potius à priori; cum mox Cappadocum equorum per se mentionem faciat. Et si constaret משך vel gentem Mazacas, vel urbem Mazacam significare; non habet tamen vocabulum hoc gentilitii nominis formam; quippe à משך non משכים sed משכיים fieri deberet. quare istam quidem expositionem, ut minus probabilem, missam faciamus. Altera est Aquilæ, Symm. & Theodot. qui omnes tres unanimiter verterunt ἕλκοντες, *trahentes* acsi esset *participium* à verbo משך. Sed neque puncta id patiuntur (scribendum enim erat משכים per *holem* in prima, non per *patach*, ut nunc est) neque sensus, qui commodus inde nullus redundat. nam quod Hieron. in comm. scribit, *transtulerunt* ἕλκοντες, *ut ostendatur magnitudo genitalium, juxta illud Ezechielis, Quasi asinorum carnes, eorum carnes*: ego non video qua arte aut probabilitate ista expositio, quam hic affert Hieron. ex isto interpretamento elici possit.

4. Iarchi & Kimchi (quos magno consensu sequuntur Recentiores, tum Latini tum Vernaculi) משכים deducunt à שכם, & *adverbialiter* accipiunt pro *mane*, *matutine*. Sed neque isti interpretationi assensum præbere possum. quippe illi adversatur linguæ consuetudo, quæ postularet dici משכימים in *plurali numero*, quum nomini *plurali*

rali סוסים adjungatur; sicuti Hoseæ 13. 3. (quem locum fulciendæ huic suæ expositioni advocant) משכים est *singulare*, quia *singulari* טל copulatur. & sensum quoque minime aptum ista interpretatio parit. quippe illud Stephani, *mane* positum esse pro *singulis diebus mane*, id autem pro *quotidie (synecdoche partis pro toto)* nemo non videt quàm durum sit & coactum. Sed & Kimchius (quem major pars sequitur) minime probabilia affert, sic scribens: אמר חנה הם כסוסים אשר נתנו להם מזון רב בלילה והם שבעים בתאותם ובבקר יצאו ויצהלו וצהלתם היא נתינת קולם בשמחה כן הם ינאפו בלילה עם נשי רעיהם וימלאו תאותם ובבקר יצאים שמחים מתהללי׳ ברעתם *Dicit eos esse instar equorum, qui, dato ipsis copioso pabulo per noctem, atque expleto desiderio ipsorum, mane exeuntes hinniunt; hinnitu, quem edunt, proficiscente à gaudio: ita ipsos noctu adulterium committere cum uxoribus proximorum suorum, & cupiditates suas explere; mane-que exeuntes lætari atque gloriari de nequitia sua.* quæ expositio admodum frigida est, atque à Prophetæ mente alienissima. quippe haudquaquam de lætitia loquitur, quam capiant equi ex alimentorum ubertate, déque hinnitu, talis lætitiæ teste: sed verbis hisce non aliud quàm summam in equis libidinem notat, ut salacissimi animalis exemplo flagitia Iudæorum, turpi Veneri effraniter indulgentium, tanto clarius ob oculos ponat. Optimè hic Hieron. *Tantam ostendit insaniam libidinis, ut non solum appetitum voluptatis, sed & χρεμετισμὸν, id est, hinnitum vocet, & servet equorum ad libidinem furientium metaphoram.*

5. Rejectis igitur aliis expositionibus, ego puto משכים esse *plurale* à *singulari* משכה, quod sit *nomen participiale* seu *participium nominascens* à verbo השכה. & quum in τοῖς ἅπαξ λεγομένοις ambigui intellectus (de quorum numero hoc est) ad eruendam significationem duæ tantum sint viæ, vicinarum dialectorum suffragatio, & ipse sensus, & prius adminiculum hic desit; ego altero subnixus non dubito, quin משכים *admissarios* significet, quum nullum vocabulum cogitari possit, quod præsenti negotio aptius quadret. quum enim immanem ac vesanam Iudæorum libidinem rabidamque nequitiam insigni à brutis comparatione oculis subjicere vellet Propheta; non contentus elegisse equos, quorum notus est super cætera animalia hac in parte excessus, inter ipsos equos elegit *admissarios*, utpote reliquis equis longe etiamnum libidinosiores: quandoquidem ad hoc officium & generosiores (qui fere magis, quàm vulgares equi, in venerem præcipites) ut plurimum admoventur, & ingenita ipsis salacitas ubertate alimoniæ magnopere adaugetur

adaugetur atque irritatur. & hæc est ratio adjuncti illius epitheti מוזנים, quo non tam significantur liberaliter pasti, atque largo pabulo utentes, quàm peculiari cura cibati, atque (ut optime Munst. Tigur. Calv. & Castal. verterunt) *saginati*, quomodo nimirum admissarii saginari solent; qua de re Virg. 3. Georg.

——— Omnes
Impendunt curas denso distendere pingui,
Quem legere ducem, & pecori dixere maritum,
Pubentesque secant herbas, fluviosque ministrant,
Farraque, ne blando nequeant superesse labori:

Et Colum. lib. 6. cap. 27. *Eo tempore, quo vocatur à fœminis, roborandus est largo cibo, & appropinquante vere, ordeo ervoque saginandus, ut veneri supersit. quidam etiam præcipiunt eodem ritu, quo mulos, admissarium saginare, ut hac sagina hilaris plurimis fœminis sufficiat.* quibus addatur etiam iste Galeni locus, è lib. 1. de Facult. Alim. Ἐστὶ δ' οὐχ ἧττον κυάμων ἔδεσμα φυσῶδες ὁ ἐρέβινθος, ἰσχυρότερον δὲ ἐκείνων τρέφει. ἐπεγείρει δὲ καὶ τὰς πρὸς συνουσίας ὁρμὰς, πεπιστευμένος ἅμα τῷ — καὶ σπέρματος εἶναι γεννητικός. ὥστε καὶ τοῖς ὀχευταῖς ἵπποις ἕνεκα τούτου ἐσθίειν διδόασιν αὐτούς. *Cicer est alimentum non minus flatuosum quam faba, sed validius tamen nutrit: præterea-que impetus ad venerem excitat, crediturque præter flatulentiam habere etiam vim seminis generandi: & idcirco equis admissariis eos in pabulo præbent.*

6. Probabiliter autem suspicari licet, Hieronymum super hujus vocabuli משכים notione idem nobiscum sensisse, ac per *emissarios* (quomodo ipse transtulit) nihil aliud quàm *admissarios* intelligi voluisse; quum & in Plauti Mil. Glor. ubi nonnulli codices *admissarium* habent, alii *emissarium* legant. Et de Syro dubitari non potest, quin nobiscum stet: quandoquidem priorem hujus hemistichii partem ita vertit, איך רכשא אושנא עהרא הוו id est, *sicut equi admissarii salaces fuerunt.* מוזנים reddidit *salaces*, idque omnino bene, si non tam respicias ad propriam ipsius vocis vim, quàm ad mentem Prophetæ, qui hic saginæ mentionem non ob aliud facit, nisi in quantum libidinis fomes est & incitabulum. ast אושנא, quo משכים reddidit, *admissarios* plane significat. quod autem vocum ordinem immutavit Syrus, in eo nihil præter morem suum fecit, quum hoc ipsum & aliis permultis in locis factitaverit, præsertim ubi in Hebraico inversus vocum ordo videbatur: quod hic videtur locum habere. naturalis enim sermonis ordo potius postulet ut dicatur, *equi admissarii saginati*, quàm *equi saginati admissarii*: nisi si dictionibus illis סוסים מוזנים *admissarios* periphrastice significan-

significantibus, illud מַשְׂכִּים ex abundanti atque per *epexegesin* superadditum est; id quod ego quidem existimaverim, præsertim quum sciam hanc loquendi formam Hebræis esse valde familiarem.

7. Totius igitur hujus versiculi ista mens est : Quomodo equi admissarii qui & suapte natura in venerem summopere proni sunt, & saginæ fomite istam inclinationem plurimum adauxerunt ; vel visâ tantùm eminus equâ, aut percepto duntaxat ejus odore, libidinis stimulis exagitantur, atque ad coitum præcipites feruntur, idque suum desiderium crebro hinnitu testatum faciunt : ita & Judæi fœdis istis cupiditatibus adeo sese mancipaverunt, ut vix conspicere fœminam possint, quin statim inconcessi furoris œstro sollicitentur, ac veluti amentes in illicitos amplexus ruant, nihilque non faciant, quo sceleratis desideriis potiantur : *& fervidæ libidinis debacchatione grassantes* (ut usurpemus verba Salviani è libro septimo, ubi de isto vitio agens, etiam hunc Jeremiæ locum advocat) *in quamcunque eos primum fæminam ardens impudicitiæ furor traxerit, irruunt.* Est autem apud Ciceronem locus huic valde similis, ubi impurissimum hominem, in nefarias voluptates ac stupra projectum, itidem *admissario* comparat, illumque immodicum in luxuriam ac libidines impetum, *hinniendi* vocabulo exprimit (orat. in Pisonem) *Itaque admissarius iste simulatque audivit, à Philosopho voluptatem tantopere laudari, sic suos sensus voluptarios omnes incitavit, sic ad illius hanc orationem adhinniit, ut non magistrum virtutis, sed autorem libidinis à se illum inventum arbitraretur* : ad quem locum Stephanus in Thesauro L. L. recte adnotat, *adhinniit* sumi pro *exarsit in voluptatem* ; & *admissarium*, pro *homine libidinis pervagatæ, ad omniumque fœminarum libidines exposito.* & Plautus quoque in Mil. Glor. hominum veneri nimiopere pronum, *admissarium* appellat :

——— tu quidem
Ad equas fuisti scitus admissarius,
Qui consectare quà mares quà fœminas.

Etiam Arnobius lib. 5. de Iovis cum Cerere matre incesto agens, quod prius dixerat, *in matrem libidinibus improbis, atque inconcessis voluptatibus æstuavit*, postea sic effert, *in matrem efferati pectoris appetitione adhinnivit*,

8. Iam ex comparatione istius loci, prout à nobis declaratus est, plurimum illustratur ac confirmatur explicatio istius hemistichii, ויצהלו כאבירים præcedenti capite à nobis allata, ac sensus istorum verborum, qui vel per se, consideratâ equorum naturâ, admodum est apertus

apertus attendenti, ex ipsius collatione fit apertissimus: neque relinquitur amplius hæsitandi locus (nisi me plane ratio fugit) quin iis verbis Propheta Babyloniis proclivitatem in fœdas voluptates, ac turpem libidinum licentiam exprobare voluerit; sicuti priori hemistichio affluentiam omnium rerum atque luxum iis objecerat.

9. Sicuti autem certissimum puto, Prophetam ad istum, quem diximus, scopum cum hac comparatione collimasse; ita fieri potest, ut non id tantum, sed & aliam præterea vitiosam Babyloniorum conditionem sub hujus similitudinis involucro repræsentare voluerit. Etenim ut equi libidine solicitati hinnire plurimum solent; ita hinnitus non est perpetuus libidinis index, sed & alias hinniendi causas habent equi. Et ut reliquas missas faciamus, utpote proposito nostro minus conducentes; ex animi elatione, ac quadam veluti insolentia & superbia, hinnire non raro solent. Quippe equus, non quidem vilior ac plebeius, sed generosæ stirpis atque indolis, & lautius curatiusque habitus, est animal valde gloriosum, atque ut Græci loquuntur, γαῦρον. quod facile percipiet, quisquis eos viderit

Insultare solo, & gressus glomerare superbos,

uti Virg. de iis loquitur. & hanc ipsorum proprietatem graphice ob oculos ponit Ælianus lib. 2. cap. 10. his verbis: Ἔστι μὲν καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἵππος γαῦρον· καὶ γὰρ καὶ τὸ μέγεθος, καὶ τὸ τάχος αὐτοῦ, καὶ τοῦ αὐχένος τὸ ὑψηλὸν, καὶ ἡ τῶν σκελῶν ὑγρότης, καὶ ἡ τῶν ὁπλῶν κροῦσις, πάντα εἰς φρύαγμα καὶ τῦφον ἀνάγει, *Est quidem & aliunde equus animal elatioris animi. namque & magnitudo, & velocitas, & cervicis sublimitas, & crurum flexilitas, & ungularum sonus, cuncta ipsi fastum & insolentiam conciliant.* Solere autem tales equos persæpe, nullam aliam ob causam, nisi ad testandam animi elationem & alacritatem, hinnitus edere, certum est experientiâ: cui consentanea sunt illa Virgilii,

Emicat, arrectisque fremit cervicibus alte
Luxurians,—11. Æneid.

Poscit equos, gaudetque tuens ante ora frementes, 12. Æneid.

Eodemque facit Hispanicum proverbium, *Cavalloque no sale del establo, siempre rehincha: Equus qui non egreditur stabulo* (id est, qui laute curatur, & in jugi sagina extraque labores habetur) *semper hinnit.* Lucretius lib. 5.

Denique non hinnitus item differre videtur,
Inter equas ubi equus florenti ætate Juvencus
Pennigeri sævit calcaribus, ictus amoris,
Et fremitum patulis sub naribus edit ad arma.

Sed

Sed & ex animositate atque periculorum contemtu hinnire iis solenne est; quò & loci illi Virgilii modò recitati trahi possunt, & sequentes eodem spectant,

——— Fremit æquore toto
Insultans sonipes ———

11. Æneid.—& ibidem paulo post

——— spicula vibrant
Adventusque virûm, fremitusque ardescit equorum.
Jamque intra jactum teli progressus uterque
Substiterant; subito erumpunt clamore frementesque
Exhortantur equos. ———

Itemque illud Silii lib. 1.

Martius huic sonipes campos hinnitibus implet.

10. Hisce igitur perpensis, verisimile est Jeremiam Chaldæis comparatione ista, à caballis hinnientibus ducta, non libidinem tantum ingessisse, sed animi quoque insolentiam atque superbiam in se efferendo de reportatis tot tantisque victoriis, de-que præsenti fœlicitate; & in contemnendis periculis, atque omni eorum metu longe à se, tanquam supra ipsa positis, repellendo. Res enim secundas, & opum affluentiam, solere hoc quoque vitium superbiæ, confidentiæ, atque securitatis, animis hominum ingenerare, notissimum est, & passim Scriptores loquuntur, tum sacri, tum profani. Et ipsi Babylonii quanti in media prosperitate fastûs fuerint, vel ex eo æstimare licet, quòd accisis undique rebus, & obsidione cincti, temperare tamen sibi non potuerunt, quin Cyrum cum victore exercitu, à quo tot clades passi fuerant, ultro etiam irriderent. οἱ δ' ἐν τῷ τείχει (inquit Xen. lib. 7. παιδ.) κατεγέλων τῆς πολιορκίας, *illi in urbe ridebant obsidionem.* & Propheta Jeremias in hoc ipso capite 50. expressis verbis sæpius supremæ ac vesanæ cujusdam arrogantiæ & insolentiæ eos insimulat vers. 29. & 31. & 32. Propheta quoque Esaias cap. 47. multus in eo est, ut Chaldæorum ingentem superbiam atque sui fiduciam exagitet, præsertim versibus 7. 8. & decimo; quorum inspectio plurimum, id quod nos hic dicimus, confirmavit. Quanquam igitur præcipue vesanas libidines, furoremque in venereas turpitudines, Babyloniis hac caballorum hinnientium comparatione objecit Jeremias; omnino tamen verisimile est, eum alterum quoque hoc vitium eâdem comprehendere atque exprimere voluisse.

CAP.

CAP. VI.

Instituitur enarratio Periochæ ex capite 39. Jobi, de Equis tractantis. Apponuntur versus Virgilii, itemq; Oppiani, ad istius illustrationem facientes, atque generosorum equorum dotes summatim complexi. 2. *Versu 22.* רעמה *prave vertitur à Græco, Syro, Chaldæo, Pagnino, Jarchio & Esraide.* 3. *Recentiores plerique cum Symmacho, Theod. & Hieron.* pro sonitu & hinnitu *acceperunt.* 4. *Argumentum contra istam interpretationem ex adjuncto vocabulo* צואר, *quod Hebræi nunquam inter vocis instrumenta nominent.* 5. *Non obstare huic nostræ assertioni locum illum Psalmo 75.6.* חדברו בצואר עתק, *ex plerorumque Interpretum consensu ostenditur.* 6. עתק *non esse* adjectivum *in isto loco, ut vulgo putant, sed* substantivum. 7. *Verus istius vocis significatus enucleatur. epilogus eorum, quæ de* תדברו עתק *hactenus dicta sunt.* 8. *Interpretatio nostra vocis* בצואר arroganter, *firmatur ex Jobi 15. 26. ubi eodem modo sumitur. genuinus istius loci sensus breviter explicatur.* 9. *Alterum argumentum, quo minus* רעמה *possit significare* hinnitum, *desumtum à verbo* הלביש vestire, *quod plurimis quidem rebus metaphorice tribuatur, hinnitui tamen accommodari non possit.* 10. *Nostra opinio,* רעמה *significare* Jubam; *cujus mentionem hic esse commodissimam monstratur.* 11. *Interpretatio & brevis expositio istius hemistichii,* התלביש צוארו רעמה, *ex antedictis deducta. A Cajetano & Lyrano nonnihil dictum, quod cum nostra expositione congruat.*

QUum in præcedentibus capitibus multa de Equis dixerimus, placet ipsis hic subnectere enarrationem Periochæ è Jobi capite 39. à versu. 22. ad versum 29. (sive, ut alii illud Caput dividunt, à versu 19. ad versum 26.) quæ de hoc animali tota tractans, & præcipuas ejus dotes eleganti admodum, atque adeo florido & poetico orationis genere (quo totus fere liber ille contextus est, & eximie præ cæteris caput istud) complexa, multa continet non satis ab Interpretibus percepta: Quandoquidem autem Virg. 3. Georg. & Oppianus primo κυνηγ. dum generosiorum equorum dotes atque laudes breviter percensent, pleraque eadem dicunt, quæ hic in Jobo de iis dicuntur, quare & ad ampliorem hujus loci illustrationem verba ipsorum subinde ad partes vocanda nobis erunt; melius fuerit, utriusque locum hic in limine integrum repræsentare, quo decerptarum inde particularum sensus tanto

melius ac facilius à lectoribus percipi possint. Virgilii versus, huc pertinentes, isti sunt:

Continuo pecoris generosi pullus in arvis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit.
Primus & ire viam, fluvios tentare rapaces
Audet, & ignoto sese committere Ponti.
Nec vanos horret strepitus ———
——— tum siqua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit: micat auribus, & tremit artus,
Collectumque premens volvit sub naribus ignem.
Densa juba, & dextro jactata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos spina, cavatque
Tellurem, & solido graviter sonat ungula cornu.

Oppiani autem, isti:

Κείνους εἰς πόλεμον μεγαλήτορα θωρήσσειο,
Αἴθωνάς τ' ἐπὶ θῆρας· ἐπεὶ μάλα θαρσήεντες
Ὅπλοις ἀντιάαν, πυκινὰς ῥῆξαί τε φάλαγγας,
Θηρσί τ' ἐναντίοισιν ἐναντία δηρίσασθαι.
Πῶς μὲν γάρ τε μάχῃσιν ἀρήϊος ἔκλυεν ἵππος
Ἦχον ἐγερσιμόθων δολιχῶν πολεμήϊον αὐλῶν;
Ἢ πῶς ἄντα δέδορκεν ἀσκαρδαμύκτοισιν ὀπωπαῖς
Αἰζηοῖσι λόχον πεπυκασμένον ὁπλίτῃσι;
Καὶ χαλκὸν σμαραγεῦντα, καὶ ἀστράπτοντα σίδηρον;
Καὶ μάθεν εὖτε μένειν χρειώ, πότε δ' αὖθις ὀρούειν,
Καὶ μάθεν εἰσαΐειν κρατερῶν σύνθημα λοχαγῶν.

qui versus Oppiani ita latinè sonant, *Illos ad bellum acre armaveris, Inque animosas feras; quia admodum audaces sunt Ad occurrendum armis, & confertum agmen perrumpendum, Atque ad depugnandum cum martiis feris. Quomodo enim* [i.e. quàm interritè] *martius equus in praeliis exaudit longarum tubarum sonum bellicum, praelii signum dantem? Aut quomodo inconnivis oculis contra intuetur Cohortem stipatam juvenibus armatis, Atque aes fulgidum, & ferrum coruscum? Et novit quando manere oporteat, ac quando rursus prorumpere: Atque fortium ducum signum rectè exaudit* [*atque intelligit.*] Isti sunt duo loci, quos ex Virgilio atque Oppiano praemittere placuit. nunc ad rem ipsam accedamus.

2. Omisso priore versus 22. hemistichio, utpote in quo nulla plane difficultas, posterius ita habet: התלביש צוארו רעמה ubi quid pro רעמה legerint Graeci, qui φόβον, & Syrus ac Chaldaeus, quorum ille, זינא, *arma*,

arma, hic תוקפא robur reddiderunt, non expeditum est divinare. sed hoc apertum est, interpretationes istas, uti inter se diversissimas, ita ab hebraica quoque voce plurimum discrepare, ac nullam prorsus cum ea affinitatem habere: quomodo & Pagn. qui eam reddidit *tremorem*, non satis ad eam attendisse censendus est. Videtur autem iste secutus Jarchium & Esraidem, qui rati in רעמה hic esse eam vim, quæ est in verbo רעם Ezech. 27. 35. eam exponunt בעורר (ita rescribendum in Esraide, ubi perperam עוות ediderunt) & בעתה i.e. *terrorem & perturbationem*: quæ expositio unico verbo everti potest. Nam sive hoc accipias de terrore, quo ipse equus terreatur (cujus mentioni non nisi perabsurdè locus hic dari potest) sive quo alios terreat, collum aut cervix nequaquam est proprium ejus domicilium, nec in quo notæ ejus speciali ratione se exerant. itaque illos mittamus, utpote quorum nulla ratio sit habenda.

3. Reliqui omnes Interpretes, quos quidem viderimus, consentiunt *he* finale hic esse *paragogicum* (uti in לילה נחלה, aliisque nonnullis) ac רעמה idem esse cum רעם, quod proprie *tonitru* significat. atque ita Steph. Merc. Arias, Trem. Mariana, Pisc. Drusius, & Buxt. *καλὰ πόδα tonitru* reddiderunt; per *tonitru* intelligendum putantes (ut Merc. Steph. & Trem. in notis explicant) *fremitum & hinnitum vehementem*; quomodo etiam R. Levi exponit חוזק ועת הקורי והתגבהה והצהלה היוצאת ממנו *intensio ac vehementia vocis, & clarus sonus ac hinnitus quem edit*: quod sane probabilius est, quàm ut *tonitru* dicatur de *strepitu monilium*, quomodo Munst. רעמה vertit, per *monilia* phaleras, ut puto, intelligens. sed si רעמה *tonitru* proprie significans, hic de equi hinnitu dictum est, ut isti voluerunt, tum melius fecissent, si cum Theodotione, Hieron. & Tigur. directè *hinnitum*, aut saltem cum Schindlero *sonitum* transtulissent: quum absurdum sit, ubi vocabulum aliquod interpretandum duas pluresve habet significationes, eam in transferendo retinere, quæ ad propositum minus est accommodata. quippe in diversis linguis voces eæ, quæ in primario intellectu sibi respondent, non solent semper ad secundarias aut metaphoricas significationes æque extendi: certumque est, *tonitru* in latina lingua de equi *fremitu* aut *hinnitu* nunquam, ne ab audacissimis quidem poetis, usurpari. Symmachus autem, qui κραυγὴν transtulit (secuto ipsum Castalione, nisi quod רעמה non pro *accusativo* aut *ablativo* habuit, ut Symm. & cæteri, sed pro *genitivo*, qui à צואר regeretur: vertit enim, *aut ejus clamosam cervicem induisti*) minus quidem iis peccavit, qui primariam significationem retinentes

tonitru verterunt, & secundarium ac metaphoricum ejus intellectum propius exprimere conatus est; sed vocabulum tamen minus conveniens elegit, quum κραυγὴ de equo nequaquam soleat usurpari. Quodsi igitur vera est opinio, quam omnes isti de voce רעמה conceperunt; omnino iis, ut modò dixi, accedendum est, qui eam *hinnitum* transtulerunt. Mihi tamen longe aliud de ea videtur, neque in animum inducere possum ut credam, רעמה de *fremitu* aut *hinnitu* intelligendum; idque ob duas rationes, quarum una ex voce צואר, altera ex הלביש petita est.

4. Quantum ad prius; mentio τῶ צואר me impellit ut putem רעמה haudquaquam de equi voce intelligendum, quia Hebræi non solent collum inter vocis instrumenta nominare; sed ejus loco גרון, quod *guttur* propriè significat, ponere consueverunt, ut Esa. 58.1. Psal. 115.7. & 149.6. videre est. Est quidem *guttur* in *collo*, ac proinde per *metonymiam* vel *synecdochen*, qualis in aliis consimilibus locum habet, videtur hoc pro illo posse usurpari (præsertim quum גרון, quæ vox primariò *guttur* denotat, alicubi pro *toto collo* sumatur, ut Esa. 3.16. & Ezech. 16.11.) & in nonnullis linguis fieri potest, atque adeo in vernaculis aliquot id observavi, *collum* pro *gutture* nominari, ubi de voce edenda sermo est: & Græci quoque, saltem poetæ, id aliquando fecisse deprehenduntur, uti Æschylus in Agamemnone,

——— οὐκέτ' ἐξ ἐλευθέρης
Δέρης ἀποιμώζουσι φιλτάτων μόρον,

non amplius ex libera cervice [vel, *libero collo*] *lamentantur carissimorum mortem*; de captivis Trojanorum liberis loquens, suas suorumque calamitates deplorantibus. Sed quum in formandis linguis, ac linguarum phrasibus, non tam rationis imperium sit, quàm consuetudinis; indeque fiat, ut quod in una lingua tritum atque elegans est, id in alia inusitatum atque ineptissimum habeatur: ab analogia argumentandum non est in hac materia, neque putandum, quidquid in uno idiomate fieri videmus, id in alio statim quoque locum habere. Quanquam igitur in aliis linguis *collum* aut cervix soleat in tali sermone adhiberi, idque *tropi* genere satis usitato; firmum tamen est quod dicebam, quum nulla extent exempla, in quibus צואר ita sumatur.

5. Nam quantum ad locum illum Psal. 75.6. תדברו בצואר עתק (quem Hieron. vertit, *in cervice veteri*: Pagn. *in collo pingui*) primo quidem aspectu speciem habet, acsi huic nostræ assertioni refragaretur: sed propius inspectus, nihil habet quod ipsi adversetur. & quod Kimchius inter alia affert, homines obesos peculiari quodam modo solere

solere è collo loqui, ac propterea hæc ita posse accipi, acsi ii, quos hic compellat Psalmista, ad eum modum verba sua proferrent; vanum esse, per se liquet. Sane Interpretes in hoc conspirant, hic non fieri mentionem colli, tanquam instrumenti loquelæ, sed ad pravos istorum hominum mores, atque præfractam contumaciam denotandam: quod ex appositis ipsis interpretationibus manifestum erit. Tigur. Munst Arias, *nolite præfracto collo loqui*: Stephanus in notis ad Tigurinam Editionem observat pro *collo præfracto* posse etiam transferri *collo pingui*, vel, *duro*; quod utrumque interpretamentum etiam Lyr. exhibet, exponens, *pertinaciter*, Stephano dicente id significare, *cum fastu & superbe*: Cast. & Musc. *cervice præfracto*: Osian. *cervice induratâ*: Bucerus, Calv. Trem. Mariana, ac Moll. *ne loquamini collo duro*; quod Buc. & Moll. exponunt, *arrogauter, superbè, præfractè*; Tremellio apponente hanc notam, *id est, reluctante & renitente adversus voluntatem Dei, metaphorâ ab animantibus refractariis & impatientibus jugi*; Calvino verò istam, *manet ne præfractè loquantur. hoc enim per collum durum vel pingue intelligit, quia fastuosi homines rigida cervice minas suas efflare solent.* similiterque Genebrardus vertens, *collo duro & præfracto*, exponit, *contumaciter, pertinaciter, vel superbè & cum fastu rejecto Dei jugo*. Eadem fuit mens Syri, qui vertit, בצורא רמא *collo excelso*; & Chaldæi quoque, qui sensum, non verba ipsa exprimere cupiens, pro עתק בצואר reposuit בתוקפא ובגדופין *cum violentia & blasphemiis*. Quando igitur dicimus, hunc locum minime adversari assertioni nostræ [Hebræos non solere *colli* meminisse in negotio sermonis] non soli loquimur, sed omnes istos Interpretes habemus opinionis nostræ subscriptores.

6. Dissimulare tamen non possum, eos mihi in isto parum satisfacere, quod עתק pro *adjectivo*, atque *epitheto* τῷ צואר habent; quum potius *substantivum* sit, atque à תדברו regatur. dubitat quidem & Esraides, num altero illo modo hæc exponenda sint; & Kimchius aperte ambigit, atque utramque ita proponit, ut neutram eligat, aut alteri præferat. quum enim dixisset תדברו עתק ודברים חזקים כנגד האל בצואר *loquimini ferocia, & verba dura, contra Deum, contumaciter*: statim hæc subjungit, תדברו בפיכם עם צוארכם שהוא עב ושמן *loquimini ore vestro, cum collo quod obesum est & pingue*: & Bucerus quoque ac Genebr. eadem hæsitatione utuntur. non esse tamen dubitandum de veritate expositionis, quam nos præferimus, ex eo convincitur, quòd in reliquis locis, ubi hæc vox occurrit (qui sunt in universum tres, Psal. 31. 19. & 94. 4. 1 Sam. 2. 3.) semper *substantivi* sive

sive *adjectivi substantivalis* vim habet. Et nobiscum hic sentit, præter Esraidem (qui alterius expositionis ita meminit, ut alteram non obscure præferat) prætereaque Marinum ac Schindlerum (qui vertunt, *ne loquamini in collo durum*) & Zuinglium (*ut contumaciter cogitetis perversa*) etiam Græcus Interpres, cui non sæpe usu venit, ut reliquis oculatior sit, & locum aliis haud satis perceptum ipse perviderit: quod tamen fecit hoc loco, ita interpretatus hoc comma, μὴ λαλεῖτε κατὰ τοῦ θεοῦ ἀδικίαν: ubi illa *contra Deum* est periphrasis τοῦ בצואר (pro quo illos בצור legisse nonnulli putant) & *injustitia* est interpretamentum τοῦ עתק, quomodo etiam Psal. 94. hoc vocabulum verterunt; quum Psal. 31. ἀνομίαν, & 1 Sam. 1. μεγαλοῤῥημοσύνην transtulerint. hæc autem inconstantia, unum idemque vocabulum tam differenter convertendi, valde familiaris isti Interpreti, in hac voce excusatior esse debet, quum reliqui quoque fere omnes similiter in eo titubaverint. Namque Syrus modò עולא *iniquitatem* vertit, modo טלומיא *fraudem* modò שוקדא *falsitatem*. Hieron. 1 Sam. 1. *Vetera*: Psal. 94. *antiquum*: Psal. 31. *dura*. Pagn. & Munst. 1 Sam. 1. *Vetera*: Psal. 31. & 94. *dura*. Cajet. Psal. 31. *durum*: Psal. 94. *forte*: 1 Sam. 2. *fortitudo* (è quibus, duo posteriora perquam inepta sunt) Zuin. Psal. 31. *veteratorie*: Psal. 75. *perversa*: Psal. 95. *frivola*. Tigur. 1 Sam. 1. *asperior sermo*: Psal. 31. *veteratorie*: Psal. 94. *grandia*. Steph. 1 Sam. 1. *verbum arrogans*: Psal. 31. *verba dura*, vel *atrocia*: Psal. 94. *superba, dura*. Chaldæus tantum, & Calv. Marinus, Moll. Schindl. ac Trem. ubique eodem modo verterunt, Chald. גדופין *blasphemias*: Trem. *superbum quicquam, superbe*: reliqui, *durum, dure*.

7. Inter has omnes interpretationes illa Tremellii, & quam 1 Sam. 1. Græci ac Steph. dederunt (quam amplectitur & Osiander, Psal. 94. vertens *tumide*: & Psal. 32. *superbè ac sumtâ arrogantiâ*; quum 1 Sam. 1. sequius verterit, *vetera*, quod porro exponit, *quibus jam diu parum laudabiliter assueti estis*) proxime accedunt ad veram significationem; quæ nequaquam est *durum & crassum* חזק ועב, uti Kimchius in radicibus ait (quod & Hieronymo alicubi visum fuit, & Pagn. in Diction. & Trem. in notis margin. ubique, & Munst. quoque, ac Steph. interdum sequuntur, præter illos quos modò diximus ubique sic vertere) sed idem valet (quod ex diligenti istorum locorum inspectione certò mihi constat) ac nobis *sermo ferox*, seu *verba ferocia*: in qua opinione fuit etiam Borrhaus ad 1 Sam. 1. ubi licet rabbinicam hujus vocis expositionem velut approbans allegat, ipse tamen commode eam atque ad mentem nostram explicat, inquiens: *Hebræis* עתק *est* חזק

ut

ut sit sententia, facessat ex ore vestro ferocia. *asperitas & ferocia Peninnæ in Hannam supra exposita est.* Videtur autem illud, *facessat ex ore vestro ferocia*, transscripsisse à Castalione, qui ita hic vertit; quum alibi minus recte, & pari inconstantia ac reliqui paulo ante memorati, Psal. 31. *atrocia*, & Psal. 94. *verba intoleranda* transtulerit. Quum itaque alibi semper substantivi vim habeat עתק, ego non video causam, quominus etiam in isto loco Psal. 75. ita sumatur; sed omnino id cohærere puto cum תדברו, ac proinde interpretor, *Ne loquamini ferocia arroganter.*

8. Quod בצואר verto *arroganter*, id facio tum autoritate loci paralleli Psal. 31. 19. הדברות על־ צדיק עתק בגאוה ובוז (ubi planis verbis dicitur, quod hic figurato loquendi modo exprimitur, quum illa בגאוה ובוז τῷ בצואר ex adverso respondeant) tum præcipue ob alium Scripturæ locum, ubi בצואר plane eodem intellectu, atque hic, sumitur, puta Jobi 15. 26. in his verbis, ירוץ אליו בצואר, quæ verba R. Levi, Tigur, Steph. Oecol. Cast. Marinus. & Trem. (quos & Vernaculi Interpretes plerique sequuntur) ita accipiunt, ut *affixum* in אליו *ad impium*, & ירוץ *ad Deum* referant; & proinde exponunt, acsi Deus dicatur impetum facturus in impium, eique in collum invasurus, seu incursurus, vel collum ejus involaturus. Sed verissime Piscator, in notis ad hunc locum, *Ipsæ phrases satis arguunt*, inquit, *continuari hic sermonem de factis impii, & insurrectione ejus contra Deum.* & proinde ipse cum Mercero ac Drusio hunc locum ita transfert, *Incurrit in eum collo* [*erecto*] *id est, fastuose*: & Cajet. qui in textu nimis κατὰ λέξιν, *curret ad eum in collo*, recte & ad eundem modum mox explicat, *Est sensus, quod impius instar currentis in collo erecto adversus aliquem, insurget adversus Deum*: necnon Borrhaus, *Fastus & superbia notatur, ad quam significandam Interpres de suo addidit, erecto*: quæ interpretatio longe verior alterâ illâ, assensum habet non modò R. Solomonis (qui בצואר exponit בגובה וזקיפות צואר *cum erectione ac elatione cervicis*) & Lutheri ac Belgarum, itemque Augustini Steuchi (qui cum utramque explicationem proponat, & utrumque sensum ex Hebræo elici posse dicat, hunc tamen posteriorem, qua *peccator* dicitur *adversus Deum erecta cervice currere* magis quadrare affirmat) sed & cunctorum trium Veterum Interpretum, Græci, Syri, atque Hieronymi. namque Hieron. & Syr. בצואר consimiliter reddiderunt, בצורא רמא: *erecto collo*: Græci autem ὕβρει, *cum insolentia*; quod interpretamentum sicuti vocem ipsam Hebraicam non repræsentat, ita sensum ejus plene atque eleganter admodum exprimit. Est enim sumta metaphora à peculiari

peculiari corporis gestu hominum superborum atque insolentium, quibus familiare est, elata altius cervice incedere : unde Esaiæ tertio de fœminis Hierosolymitanis, valde superbi ac procacis fastus, hoc, veluti minime postremum ejus indicium, notatur, eas incessisse נטוית גרון, *extenso collo*, ut Hieron. vertit (Græci ὑψηλῷ τραχήλῳ, Syrus בצורא רמא, & Chaldæus similiter מרימן צואר) ad quæ verba Kimchius hanc notam apponit, אלה דברי גבהות וגאוה *per hæc, superbia & arrogantia significatur.* Quomodo igitur in hoc Jobi loco בצואר positum est pro *arroganter*, *insolenter*, vel *fastuose*; ita etiam Psal. 75. illud intelligendum est : ac proinde apparet hunc locum nequaquam facere contra id, quod dicebamus, non esse in hebraicæ linguæ more positum, ut inter instrumenta vocis τὸ צואר mentionem faciant. quod unum erat argumentum, quare in isto Jobi loco, quem nunc præ manibus habemus, רעמה pro hinnitu accipiendum non putarem.

9. Alterum pro eadem re argumentum suppeditat verbum הלביש, quod non video quomodo ulla ratione possit ad hinnitum accommodari. Ut enim hinnitu, aut quacunque alia voce, quæ per guttur emittitur, collum dicatur exterius circumdari atque vestiri, tam immanis est *catachresis*, ut nullum sani sermonis scriptorem ea velle uti credam; atque omnino persuasum habeam, ex nulla lingua posse ejus exemplum produci. Non ignarus sum verbum לבש, i.e. *vestire* aut *induere*, quàm sæpissime *metaphorice* sumi, idque diversis modis. sed inter eos non est reperire, qui ad hunc accedat omnino. Etenim vel ad res corporeas hæc *metaphora* transfertur, vel ad incorporeas. prioris generis sunt loci, ubi homo carne & cute (Jobi 10. 11.) corpus ulcerosum vermibus (Jobi 7. 5.) terra mari (Psal. 104. 6.) mare nubibus (Jobi 38. 9.) campi pecore (Psal. 65. 14.) cœlum atra caligine (Esa. 50. 3.) vestiri dicuntur. De posteriore genere multa passim occurrunt, diciturque aliquis vestiri Iustitiâ, צדק צדקה, (Iobi 29. 14. Psal. 132. 9. Esa. 59. 17.) Salute, ישע (Psal. 132. 16) Dignitate & Decore, הוד והדר (Iobi 40. 5. Psal. 104. 1.) Magnificentiâ, גאות (Psal. 93. 1.) Potentiâ עז (Psal. 93. 1. Esa. 51. 9. & 52. 1.) Spiritu Dei, (Iud. 6. 34. 2. Par. 24. 20) Desolatione, שממה (Ezech. 7. 27.) Consternatione, חרדות (Ezech. 26. 16.) Pudore, כלמה (Psal. 71. 13. & 109. 29) בשת (Iobi 8. 22. Psalm. 35. 26. & 132. 18.) Opprobrio חרפה (Psal. 71. 13.) Iam eas phrases, quæ in rebus corporeis hanc metaphoram usurpant (in latina quoque lingua admodum frequentes, utpote in qua passim legimus terram, montes, agros, campos, vestiri sylvis, frugibus, gramine, floribus, aliaque similia multa) nihil facere ad

patrocinium

patrocinium ejus expositionis, qua equi collum hinnitu vestiri dicitur, apertū est. sed neque alteras ipsi quicquam favere, æque certū est. Etenim in omnibus iis, quanquam corporis expertibus, possumus aliquam cum operimentis & vestimentis similitudinem atque analogiam imaginari. quod adeo verum est, ut non rarò expressis verbis istæ res vestibus comparentur, dicaturq; aliquis iis tanquam vestimento indui: ut Psal. 109. 18. וילבש קללה כמדו *vestiatur maledictione velut indumento suo* : & versu sequenti תהי לו כבגד יעטה *sit ipsi* [*maledictio*] *instar vestis qua amicitur*. & rursus ejusdem Psalmi vers. 29. ויעטו כמעיל בשתם *pudore suo amiciantur veluti pallio*. Esa. 59. 17. ויעט כמעיל קנאה *& amicivit se æmulatione ut pallio*. eodemque pertinent isti quoque loci, הלבישני בגדי ישע מעיל צדקה יעטני *vestivit me vestibus salutis, pallio justitiæ amicivit me*, Esa. 61. 10. — הוד והדר לבושה *dignitas & decor sunt vestitus ejus*, Prov. 31. 25. — וילבש בגדי נקם תלבשת *vestibus vindictæ vestivit se pro indumento*, Esa. 59. 17. — Iam ut hæc ad rem nostram applicemus; nemo, credo, extabit, qui hinnitum ausit vestimento comparare, dicatque eum equi collo instar indumenti circumponi: atque illud Osiandri, *est hinnitus indicium equi generosi & audacis, decoratque eum, ut hominem decent vestitus*, quanquam cautius prolatum (pro *vestit* vel *induit* substituto *decorat*) vel sic tamen esse frigidissimum, omnes vident. ex quibus id, quod per se satis evidens est, amplius dilucescit, sanam rationem non pati, ut equi collum dicatur hinnitu vestiri; ac proinde aliud, quàm *hinnitum*, per רעמה intelligi debere.

10. Ego sane existimo, רעמה nequaquam esse idem cum רעם, neque cum proprio istius radicis significatu quicquam commune habere, sed esse τῶν ἅπαξ λεγομένων, ac *jubam equinam* denotare; quod ut credam, persuadet mihi sensus ipse, cui ista expositio mirum in modum quadrat. Difficultatem quidem illam de *metaphorico* usu verbi, הלביש, hac receptâ disparere, certissimum est; quum apta admodum & elegans sit hæc locutio, qua cervix equina dicitur jubâ vestiri, & *metaphoricus* verbi לבש usus æque bono jure jubæ applicari possit, ac ulli earum rerum, quas modo in priori classe nominavimus: quare etiam Latini sermonis usu receptum est, ut dicamus animantium corpora pilis ac villis vestita. Iubæ autem mentio hic aptissime injicitur; quia cum præsentis periochæ scopus sit, præcipuas generosi equi notas atque conditiones breviter ob oculos ponere, *juba* quoque suas in hoc negotio partes habet. etsi enim omnes equi, etiam vilissimi, jubati sunt, ac de omnibus ex parte, verum est illud Xenophontis in commentario *De re*

 equestri,

equestri, δέδοται δὲ παρὰ θεῶν κ̓ ἀγλαΐας ἕνεκα ἵππῳ χαίτη, κ̓ προκόμιόν τι κ̓ οὐρά. *donata est equo à Diis ornatûs causâ juba, pilique in fronte, ac cauda:* in generosis tamen ea est copiosior, ac cervicem latius & densius tegit ac obrepit. quare etiam inter generosi animi notas *densa juba* à Virg. & Colum. nominatur, & ab eadem mente est illud ejusdem poetæ,

Talis & ipse jubam cervice effudit equina
Conjugis adventu pernix Saturnus, &c.

Itemque istud ex undecimo Æneidos,

——*Arrectisque fremit cervicibus alte,*
Luxurians, luduntque jubæ per colla, per armos

(quod expressit ex istis Homeri verbis septimo Iliad.

——ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται
Ὤμοις ἀΐσσονται)—

Atque hoc Apollonii è 4. Argon.

————περιώσιος ἔνθορεν ἵππος
Ἀμφιλαφὴς, χρυσέῃσι μετήορος αὐχένα χαίταις,

Ingens exiluit equus, hirsutus, sublimem gerens cervicem aureis jubis vestitam. & Oppianus idem graphice exprimit his versibus,

Γυραλέη δ' ἐείρη τελέθοι λασιαυχένος ἵππου,
Ὡς ὅτε χαιτήεσσα λόφον νεύει τρυφάλεια,

Inflexum sit collum equi hirsuta cervice præditi instar galeæ, in quâ setosa crista nutat: similiterque Silius lib. 16. in descriptione generosi equi,

Insignis multa cervice, & plurimus idem
Ludentis per colla juba.—

Et in præsenti Jobi loco non de quavis juba, sed de densiore tantum & copiosiore (qualem generosioribus equis poetæ isti attribuunt) sermonem esse, ex ipso verbo הלביש colligere satis probabiliter licet, quum in talem multo melius quadret hæc *metaphora*, ut collum seu cervicem vestire dicatur, quàm in raram atque interlucentem.

11. Itaque ut verba illa התלביש צוארו רעמה vertenda censeo *num tu vestis cervicem ejus jubâ:* ita illa accipienda puto non de juba simpliciter, sed de largiore ac fusiore, quæ, cum cæteris generosæ indolis indiciis, duntaxat animosorum ac melioris notæ equorum cervices adornat. Porro *Iubæ* mentionem hic esse aptissimam, eamque contineri his verbis, nobiscum vidit etiam, atque è verbo הלביש collegit Cajetanus, quanquam vim vocabuli רעמה non assecutus est: quod neque ut alii, neque ut nos, interpretans, sed *arduum* putans significare, atque

atque hunc locum vertens *vesties collum ejus arduum*; ait, *vestimenti nomine intelligi jubas densas atque crispantes, quibus equorum cervices vestiuntur ac superbiunt.* & jam olim non defuisse, qui de *Jubis* hic agi putarent, excipere licet ex ista Lyrani ad hunc locum nota, *secundò mirabilis est equus in libidine, quia juba colli excitat eum ad libidinem. & quantum ad hoc dicitur,* aut circumdabis collum ejus hinnitu, *qui excitatur in equis appetitu libidinis.* & alia quidem hic dicuntur minus accurata, & vulgata ac prava vocis רעמה expositio retinetur: sed alteram tamen ac veriorem hujus loci explicationem, undecunque haustam, admisceri manifestum est.

CAP. VII.

Verborum istorum, Iobi 39.23. התרעישנו כארבה, *variæ expositiones minus probæ.* 2. *Expositionem Chaldæi & Abenesræ, qui* הרעיש *hic acceperunt pro* strepere seu sonare facio, *non pugnare cum vi hujus verbi: namq́;* verbale רעש *pro* strepitu seu fragore *aliquoties sumi.* 3. *Verbum quoque* רעש *pro* sonare seu strepere *accipi Psal.* 72.16. -- ירעש כלבנון פריו, *cujus loci mens breviter explicatur.* 4. & 5. *Argumenta, quare* הרעיש *non debeat hic ita exponi, uti Chal. & Esra. voluerunt.* 6. *Vera hoc loco verbi* הרעיש *significatio,* movere, *seu potius* facere ut se moveat. 7. *Motum equi hic comparari motui locustæ, non respectu celeritatis, sed subsultationis.* 8. *Motus illius, solis generosis equis proprii, duo genera.* 9. *Non utrumque istum, sed alterutrum duntaxat hic intelligendum esse.* 10. הוד נחרו אימה *pessime versum à Syro, & male etiam à Græco. plerique Interpretes* נחר *hic* nares *vertunt: eorumq́; nonnulli per* הוד נחר *intelligunt decorem in ipsis naribus conspicuum.* 11. *Alii ex ipsis per* הוד נחר *intelligunt sonum è naribus egredientem; qui ad veritatem propius alteris accedunt. quippe* נחר *non* nares, *sed* fremitum hinnitumque *denotat.* 12. *In ista expositione nobiscum sentire aliquammultos Interpretes. vera constructio istius hemistichii (in quam multi graviter peccaverunt) declaratur.* 13. *Per* הוד *hic significari* vehementiam. 14. *Enarratur sensus istius hemistichii* הוד נחרו אימה.

SEquitur secundus istius periochæ versus (ipsius capitis 23 aliis 20.) cujus prius hemistichium, התרעישנו כארבה Græcus vertit,

 παριδῶκας

περιέθηκας δὲ αὐτῷ πανοπλίαν circumdedisti ipsi armaturam: quæ verba cum toto cœlo ab hebraicis distent, ego mihi persuadeo ea nequaquam esse interpretamentum præsentis commatis (quod comma aut omnino silentio præterierit hic Interpres, aut ab ipso translatum, postea exciderit) sed præcedentis, cujus duæ diversæ interpretationes hic positæ sint; quod & alibi plus semel in ista Editione factum animadvertimus. & hoc eo magis credimus, tum quia Syrus (qui in illis locis, ubi Hebraica non intellexit, sæpe Græcum Interpretem sequitur) רעמה transtulit, זינא, id quod nequaquam isti voci respondens, græcum πανοπλίαν exprimit: tum quia ipsi verbum הלביש etiam alibi (Gen. 27. 16. περιέθηκαν) reddiderunt, uti περιβάλλειν persæpe. Porro vocem תרעישנו Hieron. reddidit *suscitabis eum*, similiterque Tigur. *excitabis*, acsi in Hebraico תעירנו scriptum esset. namque הרעיש nunquam *excitare* aut *suscitare* significat. Sed neque significat *terrere*, aut *terrorem incutere*, quomodo verterunt Pagn. Oecol. Munst. Steuchus, Mariana, & Osiand. quos plerique Vernaculi Interpretes sequuntur. namque hoc verbum uti in Kal, *commoveri, quati, loco moveri* (& κατ' ἀκολούθησιν *stridorem, strepitum aut fragorem edere*) ita in hiphil *movere, commovere, quatere*, neque aliud significat. & quanquam alicubi (ut Esa. 14. 16.) salvo sensu posset reddi *terrere*; ea tamen minime est propria aut vera ejus significatio. Propius ad eam accedunt Trem. & Pisc. qui vertunt *tremefacere* (quomodò vertit & Pagn. in Dictionario, necnon Cajet. Marinus & Buxt.) sed neque hoc satis exactum est: quum הרעיש, etiamsi forte *tremulum* quoque *motum* (quem רעדה proprie Hebræi vocant) sub se comprehendit; latius tamen pateat, & fere de alio ac diverso motuum genere sumatur. Melius igitur istis Syrus, qui אזיע, & Cast. Borrhaus, ac Drusius, qui *commovere* (quod verbum idem valet cum Syriaco אזיע.) transtulerunt, Syr. מזיע אנת לה איך קמצ', Cast. ac Borr. *tune eum ceu locustam commovebis?* Drus. *an commovebis eum in morem locustæ?* Sed Cast. ac Borr. bonam translationem corrumpunt mala expositione, eo nimirum hæc accipientes, ut in idem recidat cum iis, qui *terrere* verterunt. quippe Cast. ad ista verba, *ceu locustam commovebis*, apponit hanc notam, *id est, tanquam pavidum*: similiterque Borr. *num eum ut locustam commovebis*, exponit, *equum non leviter commotum ac territum iri ut fugiat*: quam mentem videntur præ se ferre etiam verba Drusii, *sicuti locusta commoveri solet*. quodsi dixisset, *sicuti locusta moveri solet*, omnino recte dixisset: quum inter ista duo, utut affinia, aliquid tamen intersit, præsertim ubi de animalibus dicuntur. quippe *commoveri* potius motum ab alio illatum, indicat; hic autem de

motu

motu arbitrario & voluntario (uti mox declarabitur) verba fiunt, qui verbo *moveri* melius exprimitur.

2. Chaldæus תרעיש vertit תרגיש id est, *facies ut sonitum edat.* similiterque Abenesra, התשמיע: לו רעש במרוצתו כאשר ישמע לארבה *facisne sonitum ejus audiri inter currendum, qualis auditur locustarum*: quæ expositio (usurpata etiam à Mercero, ita tamen ut cum præcedente eam permisceat ac confundat, *num efficies ut concutiatur & commoveatur equus, omnia quæ circum sunt concutiens & commovens, ac sonitum magnum edens, sicuti locustarum agmen incessu suo magnum edens strepitum vicina quæque loca concutit*) nequaquam pugnat cum vi hujus verbi, quum intellectus *sonitus & fragoris*, ut diximus, secundariò ipsi insit; quanquam ipsum *hiphil* nusquam præterea ita sumtum invenitur. Etenim verbale רעש pro *strepitu, sonitu*, vel *fragore* sumitur in quatuor ad minimum locis, putà Jerem. 10. 22. קול שמועה באה ורעש גדול Jerem. 47. 3. מרעש לרכבו : Ezech. 3. 12. קול רעש גדול : & Nah. 3. 2. וקול. רעש אופן : in quibus omnibus locis Græcus & Syrus retinent primariam significationem, vertentes συσσεισμὸς, זועתא, quomodo & Hieron. qui Nah. 3. vertit *impetus*, in reliquis tribus vertit *commotio*; & Chaldæus, qui Jer. 10. reddidit חברא, in reliquis tribus transtulit זיקין seu זיע. & Pagninus quoque, Oecol. Cast. Marinus, Trem. Pisc. ac Buxt. eodem modo ista interpretantur. Alteram tamen interpretationem esse hac potiorem, accurata locorum inspectio evincit. quare etiam nonnulli de Recentioribus ita, ac nos transferendum dicimus, transtulerunt hoc nomen in aliquibus istorum locorum. namque Arias Jer. 47. reddidit *strepitus*, & Ezech. 3. *fragor*: Munst. Ierem. 47. *tumultus*, Ezech. 3. & Nah. 3. *strepitus*: Zuin. Ier. 10. *tumultus*: Tigur. Ierem. 47. & Ezech. 3. *strepitus*, Nah. 3. *stridor*: Calv. Ierm. 10. ac 47. & Nah. 3. *strepitus, tumultus*: Osia. Ierem. 47. *tumultus*: Mariana Ier. 10. *tumultus*: Ezech. 3. *strepitus*: Nah. 3. *fragor*.

3. Uti autem nomen רעש in hisce locis pro *sono* & *strepitu*, ita ipsum verbum רעש pro *sonare* seu *strepere* sumitur Psal. 72. 16. ירעש, כלבנון פריו quæ verba pessime Græci transtulerunt ὑπεραρθήσεται ὑπὲρ τὸν λίβανον ὁ καρπὸς αὐτοῦ, *extolletur supra Libanum fructus ejus*, & Græcos in hoc versu secutus Hier. *elevabuntur sicut Libani fructus ejus*; neque melius istis Syrus, נשוח פארוהי איך דלבנן *producet fructus suos ut Libanus.* Pagn. Calv. Genebr. Mollerus, Marinus, hic retinent primariam significationem, vertentes *concutietur*; quod fecerunt etiam Trem. & Buxt. qui *se commovere*; & Osi. ac Schin. qui *moveri*;

moveri; itemque Munst. Tigur. & Buc. qui *agitari* transtulerunt. Sed alteram interpretationem, Chaldæi, qui ירגיש, & Cast. Musculi, Zuing. Ariæ, Marianæ, ac Pisc. qui *strepet, strepitum edet, fragorem reddit, perstrepet, sonitum edet, sonabit* verterunt, esse meliorem, ex sensu clarum. Etenim Psalmista hisce verbis lætissimum frumenti proventum depingere voluit; id quod nequaquam ex iis excipi potest, si רעש hic *agitari* vel *moveri* significet, quum segetes etiam jejunæ ac cassæ ventorum flatibus huc illuc impellantur: & quam infirmum sit illud Schindleri, *spicæ frugum adeo bonæ erunt, ut vento flante moveantur, sicut arbores sylvæ*, omnes vident. ast ut seges vento agitata perstrepat, instar densi alicujus nemoris, fieri non potest, nisi in culmis celsioribus spicas habeat uberes, ac bene plenas pinguesque, & grandiori fœtu turgentes. itaque etiam Geneb. Moll. & Osi. quanquam in textu hoc verbum minus commode transtulerunt, in notis tamen ea dicunt, unde satis appareat, alteram interpretationem esse potiorem: Geneb. *maxima proveniet seges, quæ tam procera sit, ut agitante vento talem aristis sonum edat, qualem arbores Libani*. Moll. *tanta erit densitas, ut aristæ agitatæ a ventis edituræ sint strepitum, sicut fructus vel arbores Libani. quo enim densiores & firmiores sunt aristæ, eo majorem concussæ strepitum edunt*. Osiand. *ut densissimæ fruges inde natæ vento agitentur, & aristis gravibus ac plenis inter se collisis strepitum edant, acsi ventus in summitate arborum altissimarum in Libano sonitum efficiat*. Quando autem talem segetem instar arborum Libani strepituram ait Propheta, non id intelligendum est de magno illo sono, quem vehementior venti vis sylvæ incumbens excitare solet (de quo Hom. Ἰλ. ξ.

Οὔτ' ἄνεμος τόσσον γε περὶ δρυσὶν ὑψικόμοισιν
Ἠπύει, ———

Neque ventus tantum inter quercus alticomas resonat; & Lucr. lib. 6.

Scilicet ut crebram sylvam cum flamina cauri
Perflant, dant sonitum frondes, rami-que fragorem:

Ac Luca. lib. 1.

———*It tantus ad æthera clamor,*
Quantus piniferi Boreas cum Thracius Ossa
Rupibus incubuit, curvato robore pressa
Fit sonus, aut rursus redeuntis in æthera sylvæ,)

sed de illo strepitu, quem mitior spiritus arboribus immurmurans, frondesque ac cacumina lenius impellens creat, de quo Esa. 7. 2. כנוע עצי יער מפני רוח, quod sic exprimit Virg. 10. Æneid.

——— *ceu*

——ceu flamina prima
Quum deprensa fremunt sylvis, & caca volutant;
Murmura; ——

Et 4.Georg.

Tum sonus auditur gravior, tractimq; susurrant,
Frigidus ut quondam sylvis immurmurat Auster:

Et Apoll. 2 Argon.

——ἐν ὄρεσι φύλλ' ἐτίναξε
Τυτθὸν ἐπ' ἀκροτάτοισιν ἀήσυρος ἀκρεμόνεσσι,

In montibus folia quatiebat leniter in summis oberrans ramis: ac Flaccus libro. 6.

Ac velut ante comas & summa cucumina sylva
Lenibus alludit flabris levis auster.——

Porro לבנון hic, æque ac Hos.14.15. *metonymice* pro arboribus Libani ponitur.

4. Quum itaque & רעש *sonare* seu *strepere*, & רעש *sonitum* seu *strepitum* aliquando significet; ducta ex ipso vocis significatu ratio impedire non potest, quominus recipiatur Chaldæi & Esraidis expositio, qua הרעיש pro *sonare facere*, seu facere ut *sonitum strepitumve edat* accipiatur. Alia tamen obstant, ne in hac interpretatione acquiescam. Quum enim hic de equo generoso tantum, de-que ipsius conditionibus ac proprietatibus agatur, à proposito alienus est ille sonitus, quem equus inter currendum excitat; quum ille sit omnibus equis communis, atque vulgares quoque & viliores equi, non generosi tantùm, eum, dum currunt, efficiant. Deinde, si omnino in hac parte aliquid peculiare haberent equi generosiores, comparatio tamen à locustis instituta facile istam expositionem refellat. Scimus quidem quid Plinius tradat lib.11. cap.29. *locustas tanto pennarum stridore volare, ut aliæ alites credantur*: sed propterea tamen credere non possumus, aptam esse illam similitudinem, qua sonus excitatus ab equis quadrupedantibus, quorum pulsu terra veluti tremat ac gemat (sicuti Poetæ nostri loqui solent) comparetur cum stridore locustarum per aerem volantium. si enim omnino ab alitibus petenda erat comparatio, magis idoneæ fuissent magnæ aliquæ volucres, agminatim volare solitæ; quarum strepitum quanquam æmulentur (ut hic ait Plinius) non tamen excedere, imò forte nec æquare valeant locustæ. Sed ne aves quidem illæ grandiores valde notabilem sonitum volando ciere consueverunt; ideoque Poetæ, Græci pariter ac Latini, etiamsi interdum magnos sonos atque clamores petita ab avibus volantibus similitudine declarare amant, non tamen in id assumunt

assumunt sonitum ipso volatu excitatum, sed quem inter volandum aves istæ ore emittunt. Ita Hom. 3. Iliad.

Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν, ὄρνιθες ὥς,
Ἠΰτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρὸ,
Αἵ τ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον,
Κλαγγῇ ταί γε πέτονται, &c.—
Trojani cum clangore clamoreque incedebant, sicut aves:
Velut clangor gruum est in cœlo,
Quæ ubi frigus fugiunt, & immensum imbrem,
Cum clangore volant:

Quam similitudinem ex Homero expresserunt Virg. & Statius; ille decimo Æneid.

——*Quales sub nubibus atris*
Strymoniæ dant signa grues, atque æthera tranant
Cum sonitu, fugiuntque Notos clamore secundo:

Iste in 5. Theb.

——*Illa clangore fugaci*
Umbra fretis arvisque volant; sonat arduus æther.

Idem Statius lib. 9. de agmine corvorum,

Illo avida cum voce ruunt, sonat arduus æther
Plausibus——

(ubi strepitûs alarum mentio quidem fit, sed cum voce conjunctim; atque à Poeta minime in verbis aut sententiis limato aut circumspecto) & de Oloribus Virg. 7. Æneid.

Ceu quondam nivei liquida inter nubila cygni,
Cum sese è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos, sonat amnis, & Asia longe
Pulsa palus——
Nec quisquam æratas acies ex agmine tanto
Misceri putet, aëriam sed gurgite ab alto
Urgeri volucrum raucarum ad litora nubem.

5. Quandoquidem igitur ne aves quidem tantum strepitum volando faciunt, ut pro idonea magni alicujus soni aut clamoris imagine adhibeatur, sane & locustarum volantium stridor non valde ad eam aptus fuerit. Præterea non de gregibus aut turmis equorum hic sermo est, sed de equis singularibus, seu singulariter consideratis. jam ut unus aliquis equus cum una locusta comparetur, quantum ad strepitum, quem utrumque animal sese celeriter movendo efficit, omnino plenum est absurditatis; siquidem singulæ locustæ non nisi valde exilem atque

atque obscurum sonum volatu suo edunt. qui proinde minime accommodatus est ad magnum illum sonum, quem equi currentis pedibus pulsa tellus facit, repræsentandum. atque hæc sufficiant ad ostendendum, non esse locum expositioni Chaldæi & Esraidæ, etiamsi ipsa verbi vis ei non repugnet.

6. Quum itaque de duabus significationibus, quas tantùm hæc radix habet, illa *strepitus & fragoris* hic prorsus incommoda sit & aliena; sequitur alteram, videlicet motûs, esse amplectendam; ac proinde תרעיש ita potius, quomodo Cast. Borrh. Drus. ac Syrus transtulerunt, esse transferendum. Malim tamen pro *commovebis*, quod illi dederunt, vertere *moveri facis*. quippe הרעיש hoc loco non est simpliciter פועל יוצא *verbum activum*, sed פועל יוצא לשלישי ut Hebræi Grammatici loqui solent; qui itidem monent, hanc esse propriam vim verborum in *Hiphil*; quod etiamsi non perpetuum, in multis tamen verum est. volunt autem indicare ea phrasi, verba in *hiphil* significare geminam actionem, qua nimirum quis efficit ut alius agat. & hoc in loco הרעיש ita sumitur etiam à Stephano in notis ad Edit. Tigur. quippe transferens *movisti*, id amplius explicat his verbis: *num quid fecisti ut sese moveret tanquam locusta? fecisti-ne equum agilem tanquam locustam?* Porro quum *futurum* in Hebraica lingua sæpissime pro *præsenti* sumatur, præsertim in actionibus durabilibus seu continuatis (ut vocant) ego existimo תרעיש, ut paulo ante תלביש & תתן, uti non per *futurum*; ita neque per *præteritum*, ut multi, neque per *subjunctivum*, ut nonnulli fecerunt, sed per *præsens* exprimendum esse: qua in re & Syrus mecum sentit. quare hæc verba התרעישנו כארבה reddo, *num tu facis ut se moveat in modum locustæ?* q. d. non à te, sed à me hoc habet equus, ut instar locustæ se moveat.

7. Hoc de verbis. jam de sensu videamus, qui sub istis verbis continetur: quam rem paucioribus expediemus, quia jam supra, capitis tertii §. decimo (occasione istorum verborum è Targum Ierem. 51. 27. מפנבין הוא כוחלא) aliquammulta verba de ea fecimus. Et quum ibi ostenderimus, motum equi posse motui locustæ comparari duobus diversis respectibus, celeritatis, & subsultationis; mihi persuasum est, ad posterius duntaxat Deum hisce verbis digitum intendisse. quum enim tota hæc perioche nequaquam equini generis naturam universim tractet, sed generosorum tantum equorum dotes atque notas attingat; hujus quàm illius multo aptior hic est mentio: quandoquidem celeritas in currendo non est solis generosis equis peculiaris. Uti enim certum est ipsos in hoc quoque, tum pernicitate cursus, tum tractu

ejus atque duratione, gregarios equos longe antecellere; ita non minus certò constat, vulgares quoque atque plebeios equos sæpe ad aliquod tempus citatissimo cursu ferri. Ast alter ille corporis motus, quo locustas salientes æmulentur, solis generosis equis proprius est, omnibus aliis in totum ejus expertibus.

8 Et quidem duo motus istius, solis generosis equis proprii, sunt genera; unus, quo duobus tantùm pedibus insistens, modò anterioribus, modò posterioribus, reliqua corporis parte in altum emicat, atque longe à solo se attollit: quem motum, sessoribus periculosissimum (Belgæ mei **steygeren** vocant, Galli *bondir*, & Angli similiter **to bound**) graphice describit Virg. extremo decimo Æneid.

Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras
Verberat ——— itemque 11. Æneid.
Quo sonipes ictu furit arduus, altaque jactat,
Vulneris impatiens, arrecto pectore crura:
Volvitur ille excussus humi. ———

etiam Nonnus, lib. 36. Dionys. hunc equi motũ luculenter describit plusculis versibus, quos hic, utpote haudquaquam inelegantes, ascripsimus:

Βακχεύσας δὲ κάρηνον ἄνω νεύοντι προσώπῳ
Ἵππος ἀνηώρητο, κονισσαλέην τρίχα σείων,
Καμπύλα τ' εὐλαίγγος ἀποπτύων ἄκρα χαλινοῦ,
Τρίζων δ' ἀγκυλόδοντα παλυνομένην γένυν ἀφρῷ,
Ὑψωθεὶς δεδόνητο, καὶ ὄρθιον αὐχένα πάλλων
Οἰστρήεις ἀχάλινος ἐπιστηρίζετο γαίῃ
Ποσὶν ὀπισθιδίοισι, καὶ αἰθύσσων γένυν ὁπλῇ
Εἰς πέδον ἠκόντιζεν ἀπίσυλον ἡνιοχῆα.
Caput furiose jactans, ore sursum verso,
Equus attollebat se, pulverulentam jubam quatiens,
Atque incurvos lupatos fabrefacti frani ore ejiciens,
Terensque maxillam incurvos dentes habentem, spumâ madentem,
Sublimis sese quatiebat, erectamq; cervicem temere movens,
Insaniens infranisque terra insistebat
Pedibus posterioribus, maxillamque ungulâ pulsans,
Humi dejecit excussum sessorem.

De eodem equi motu videtur loqui etiam Plato in Phædro, σκιρτῶν βίᾳ φέρεται, καὶ πάντα πράγματα παρέχων τῷ τε σύζυγι καὶ τῷ ἡνιόχῳ, *exiliens, impetuose se infert, plurimumq; molestiæ facessit & conjuncto sibi equo, & aurigæ.* Alterum saltatorii istius equorum motûs genus est, quo omnibus quatuor pedibus toto-que corpore à terra se equus effert,

effert, atque veluti faliendo ambulat, five faltus ac faltationem inceffui permifcet; quod Virgilio eft *infultare*, uti duobus exemplis fuperius productis monftravimus. Angli vocant **corvetting**: Galli verò *panades*, quæ tamen vox latius patet, utpote includens etiam fuperbiorem illum inceffum, qui nullam aut non valde notabilem fubfultationem conjunctam habens, Xenophonti μετεωρισμὸς, Anglis **prauncing** dicitur, atque à Virgilio innuitur iftis verbis,

Altius ingreditur, & mollia crura reponit;

Itemque duobus aliis ejufdem poetæ locis, capitis quinti §. nono allegatis declaratur.

9. Jam verò apertum eft, ex duobus iftis motibus pofteriorem tantum hoc loco intelligendum effe; quum alter ille nihil magnopere cum faltatorio locuftæ motu commune habeat. & quanquam illo quoque viliores equi rariffime aut nunquam utuntur, non erat tamen hic facienda ejus mentio; quandoquidem non inter dotes equi, fed vitia potius numerandus eft, & fere non nifi ab infcitia rectoris, equum, aliter quàm par eft gubernantis, vel ab objecto magno aliquo & repentino terrore, vel inflicto vulnere admodum dolorifico excitari folet; quum alter ille motus equis generofis, atque ad eum inftitutis, frequens fit & familiaris. Eundem autem fenfum, quem nos verbo הרעיש hic attribuimus, ipfi attribuunt R. Levi & R. Salomon. quippe ifte ad vocem, כארבה hæc annotat, מדלג ומקפץ כארבה ומרעיש סביביו *falit atque fubfultat velut locufta, & circumjecta concutit*; quæ explicatio melior effet, fi poftrema verba omififfet. aft R. Levi hæc habet, התביא לו הרעש והנענוע אשר הוא רועש כארבה *num à te habet motum illum atque agitationem, qua fe movet inftar locuftæ?* & his Rabbinis accedit etiam Rob. Stephanus, uti paulo ante diximus. & Lyranus quoque ab ipfis haufiffe videtur hanc in iftum locum notam: *tertio equus eft mirabilis in agilitate, quia quamvis habeat magnum corpus & ponderofum, tamen facit magnos faltus, & hoc eft quod dicitur,* an fufcitabis eum quafi locuftas, *quæ volant per faltum.* Sed & Cajet. quanquam male הרעיש vertit *facies tremere*, idque impedimento ipfi fuit, quominus mentem hujus loci clare perfpiceret, quadamtenus tamen ad eam acceffit, *Eft fenfus, Nunquid facies tremere equum, qui faltat ficut locufta? ne intelligeres tremorem equi tremorem effe debilitatis, fed robufti ad faltandum.*

10. Veniamus nunc ad alterum iftius verfus hemiftichium, quod ita habet, והוד נחרו אימה, quæ verba peffime vertit Syrus, או מרחת אנת לה ברחלתא *aut an terres ipfum terrore?* quæ translatio

translatio fere nihil cum Hebraicis affine habet. Sed ut dicam quod res est, ego puto Syræ translationi idem hic evenisse, quod evenisse Græcæ in priore hujus versus parte, supra §.8. monui; ut nimirum ista verba Syriaca nequaquam sint interpretamentum hujus hemistichii, sed prioris, cujus duæ diversæ expositiones quocunque casu acervatæ fuerint, hujus hemistichii expositione eodem casu amissa: id quod tanto proclivius credo, quia & alii multi Interpretes verbum הרעיש hic pro *terrere* acceperunt, uti supra ostendimus. Græcus autem Interpres, qui vertit, *δόξα δὲ στηθέων αὐτοῦ τόλμη*, *gloria autem pectoris ejus audacia*, imaginem quidem Hebraici textus exhibet, sed eum tamen parum accuratè repræsentat. quippe אימה non *audaciam* significat, sed *terrorem*; & נחר quidvis potius quàm *pectora* denotat. Hieron. putavit idem esse cum נחיר vel נחירים, vertit enim *gloria narium ejus terror*: inque ea sententia fuit etiam Chaldæus, qui vertit, דנהיריה. & Recentiores plerique omnes Hieron. in hoc sequuntur, similiterque, ac ipse fecit, נחר *nares* vertunt, Pagn. Munst. Cajet. Oecol. Tig. Cast. Merc. Arias, Steuch. Osian. Borr. & Drusius. Et sane eo probabilior est hæc expositio, quia hic inter notas equi generosi omnino commoda est *narium* mentio; quum Opp. & Colum. in equo pretioso requirant *nares apertas*, *ῥῖνας εὐρείας*, & tales equi in ira soleant per nares emittere copiosum fumum animositatis testem, de quo Virg.

Collectumq; premens volvit sub naribus ignem;

Virgiliumque imitatus Silius, 17. Punic.

Prima in cornipedis sedit spirantibus ignem
Naribus hasta volans.———

Et insignis est ad utrumque hoc Xenophontis locus in commentario De re equestri, *καὶ μυκτῆρές γε οἱ ἀναπεπταμένοι τῶν συμπεπτωκότων, εὐπνοώτεροί τε ἅμα εἰσὶ, καὶ γοργότερον τὸν ἵππον ἀποδεικνύουσι. καὶ γὰρ ὅταν ὀργίζηται ἄλλος ἵππῳ, καὶ ἐν ἱππασίᾳ θυμῶται, εὐρύνει μᾶλλον τὰς ῥῖνας*, *nares patulæ uti contractioribus magis commodæ sunt ad ducendum spiritum, ita equum magis terribilem reddunt. quando enim equus equo irascitur, aut inter equitandum incandescit, nares magis dilatat.* & ita hunc locum intellexit Cast. qui interpretationi suæ, *cum terror sit ejus naribus decorus*, hoc adjungit scholion, *ad formidabilia fumat generose naribus, nihil formidans*: eodemque videtur spectare versio Tigurinorum, *cujus nares ferociam spirant.*

11. Alii tamen eorum, qui נחר hic *naris* interpretantur, in longe diversum sensum hæc trahunt, atque per הוד נחר *fremitum* periphrastice denotari putant. Pagninus enim ac Oecol. verterunt, *sonus narium*

narium ejus; & Munsterus versionem suam, *virtus narium ejus*, ita explicat, id est, *fremitus & sternutatio ejus*. neque aliter Steuchus, *strepit naribus ut exterreat*; *perflat terribile*: ac Borrhaus (qui tamen alteram quoque expositionem admiscet) *decus suum declarare equos, cum e nare ignem efflantes, fremitum terribilem edunt*. Videntur autem isti secuti Rabbinos Levi & Salomonem, quorum hic נחרו ita explicat, כשהוא מנפח מנחיריו בקול *quando flatum emittit per nares cum sonitu*: ille verò sic, עיטושו היוצא מנחיריו *fremitus exiens e naribus ejus*. Et hæc explicatio sensum præsentis loci melius explicat, quàm illa altera; quæ tamen longe isti præferenda esset, si נחר *nares* significaret. Jam verò נחר nihil est aliud quàm נחרה, nimirum sonus ille equis proprius, quem Latini *fremitum* vocant; & *synecdochice* ipse *hinnitus*, sicuti Latini quoque *fremitum* pro *hinnitu* sæpissime dicunt, sicuti utrumque hoc jam supra, initio capitis 4. monuimus.

12. In hac explicatione nobiscum sentit Abenesra, qui cum dixisset נחר idem hic esse, ac נחרה apud Jeremiam, subjungit, iis significari קול צהלת הסוס, *vocem hinnitus equi*. eodemque modo hanc vocem accepit Marinus, qui *fremitum* vertit; neque aliter eam intellexisse videntur Trem. Buxt. Pisc. Schind. nisi quod pro *fremitu* aut *hinnitu rhonchum* dixerunt, quod vocabulum etiam in Jerem. ad transferendum נחרה cum ipsis usurparunt alii Interpretes; id quod valde subit mirari unde hauserint, quum nemo probus Latinus autor, quod sciamus, *rhonchum* de *fremitu* aut ullo equorum sono unquam dixerit. Sed & alia duo hic errat Trem. quòd הוד pro *accusativo* habet, verbum תרעיש (quod ipsi est *tremefacere*) ex priori membro ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetitum cum eo construens, & consequenter אימה pro *ablativo* habens. vertit enim, *gloriam rhonchi ejus terrore* [*tremefacere*] quæ expositio admodum est invenusta. namque ut תרעיש vel maxime significaret *tremefacere*, quod tamen hoc esset loquendi genus, *gloriam rhonchi equini terrore tremefacere?* aut quis unquam vel poeta tam inconcinne, tam-que ἀκύρως & *catachrestice* locutus est? Bene igitur Piscator Tremellianam hanc versionem ita correxit, *Magnificentia rhonchi ejus terrori est*. Omnino enim (ut hæc verbis scholasticis explicemus) הוד נחרו est *subjectum*, אימה verò *prædicatum*, quomodo exceptis Luthero & Gallica Vetere (qui contrario modo אימה fecerunt *subjectum*, & הוד נחר *prædicatum*, das ist preiss seiner nasen, was schrecklich ist: *L'espouvantement est la gloire de ses narines*) plerique Interpretes unanimiter hæc acceperunt, secuti R. Levi, qui exponit, הוא אימה לשומעיו

לשומעיו *terror est audientibus eum*, & Munsterum, qui vertit, *terrorem habet*. Potest autem אימה commode per adjectivum verti, *terribilis est*, quum nihil usitatius sit in Hebraica lingua, quàm ut *substantiva* hujusmodi vicem *adjectivorum* subeant; & plerique de vernaculis Interpretibus ita transtulerunt: quomodo etiam Oecol. pro eo, quod in textu posuit, *terror est*, in metaphrasi reposuit *terribilis est*.

13. Quantum verò ad vocem הוד, ea non *gloriam* aut *decus* significat (quomodo fere eam reddiderunt omnes, qui נחר pro *naribus* acceperunt; atque ex aliis quoque nonnulli) neque *magnificentiam*, quomodo Piscator vertit, itemque Diodatus (qui hunc locum alioqui satis commode vertit, *il suo magnifico annitrire è spaventevole*, *magnificus ejus hinnitus est terrificus*) sed *excellentiam*, seu potius *vehementiam*, quomodo etiam R. Levi intellexit, qui הוד exponit עוצם, item-que Anglica Vetus, quæ vertit, **his strong neying is fearfull**, *fortis ejus hinnitus est terribilis*. & Mercerus quoque, quanquam הוד minus commode vertit *magnificentia*, mox tamen id probe per *vehementem sonitum* exponit: *Vehemens sonitus, quem naribus sternutans edit* [pro *sternutans* melius dixisset *fremens*; sed seductus fuit à Rabbinis, qui eâdem ἀκυρολογίᾳ עיטוש de *fremitu* usurpant] *terrorem affert omnibus qui audiunt*. In isto autem intellectu, quem hic voci הוד attribuimus, etiam alibi ipsa sumitur, sicuti infra docebimus.

14. Totum igitur hoc hemistichium sic reddendum est, *Vehementia hinnitûs ejus terrifica est*, vel, *hinnitus ejus vehemens est terribilis*, id est, ut Stephanus exponit, *hinnitu suo terrere potest homines*; quod R. Levi dixit, *terrorem incutit audientibus eum*: quomodo etiam Steuchus verbis paulo ante allegatis, id enarrat. Loquitur autem textus (uti ex genuina hac ejus versione satis evidens est) de hinnitu, quem equi generosi in prælium vadentes edere solent, quasi eo vellent non modò suam ipsorum animositatem declarare, sed & hostibus terrorem incutere: de quo ipsorum hinnitu Capitis quinti paragrapho nono nonnulla diximus, quæ hic non repetimus.

CAP.

CAP. VIII.

Commatis istius, יחפרו בעמק *Jobi* 39. 24. *prius vocabulum examinatur.* 2. עמק *hic non significat* scrobem *sed* vallem *aut* campum, *quamnam vim* beth *hic habeat.* 3. *Sensus istius commatis.* 4. *In proximo commate,* וישיש בכח, *secundum vocabulum male versum ab Hieron. aliis-que.* 5. *Vera ipsius versio.* affixi ellipsis hic, *eaque crebra Hebrais; & aliquot in eam rem exempla.* 6. כח *non modò* vires, *sed & alias* dotes *interdum significare, probatur ex Danielis* 1.4. ואשר כח בהם לעמד בהיכל המלך. 7. *Quomodo* ישיש *hic transferendum sit.* 8. *Sensus istius commatis edisseritur.* 9. *Forerii assertio,* שש *dici duntaxat de interno animi gaudio, revincitur ex Psalmi* 19. *vers.* 6. ישיש כגבור לרוץ ארח. 10. *Superbior equi generosi incessus, ex dotium suarum conscientia.* 11. *Equos suarum sibi dotium conscios esse, amplius confirmatur ex traditione de mœrore, quo ob amputatam jubam equi afficiantur.*

IN perioche illa Jobi è cap. 39. de generosi equi dotibus agente, sequuntur ista verba, ex initio versus 24. יחפרו בעמק, cujus commatis sensus quidem clarus est, atque apud omnes Interpretes confessus; sed in vocibus ipsis nonnulla est dubitatio. Namque *futuram* יחפרו quidem non de ipso equi dictum putant (quia omnia alia verba totâ hac periochâ in *singulari* efferuntur) sed de pedibus ejus, quorum mentio *elliptice* omissa sit. Ita hunc locum supplendum censent Abenesra & R. Levi, quos Munst. Steph. Merc. Trem. Drus. sequuntur. Sed cum satis inusitata sit illa *ellipsis*, ut subaudiatur nomen, cujus nulla toto sermone fit mentio; valde autem usitata sit Hebræis, in scriptis præsertim poeticis (cujusmodi hic liber est) uti personarum & generum, ita numerorum quoque permutatio; potior est eorum opinio, qui יחפרו de ipso equo accipiunt, quod præter Græcos, Syrum, & Hieron. etiam Recentiorum major pars fecerunt, qui tamen omnes *plurale* hoc in *singulare* verterunt, quum ista sermonis inæqualitas in aliis linguis extra Hebræam non ita soleat usurpari.

2. Quantum ad vocem עמק, nonnulli putant ea significari ipsam foveam, quam equus illa ungularum pulsatione, de qua hic agitur, in terra efficit. quippe Cast. vertit, *cavat scrobem,* & Mer. ac Pisc. *fodiunt pedes ejus in scrobe,* itemque Gall. vet. *Il fovit une fosse*

[*frappant*

[*frappant du pied.*] Sed quum nusquam alibi in tota Scriptura hoc vocabulum *foveam* scrobemve significet, nec quippiam simile (namque etiam Jobi 39.13. cum Hieron. Munst. Cajet. Oecol. Marino, Trem. Mariana, & Schindlero עמקים *valles*, quàm cum aliis *sulcos* vertere malim) plerique omnes vulgatam ejus significationem (quæ est *vallis*) retinuerunt, Syr. Pagn. Tigur. Oecol. Cajet. Steph. Munst. Marinus, Trem. quibus accensendi etiam Græci, qui verterunt ἐν πεδίῳ, quod in nonnullis editionibus pravè ἐν ποδὶ legitur. per *vallem* intelligitur solum, in quo equus consistit (quod videntes Hieron. Genev. ac Diod. simpliciter *terram* transtulerunt) idque hoc nomine appellatur, quia equestres copiæ fere non nisi in planis, vallibus & campis, usum habent, aut adhiberi solent: quam rationem attigit etiam Jarchi, שדרך הפרשים אורבים בעמקים ובנחלים, ubi si pro אורבים substituatur עוברים, aptior ac magis generalis erit sententia. Notandum porro — ב — hîc non formare *accusativum* (quod facit sæpe alibi, ut supra ostendimus) sed *ablativum*, quum apud Hebræos verba *fodiendi*, כרה & חפר, non soleant regere *accusativum*, nisi *effecti*, גומץ שחת שוחה באר בר: ast locum aut humum ipsam, in qua puteus aut fovea effoditur, regere solent in *ablativo*, interventu *præpositionis*. Latinis autem cum utraque locutio in usu sit, nihil interest cum Hier. ac Steph. *accusativum*, an cum reliquis Interpretibus *ablativum* cum *præpositione* hic usurpes.

3. Tantum de verbis. de sensu ipso inter omnes convenire diximus, videlicet agi hic de scrobiculis, quas inter consistendum equi in terra, eam anterioribus pedibus scalpendo ac radendo, excavare solent: cujus rei aptissima hic est mentio, utpote solis optimis ac pretiosissimis equis propria; quare etiam Virg. inter generosi equi notas eam commemoravit,

——*cavatque Tellurem, &c.*

similiterque Papinius 4. Thebaid.

——*strident spumantia morsu*
Vincula, & effossas niveus rigat imber arenas.

4. Proximum est וישיש בכח, ubi approbari non potest Hieronymi translatio, *exultat audacter*, non modò quia כח *audaciæ* significatum nunquam habet, sed & quia בכח non modum exultationis, sed causam ac *subjectum* denotat, ideoque per adverbium exponi nequaquam potest, nisi ut sensus loci destruatur: quamobrem etiam Cast. qui vertit, *exultat fortiter*, itemque Luth. qui reddidit, **est freudig mit craft** (quod eodem redit) repudiandi: quum alioquin ipsa locutionis forma

istam

istam interpretationem minime respuat, & satis frequens sit in Hebræa lingua, ut loco *adverbiorum* usurpentur ejusmodi nomina cum *præpositione*. Sed & in cæteris Interpretibus, qui ἰσχύϊ ἀγαλλιᾷ verterunt (Syr. ודאץ בחילי Chald. ויחדי בחילא Pagn. *gaudebit in fortitudine*: Cajet. *lætabitur in viribus*: Oecol. *exultabit in robore*: Tig. *gaudet fortitudine*: Munst. *gaudet ob fortitudinem* fidem quidem commendes, diligentiam tamen desideres; quum officii ipsorum fuerit manifestum *affixi* defectum (quem & R.Levi indicavit) supplere. Trem. verò, qui vertit, *lætatur præ virtute*, cum isto sphalmate etiam alia duo conjunxit, neque nomen כח commode vertendo, neque *præpositionem* ipsi annexam. Latini enim *lætari aliqua re, in aliqua re, de aliqua re*, & *ob aliquam rem* dicunt; *præ aliqua re* nunquam.

5. Omnium optime Steph. hoc comma vertit, *lætatur fortitudine sua*; similiterque Maria. & Osian. *gaudet in fortitudine sua*: *gaudet in suo robore*. & Piscator, quanquam in textu pronomen omisit, *lætatur propter vires*, in notis tamen recte monuit, id subaudiendum esse: quemodo Drusius versionem suam, *gestit robore*, juvat ac corrigit hac nota, *gestit gaudio propter robur suum*, secutus, ut passim solet, Mercerum, qui vertit, *exultat robore suo*: ac vernaculi Interpretes plerique pronomen illud expresserunt. Quanquam autem Græcæ quoque ac Latinæ linguæ non ignota est hujusmodi *ellipsis*, minus tamen iis est familiaris (præsertim in tali sermonis serie, ac hic est) quàm Hebrææ, quæ eâ frequenter utitur, sicuti plurimis exemplis in utroque *numero* ac *genere* & omnibus *personis*, docere possemus. sed paucula, in quibus ipsum *affixum masculinum singulare tertiæ personæ* similiter abest, apposuisse sufficiet, Psal. 113. 8. מקימי מן עפר ד□ל להושיבי עם□
נדיבים□ — Esa. 59. 2. הסתירו פנים□ מכם□ — Deut. 33. 6.
ועזר מצריו תהיה — 1 Sam. 16. 17. והביאתם□ אלי — Jer. 50. 17.
אריות□ הדיחו. — 2. Par. 32. 25. ולא כגמול□ עליו השיב —

6. De voce etiam כח monemus, optime quidem hic quadrare vulgatiorem ejus significationem, *roboris ac virium* (quam omnes Interpretes tenuerunt) sed posse tamen non incommode aliquanto latius extendi, ita ut alias quoque equi dotes comprehendat. sane כח interdum latiorem ejusmodi significatum habere, evidens est vel ex istis verbis Dan. 1. 4. ואשר כח בהם□ לעמד בהיכל□ המלך, ubi per כח non corporis tantum vires, sed & aliæ qualitates aulicis ministris necessariæ indicantur; quam hujus vocis vim exprimere conati sunt Tig. Trem. ac Pisc. vertendo *facultas*, & Calv ac Arias *vigor*: & paulò aliter Lutherus ac Angl.vetus, die da geschicht weren zu dienen in des

 konigs

konigs hofe (totius commatis interpretationem aſcripſimus, quia poſteriorem ejus partem pereleganter vertit לעמד *miniſtrare*, & היכל *aula*, quomodo etiam Oſiander, Lutherum ſecutus, iſta explicat, ſic comma hoc enarrans, *qui idonei ſi rent ad obeunda præcipua officia in aula Imperatoris*; aliis pæne omnibus parum commode ſe hic expedientibus) such as were able to stand: quomodo fere verterunt etiam Belgæ, in de welke bequaemheyt waere om, *in quibus eſſet aptitudo ad*. omnium autem optime, quantum ad vocem כח, Anglica recentior, Such as had ability in them to stand in the Kings palace: namque nomen ability (uti Latinis *Habilitas*, à quo iſtud factum eſt) & *vires* denotat & alias præterea *dotes*; quare etiam in hoc Jobi loco percommode ita transfertur.

7. Quantum ad verbum ישיש id *lætari* quidem aut *gaudere* transferri poteſt: melius tamen eſt *exultare* (quomodo verterunt Hieron. Oecol. & Merc.) quod aliquid etiam amplius dicit (& omnino plus quàm *gaudium* hic ſignificari, mox oſtendemus) & brutis quoque tribui ſolet, atque adeo ipſis equis; quomodo Cicero alicubi *equum ferocitate exultantem* dicit. neque mirus apte cum Druſio *geſtire* transferas, cum hoc verbum proprie ſignificet, conceptam intus lætitiam atque alacritatem externo habitu ac corporis geſtibus exprimere; quam hoc loco iſtius verbi vim eſſe, mox amplius dicemus. Græci hic lectiſſimo vocabulo (quod rariſſime iis uſu venit, ut tam bene colliment) uſi ſunt, ישיש reddentes γαυριᾷ, quod verbum in hanc rem eſt accommodatiſſimum, ac inter omnia ea, quæ præterea in hoc negotio adhibuit Xen. in tractatu De re equeſtri (ἀγάλλεσθαι, ἥδεσθαι, γαυροῦσθαι, καλλωπίζεσθαι quibus Homericum κυδιάειν ex 7. Iliadis addi poteſt,) haud dubie optimum atque aptiſſimum.

8. Poſtquam verba iſtius commatis plana fecimus, nunc ſenſum ipſum videamus. Significatur igitur his verbis, equum ſuas ipſum vires atque dotes noſſe atque ob eas gaudio ſe efferre, utpote habentem gloriæ & decoris intellectum: idque hoc loco perquam apte inſertum fuit, quia ab eodem fonte manat, ut ita intrepidus in bella & pericula ruat; in quo hæc pericope deinceps tota occupatur. Intelligendum autem hoc eſt non de interno tantum animi affectu, deque gaudio quod tacitus apud ſe equus percipiat, ſed de externa quoque demonſtratione in habitu corporis atque geſtibus ſito. nam quod Forer. ad Eſa. 7. ſcribit, quod שוש ſit *affectum eſſe gaudio, voluptatem & oblectationem habere in animo, & non eſſe geſtus, ſed affectus cordis & animi* (qualia etiam Merc. in lexico Pagnini memorat, ſed ita ut aliorum

potius

potius opinionem afferre, quam suam declarare videatur) puto eum falli. quippe nec ipse quippiam dicit, quo isti assertioni fidem astruat; & non deest nobis, quod contrarium potius persuadeat.

9. Certe Psal. 19. 6. ישיש כגבור לרוץ ארח non potest commode hoc verbum aliter, quam de exteriore gestu accipi. etenim sol exoriens, ac cœlum permeans comparatur hic *athletæ* seu *certatori gymnico* (ita cum Cast. accipio vocem גבור, non pro *strenuo bellatore*, ut vulgo faciunt; eodemque modo sumitur Joelis 2. 7. כגבורים ירוצון ubi Cast. minus bene, itidem ac alii, *ut milites currunt*) ad quam expositionem digitum intendunt etiam Calv. & Moll. dicentes, *similitudinem desumtam a cursoribus, sive ab eorum pernicitate, qui vel quadrigis vel pedibus in stadio olim certabant*: dicit-que Psalmista, eadem alacritate, qua certator ejusmodi ad currendum à carceribus prosilit, qua-que stadii spatia emetitur, solem quoque singulis diebus cursum suum ingredi atque absolvere: possisque ישיש convenienter transferre *emicat*, quod verbum Virg. 5. Æneid. in describendo cursus certamine adhibet, ad exprimendum alacrem atque agilem corporis motum, tum quo in auspicando cursu, tum quo in medio cursu utuntur cursores; sicuti Homerus *Ἰλ. ψ.* verbum ὁρμᾶς in eodem negotio, atque ad utrumque istud usurpat: quum de priore *exsilire* & *prosilire* Silius & Statius in ejusdem certaminis descriptione dicant, hic quidem 16. Punicorum, ille verò 6. Thebaidos.

10. Jam si alacrem illum corporis motum, qui in cursoribus conspicitur, verbum שש aliquando denotat; summopere probabile est, alacres corporis gestus, à gaudio profectos, hoc verbo quoque significari: quæ significatio huic loco unice quadrat. Indicatur enim hic decorus ille corporis habitus, in quem equus generosus, sibi veluti placens de dotibus suis, efformare se atque componere (σχηματοποιεῖσθαι vocat Xenophon) ac superbior incessus, quo se inferre solet, ἄνω μὲν τὸν αὐχένα διαίρων, ἀπὸ δὲ τῆς κεφαλῆς κυρτούμενος, τὰ σκέλη ὑγρὰ μετεωρίζων, τὴν δὲ οὐρὰν ἄνω ἀνασείων, *cervice celsa, capite leviter deorsum flexo, crura mollia altius extollens, & caudam sursum retrahens*, verba illa, σκέλη ὑγρὰ μετεωρίζων, Silius lib. 16. sic effert,

——mollia crura superbi
Attollens gressus——

Quomodo igitur istis verbis, התרעישנו כארבה cap. septimo enarratis, saltus ac subsultationes equi designantur, ita hisce וישיש בכח innuitur totius corporis habitus in decorem & alacritatem compositus, ac superbior incessus; de quo ejusdem capitis §. 8. & capitis 3. §. 10.

§. 10. ac capitis 5. §. 9. nonnihil diximus; etiam infra, in enarrando quodam Zachariæ loco, rursus de eo acturi. Ovidius cum, in fragmento *halieuticon*, venustissimis versibus luculenter admodum describit, ajens *equos palmam animis capere, ac triumpho gaudere, victoresque caput sublime attollere, vulgi aura se venditare, tumidosque ac magnopere spectabiles, solum generoso concita ungulæ pulsu ferire:* & Homerus 6. Iliadis eundem breviter sic exprimit (verba ista וישיש בכח veluti παρασφαράζων.)

> Κυδιόων, ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται
> Ὤμοις ἀΐσσονται. ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθὼς
> Ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει, ———
> *Exultans, alte caput attollit, & juba circum*
> *Humeros jactantur: ipsumque decóre suo gestientem*
> *Molliter genua ferunt.* ———

11. Quod autem diximus equos non fortitudinis tantum, sed & aliarum dotium sibi conscios, lætitiam inde & spiritus sumere; id ex eo quoque liquet, quod detonsâ jubâ (quam ἀγλαΐας ἕνεκα, *ornamenti & decóris causâ* iis datam, supra cap. 6. §. 10. è Xenophonte diximus) equæ fastum exuunt, animo-que infracto & tristiores redduntur, uti Sophocles in Tyrone, Xen. in De re equestri, Aristot. lib. 6. Hist. anim. cap. 18. Plin. lib. 8. cap. 42. Dion oratione Celænis habitâ, & Ælianus plus uno loco, tradunt.

CAP. IX.

In ultimo commate versus 24. יצא לקראת נשק, *per* נשק *non denotatur* bellum, *ut Chal. voluit (quanquam interdum ista vox id sign.) sed* arma, *& quidem proprie* tela; *quum alioqui de utroque armorum genere dicatur.* 2. יצא לקראת *parum latine versum à plerisque Interpretibus. peculiares Latini sermonis phrases, ad significandum hostilem occursum, qui hic per* יצא לקראת *exprimitur.* 3. *Græca phrases in eandem rem.* 4. *Sept. præterquam quod* יצא לקראת *inconcinne reddiderunt, etiam alia hic peccant, & veram interpunctionem negligentes, verba Hebraici textus prave divellunt.* 5. *Iidem è proximo versu (Jobi 39. 25. totius periochæ quarto) aliquot verba prave omittunt, quod & Hier. fecit. versus iste succincte explicatur. in posteriore ipsius parte* מפני *sign.* metu, *quomodo*

modo & alibi sæpius hanc voculam sumi, exemplis docetur. 6. *Prov.* 30.30. מפני כל, שב ולא *allatum ad posterius istius versus hemistichium illustrandum, obiter declaratur.* 7. *In versu sequenti (capitis 26. perioches quinto) verbum* רנה *excutitur.* 8. *Puncta vocis* להב *immerito solicitata à quibusdam.* 9. כידון *male* clypeum *vertit Hier. errores à Græc. commissi in hoc versu.* 10. *Multorum opinio, agi hic de telis, quæ eques ipsi equo insidens portat.* 11. *Contraria ac verior sententia, agi hic de telis hostilibus, in quæ adversa equus vadat interritus.*

QUæ in hac periocha deinceps in equi generosi commendationem dicuntur, omnia eò spectant ut intrepidum ac imperterritum ejus animum, quo in prælia ac in media belli discrimina ruit, ob oculos ponant; quod picturato admodum sermonis genere & aliter atque aliter variegato, exprimitur. Primum est יצא לקראת נשק: ubi Chaldæus Interpres putavit נשק significare, קרבא, *bellum*; quod sane aliquando hæc dictio significat. namque Psal. 140.8 כבוחה לראשי ביום נשק, non ipse modò, sed & Syrus ita eam interpretatur, similiterque Græci & Hieron. πόλεμον, *bellum*. sed hujus loci sensus non satis patitur, ut hic pro *bello* sumatur. Hier. Steph. & Munst. verterunt *armatos*, putantes scilicet subesse hic metonymiam, qualis alibi sæpe usurpatur. sed nihil impedit, quo minus *arma*, quod proprie hæc vox denotat, interpretemur cum Pagn. Tigur. Oecol. Cast. Marino, Merc. Trem. Buxt. Pisc. & Drus. quibus addendus etiam Syrus, utpote qui זינא, vertit. Imo cum Græcis melius etiamnum βέλη, *tela* reddideris. quippe hic non tam est sermo de armis, quibus corpora adversus vim & vulnera teguntur, quàm de iis, quibus alii læduntur & sauciantur; quæ Græcis βέλη, Latinis *tela* peculiariter dicuntur: quum utrumque significent *arma*, ac ὅπλα (quare etiam Opp. in eadem hac re dixit ὅπλοις ἀντιάαν) neque minus נשק, uti colligere licet ex Ezech. 39.9. ubi non modò חצים, קשת, יד ורמח, מקל, *arcus*, *sagitta*, *jacula* [vel, *clavæ*] *& lanceæ*, sed & מגן וצנה *scutum & clypeus*, sub eo comprehenduntur. quare illud Marini, *potius illa arma videtur significare, quæ vulgo offensiva vocantur, ut gladius, lancea, & similia*, non est absolute verum: rectius-que illud Merceri ad hunc locum, נשק *est græcè* ὅπλον, omne teli & armorum genus.

2. Verba illa יצא לקראת pauci Interpretes recte verterunt ex usu Latinæ linguæ, Hieron. & Steph. *armatis in occursum pergit:* Pagn. Drus. *prodit in occursum armorum:* Oecol. *exiliet obviam armis:* Cast.

Cast. *adversus arma prodit:* Merc. Trem. & Pisc. *prodit obviam armis*, melius istis Tigur. & Munst. *obviam vadat adversus arma* : *egreditur ut obviam vadat armatis:* quanquam horum quoque neutrum satis accuratum est, rectiusque Tig. pro *obviam adversus arma*. dixisset *obviam armis* vel, *adversus arma :* & Munst. verbum *egreditur* omisisset, namque *obviam vadere* cum dativo, phrasis est in hoc negotio usurpata classicis autoribus, qui & alias præterea complures habent familiares. Dicunt enim, *adversum ire* (Liv. 10. 35. *Consulem vel solum iturum adversus hostem :* Sen. Epist. 85. *Quum fortiter eundum erit adversus tela, ignes :* Plin. 8. 25. *terribilis hæc contra fugaces bellua est, fugax contra insequentes : sed adversum ire hi soli audent*) *adversum venire* (Plau. Trinum. *Et capturum ibi spolia illum, qui meo hero adversus venerit*) adversum tendere, *in adversos ire* (idem lib. 9 cap. 46. *salus una, in adversas eundi, ultro-que terrendi*; *pavet enim æque ac terret*, Virg. 11. Æneid.

Imus in adversos?) ———

In adversos tendere (10. Æneid.

——— *Sed bellis acer Halesus*

Tendit in adversos. ———

Contra ire (Plin. ibid. *ibi periculum anceps, ademta ratione contra eundi.* Seneca Medæa.

Libet ire contra. siste furialem impetum.)

Gradum ferre contra (Seneca. ibid.

——— *fert gradum contra ferox,*

Minaxque nostros propius affatus petit)

Contra incedere (Plaut. Rud.

Ego lenonis malitiæ contra incedam)

Contra tendere (Virg. 9. Æneid.

——— *neque terga*

Ira dare aut virtus patitur, neque tendere contra

Ille quidem hoc cupiens potis est: ———

Et rursus eodem libro,

Lyncea tendentem contra) ———

3. Etiam Græci varias hic habent phrases, quarum tamen varietas omnis in *verbis* consistit, non in *adverbio*, quod unicum, ὁμόσε, semper usurpant. Dicunt itaque ὁμόσε φέρεσθαι (Xen. 4. Hell. ἀλαλάξαντες οἱ Θηβαῖοι δρόμῳ ὁμόσε ἐφέροντο. & in Cyneg. οὐ γὰρ κωλύει αὐτὸν οὔτε ἄρκυς, οὔτε ἄλλο οὐδὲν, ὁμόσε φέρεσθαι τῷ πλησιάζοντι) ὁμόσε ἔρχεσθαι (idem 7. Hell. ὁμόσε γὰρ ἦλθον, καὶ εἰς χεῖρας δεξάμενοι ἔφυγον) ὁμόσε γίγνεσθαι (idem 1. παιδ. παίειν γὰρ

γὰρ δεῖ τὸ ὁμόσε γιγνόμενον [θηρίον] φυλάξασθαι ἢ τὸ ἐπιφερόμενον) ὁμόσε συμμιγνύναι, (7. παιδ. λαβὼν πλαγίους τοὺς πολεμίους, ὁμόσε αὐτοῖς τὴν ταχίστην συνεμίγνυεν) ὁμόσε ἐλαύνειν, quod de equitatu proprie dicitur (in hipparchico, τὸ ὁμόσε ἐλαύνειν τοῖς πολεμίοις) ὁμόσε θεῖν (3. ἀναβ. ἐσήμηνε τοῖς Ἕλλησι τῇ σάλπιγγι, καὶ εὐθέως ὁμόσε ἔθεον ὡς εἴρητο, καὶ οἱ ἱππεῖς ἤλαυνον) Invenies etiam ὁμόσε ὁρμᾶν & ὁμόσε βαδίζειν. omnium autem frequentissime ὁμόσε χωρεῖν, & ὁμόσε ἰέναι, cujus utriusque phraseos exempla passim apud Thuc. Xen. Aristot. Lucian. aliosque obvia sunt.

4. Quare mirum est Græcos Interpretes, quum lingua ipsorum tantâ copiâ bonarum phrasium, hoc in negotio solennium, abundaret, tam alienam interpretationem elegisse, ἐκπορεύεται δὲ εἰς πεδίον ἐν ἰσχύϊ συναντῶν βέλει, quum pro ἐκπορεύεται εἰς πεδίον (ita laxe reddiderunt verbum יצא) συναντῆ, debuissent dicere, ὁμόσε φέρεσθαι, ὁμόσε χωρεῖ, vel quodcunque unum ex iis quæ hic proposuimus. Quantum ad voces ἐν ἰσχύϊ, eas huc transtulerunt è præcedenti membro, sicuti priorem ejus vocem וישיש proximo ante id membro ויחפרו בעמק copulaverunt; & sic lacerato hoc membro (reclamante non solùm Hebræorum codicum interpunctione, sed & Syro ac Hieron. quibus verba illa וישיש בכח peculiare comma constituunt) pulcherrimum sensum, quem eo contineri paulo ante monstravimus penitus eliserunt. Sed & aliter in plerisque codicibus contra interpunctionem peccant, ponendo distinctionem post ἐν ἰσχύϊ, ac voces illas συναντῶν βέλει connectendo cum primo sequentis versus vocabulo: quæ prava lectio præterquam quòd Syrum & Hieron. itidem repugnantes habet, ne stare quidem cum verbis Hebraicis ullo modo potest, cum phrasin illam יצא לקראת ita nude ac sine casu positam Hebræa lingua respuat.

5. In sequenti versu, qui sic habet, ישחק לפחד ולא יחת ולא ישוב מפני חרב alium rursus grandem errorem commiserunt Græci utpote in totum omittentes tria illa verba, quæ post ישחק sequuntur; etiam Hieronymo membrum illud ולא יחת indictum sinente. Syrus verò totum locum fideliter expressit, nisi quod pro פחד *pavore*, unius literæ similitudine deceptus, פחתא *foveam* legit, גחך על גומצא ולא דחל *irridet foveam, neque timet*. Quòd ל—שחק—*irrideo* hic, itidem ac supra hoc ipso capite versu 21, & alibi persæpe, idem valeat ac *sperno, contemno, parvipendo* (unde etiam Hieron. vertit, *contemnit pavorem*) apertum est, & nemini non dictum: uti & פחד *pavorem* seu *terrorem*, hic poni pro rebus quæ pavorem seu terrorem

rem incutere solent; quas Virg. designavit per *vanos strepitus*, sicuti pro eo, quod hic est שחק ל ipse dixit *non horrere*,

Nec vanos horret strepitus.———

Moneo autem, omnia hujus versus verba commode *in participia* verti, ut sententiæ cohærentia, quam cum præcedenti verbo habet, tanto melius appareat, hoc modo: *In adversa tela vadit, contemnens terrorem, minime-que expavescens, neque metu gladii pedem referens.* Posterius hoc comma Hieron. & Cast. verterunt, *nec cedit gladio*, quæ interpretatio sensum satis bene exprimit, sed non ipsa verba hebraica; quæ contra nimis superstitiose reddiderunt Pagn. Cajet. Oecol. & Drus. *neque revertitur* [Drus. *avertitur*] *à facie gladii.* מפני, quod inepte isti vertunt *à facie*, quod-que aliquanto rectius Tigur. *ob*, & Munst. *ob conspectum* reddiderunt, plane idem hic pollet, quod Latinis *ablativus metu*; quomodo etiam sumitur Joelis 2. 6. מפניו יחילו —Nah. 1. 5. ותשא הארץ מפניו – Zach. 14.5. נכחם מפני הרעש —Jobi 13.20.— מפניך לא אסתר —23.15. מפניו אבהל —Esa. 19.1. נעו מפניו — 64.11. נזלו הרים מפניך —Jer. 41.9. מפני בעשא —41.18. מפני הכשדים כי יראו מפניהם —Ezech. 38.20. ורעשו מפני דגי הים: atque aliis compluribus locis. quare laudandi Trem. & Pisc. qui ita hic verterunt. Verbum שב possis cum Tig. & Munst. vertere *retrocedit*, aut *retro fugit* cum Steucho (qui hunc locum satis fœliciter vertit, *haud retro fugit à gladio*) sed phrasis illa, qua nos usi sumus, *referre pedem*, hic appositissima est.

6. Eadem hæc phrasis שב מפני, eodemque modo reddenda, occurrit etiam Prov. 30.30. ubi dicitur, quòd leo sit bestiarum fortissimus, ולא שב מפני כל, quod Cast. præfrigide vertit, *nullius occursum vitat*, nec multo melius (quanquam magis κατὰ πόδα) Pagn. & Munst. *non revertetur* (Munst. *avertit se*) *à facie cujusquam*: & Hier. quoque satis laxe, *ad nullius pavebit occursum* proprius vero Tigurini, *nec à cujusquam conspectu fugit.* omnium verò optime Trem. *qui non retrogreditur metu cujusquam*: i e. non est in cujusquam potestate, ut metum ei incutiat, gradu-que eum pellat, & retrocedere ac pedem referre cogat: quod eleganter declarat. Aristot. 9. hist. 44. ἐν ταῖς θήραις ὁρώμενος μὲν οὐδέποτε φεύγει, οὐδὲ πτήσσει, ἀλλ' ἐὰν καὶ διὰ πλῆθος ἀναγκασθῇ τῶν θηρευόντων ὑπαγαγεῖν, βάδην ὑποχωρεῖ καὶ κατὰ σκέλος, καὶ κατὰ βραχὺ ἐπιστρεφόμενος, *Urgentibus venatoribus, ubi spectari potest, nunquam fugit, neque trepidat; sed etiamsi ob venantium multitudinem cogatur cedere, sensim restitansque retrocedit, & gradatim pedem refert*: eandemque rem, atque hanc leonis generositatem, Ovidius quoque in Halieut.

dulcis-

dulcissimis versibus depingit, atque inter alia ibi dicit, eum *adversis telis pectus suum inferre*; id quod plane idem est cum nostro, יצא לקראת נשק, quare etiam Merc. recte fecit, id sic enarrando, *non retrocedit, cum arma videt, & conflictum, sed letus & alacer in arma & medias acies ruit.*

7. Proximus est versus 26 (aliis 23.) ita se habens, עליו תרנה אשפה להב חנית וכידון. Verbum רנה, quod hic tantum occurrit, Chaldæus vertit per שדא *jaculari*, cui interpretationi ne reclamaret vox, אשפה, *pharetra*, eam vertit זינא *arma*, sive *tela*; quum potius, si hanc interpretandi viam inire, & figuratam ac *metonymicam* vocem apertiori ac simpliciori vocabulo exprimere satagebat, גירא *sagittas* vertere debuerit. Ast Græcus Interpres putavit idem esse cum רנן, quare vertit γαυριᾷ, quod non multum differt ab ἀγαλλιάομαι, quam vocem sæpe adhibet in verbo רנן interpretando. Græcum imitatur Syrus, qui vertit, משתבחא (in nostro codice prave per *caph* scribitur, Gregorio veram scripturam exhibente, quod est *passivum* à verbo, שבח *laudo*, quo passim in reddendo רנן utitur. Etiam Rabbini volunt has duas radices רנה & רנן eandem vim habere, ita tamen ut רנה hic obtineat non illam vulgarem τῷ רנן significationem, quam Græcus ac Syr. itidemque Cajet. (qui perquam inepte vertit, *cantabit*) retinuerunt, ac cui cum sensu haudquaquam convenit. sed generaliorem, *strependi* aut *resonandi* (R. Levi exponit זעק) id quod etiam Hieronymo placuit; qui proinde vertit, *super ipsum sonabit pharetra*. & hæc expositio magnopere arrisit Recentioribus Interpretibus cunctis, quorum partim cum Hieron. *sonare* ac *resonare*; alii (Steph. Cast. Mont. Mercerus, Mariana) *stridere*; nonnulli (Marin. & Schind.) *perstrepere* verterunt. quid autem per *pharetræ sonitum*, seu *stridorem* vel *strepitum* intelligendum sit, declarat Raschi, אשפה מלאה חצים ומתקושטות זו בזו ונשמע קולם, *pharetrâ sagittis plenâ, iisque inter se collisis, sonus earum exauditur*: similiterque R. Abraham, qui תרנה אשפה παραφράζει, תרנה קול החצים היוצא מאשפה *resonat strepitus sagittarum è pharetra exiens.*

8. Quia autem *stridor* aut *strepitus sonitus-ve* non videbatur competere sequentibus, *hasta* & *lancea* (quippe Mercerus, scribens *acies hasta & lancea s. stridet & resonat super equum*, minus probabilia loquitur) id movit aliquos istorum, ut להב, quod nomen est, ac tum *de gladii lamina*, tum de cujuscunque alterius *teli ferro & mucrone* dicitur, transformarent in verbum, legentes cum aliis punctis להב sive להב; id quod fecerunt. Hier. Tig. Cast. & Trem. *Vibrabit hasta & clypeus: micat-*

micant-que hasta & gæsum : micante hasta atque lancea : splendente hasta & lancea. Sed veram punctationem (quæ & à Syro testimonium habet, qui tamen imprudenter ex duabus hujus vocis significationibus, *flammæ* & *mucronis*, eam elegit, quæ minus huic loco quadrat, etiam Buxtorfio similiter hic lapso, ושלהביתא דרומחא ודנ זיבנא *& flamma lanceæ ac hastæ*) nihil opus erat solicitare, etiam receptâ istâ verbi רנה expositione, quia hæc locutio, *stridet pharetra & mucro hastæ*, potest excusari per eam figuram, quæ est in istis Virgilii versibus,

Ille Quirinali lituo parva-que sedebat
Succinctus trabea :———

quam figuram in S. Scriptura valde usitatam esse, permultis exemplis docere possumus; quæ in aliam occasionem reservamus. Melius igitur fecerunt Pagn. Oecol. Cajet. Steph. Marinus, Merc. Mariana, Osian. Drus. Pisc. & Schind. qui germana puncta retinentes, vertunt partim quidem *ferrum hastæ & lanceæ*, partim *lamina hastæ*, &c. alii *acies hastæ*, *cuspis lanceæ*, *fulgor lanceæ*: & Munst. quoque, qui cum Chaldæo putans להב absolute positum, neque sequentia regere (quod reliqui putaverunt & verius est) reddidit, *cuspis, lancea, & hasta*.

9. Quod Hieron. כידון vertit *clypeum*, error est : quum neque כידון *clypeum* unquam significet (quanquam alibi quoque ita hanc vocem ipse transtulit) neque, si vel maxime aliquando id significaret, isti significationi hic esset locus, ubi non de armis agitur, quibus corpora sua tegunt milites, sed de iis, quibus alios lædunt ac vulnerant, id est, de telis. multoque magis in hoc versu erraverunt Græci, non modò אשפה τόξον *arcum* transferendo (quum pharetram significet, quomodo etiam Syrus vertit קטריקא) sed aliquot voces omittendo, ac pro tribus istis להב חנית וכידון nihil aliud nisi καὶ μάχαιρα reponendo.

10. Notandum porro est, de sensu hujus versus duas esse valde diversas opiniones, ex ambiguitate *præpositionis* עלי enatas. Quidam enim עלי vertunt *super*, ut Hieron. Pagn. Cajet. (cum quibus videntur facere etiam Tig. qui transferunt *apud*) putant-que sermonem hic esse de telis, quæ cum equite sibi insidente portat ipse equus. Ita exponit Steuchus, *sonat super ipso pharetra, quam ferunt equites sagittarii* : necnon Merc. *dicit pharetram velut jubilare & latum sonum edere super equum in equite.* & mox, *simplicius puto [super eum] ut ad equitem equo insidentem respiciatur.* sic etiam Drusius, *super equum resonat pharetra, quam eques insidens ad sellam pendentem habet, in qua sagittæ, quæ inter equitandum collisæ sonitum edunt* : similiterque Diodatus versioni suæ, *il turcasso, è la lancia brandita, & il spuntone* gli

gli risuonano adosso, i. e. *pharetra, lancea-que vibrata, & hasta, in tergo ejus sonant*, hoc scholion adjungit, *l' armi che porta è maneggia il cavaliere*, i. e. *arma quæ eques portat tractat-que*. & Genevenses quoque eandem expositionem fovent, dubitantes tamen de armis ipsius equitis an militum proxime ipsum circumsistentium hæc capienda sint: *le carquois resonne sur lui—ascavoir du chevaucheur, qui est monté dessus, ou bien des gensdarmes, qui environnent le cheval en un fait d'armes*: i.e. *super ipsum resonat pharetra—puta equitis ipsi insidentis, aut certe militum, qui in prælio equum circumsistunt*.

11. Alii verò, Munst. Cast. Trem. Osian. Pisc. (quibus etiam Vernaculi plerique succinunt) עלי exponunt *contra* vel *adversus*, atque hæc de armis contrariæ partis, in quam tendat equus cum equite suo, accipiunt. etiam Oecol. quanquam in textu *super* vertit, *Super ipsum sonabit pharetra*, eodem modo hoc intellexit, uti colligere licet ex his ipsius in metaphrasi verbis, *Nihil illum moratur gladii vibrati fulgor, jacula hinc inde volantia, lancearumq; cuspides*. & hæc expositio priore verior est: de quo dubitare nemo poterit, qui totius sermonis seriem ac scopum consideraverit; quippe hic agitur de exprimenda per varias circumstantias equi generosi ac bellatoris generositate & fortitudine: ad quam rem ne hilum quidem conducit, mentionem facere eorum telorum, quibus eques, quem ipse vehit, instructus est. ast adversæ partis tela memorare, id verò summopere ad propositum facit; atque equi generositatem maxime commendat alacriter ruere in hostes, sagittis aliisque telis ad ipsum vulnerandum atque adeo interimendum armatos, ea-que parata atque intenta habentes. & hunc esse germanum istius loci sensum, vel ex præcedentibus duobus versibus apparet, in quibus eadem de re agitur, primò quidem generali effato, *telis contra tendit*, deinde ad particularia descendendo, *non refert pedem metu gladii*, ac reliqua telorum genera enumerando in hoc versu; cujus connexio cum præcedenti clarius apparebit, si *elipsis* hic commissa voculæ וכי, *& quando*, vel *& quanquam* suppleatur: quo ad latini sermonis consuetudinem accommodato, oratio existet talis *Haudquaquam pedem refert metu gladii, Neque sonantis contra ipsum pharetræ, &c.* Oppianus id, quod tribus hisce versibus de equorum animositate ac audacia dicitur, quum breviter prius extulisset ita,

——ἐπει μάλα θαρσήεντες
Ὅπλοις ἀντιάαν,——

mox eleganter, & proxime ad hæc textus nostri verba, sic edisserit,

Η πῶς ἄντα δέδορκεν ἀσκαρδαμύκτοισιν ὀπωπαῖς,
& duobus sequentibus versibus, qui initio capitis sexti videri possunt.

CAP. X.

1, & 2. *In interpretandis verbis illis initio versus* 27. (*Jobi cap.* 39.) ברעש ורגז *plerique peccant, alii quidem in alterutro, alii vero in utroque.* 3. *Verbum* גמא, *positum in proximo commate* (יגמא ארץ) *pro* haurire *seu* haustum sumere *usurpatur in Talmude: unde illud Gen.* 24. הגמיאני *illustratur.* 4. *Consimili modo id hic accipiunt complures Interpretes, nimirum pro* sorbere: *quæ interpretatio refellitur.* 5. *Allata ab Osian. & Cajet. istius interpretationis expositiones confutantur.* 6. גמא *hic denotare* fodere, cavare, *quod & multi Interpretes viderunt.* 7. *Sensus istius commatis* יגמא ארץ, *ac præcedentis,* —ברעש ורגז, *declaratur.* 8. *Testimonia aliquot poetarum, nostram istorum verborum expositionem illustrantia.* 9. *Castalionis versio verbi* יגמא, *& Græca versio totius hujus pericopes, examinatur.* 10. *In posteriore hemistichio versus* 27. ולא יאמין כי קול שופר, *verbum* יאמין, *à plerisq; Interpretibus in vulgari* credendi *intellectu accipitur.* 11. *Tres quatuorve diversæ hujus loci expositiones allatæ ab illis, qui* יאמין *ita vertunt.* 12. *Versio illa cum omnibus istis expositionibus redarguitur.* 13. יאמין *hic accipiendum pro* consistere, *seu* loco se tenere. Radicem *hanc sæpe cognatas isti significationes obtinere.* 14. *Verbum* האמין *non absimili modo sumi Jobi* 15. 31. *ubi tamen paucissimi Interpretes id animadverterint. sensus istius commatis explicatur.*

VErsus 27. (aliis 24.) prius hemistichium his verbis concipitur; ברעש ורגז יגמא ארץ, quorum duo priora Hieron. prælicenter vertit *fervens ac fremens*; eamque translationem etiam Cast. inverso duntaxat verborum ordine, retinuit. melius Syrus בזועת' ורוגז *cum commotione & ira.* verbum verbo hic redditum: idem tamen error, in posteriore voce, ab eo commissus, quem capitis præcedentis §. 8. notabamus, significationem minus idoneam eligendi. quippe רגז hic denotat *jactationem* aut *inquietudinem*, quomodo & alibi fere semper aut hoc, aut aliud quid simile significat; quum *iræ* significatio, quæ magis

Syriaca

Syriaca est (in qua lingua nihil aliud hæc *radix* denotat) rarissime aut ipsi, aut *primitivo* ipsius רגז insit. quare miror non modò Recentiores, Pagn. Cajet. Steph. Druf. Maria. Schind. & de Vernaculis Anglicam novam & Valeram, eodem modo רגז *iram* aut *furorem* reddidisse, sed & Symmachum, elimati judicii Interpretem. ἐν ὀργῇ transtulisse: idque eo magis mirum in ipso, quia vox רעש bene percepta (sicut ipse percepit, qui ἐν σάλῳ *in jactatione* seu *fluctuatione* transtulit) veluti manuducit ad veram alterius vocis intelligentiam. quanquam enim & רעש habet quandam significationem, qua רגז caret (de qua cap. sept. §. 2. & 3. diximus) & רגז contra alio modo latius patet quam רעש, atque ad nonnulla extenditur, de quibus רעש nunquam dicitur: quoties tamen istæ duæ *radices* copulantur, plane synonymæ sunt, eandemque rem significant, ac רגז non *iram* aut *furorem*, sed *inquietudinem*, *contremiscentiam*, *jactationem*, *trepidationem*, *commotionem*, ac *fluctuationem*, (prout ipse locus magis desiderat hanc illam-ve ex istis significationibus, quæ inter se affines, aliquantum tamen differentes, omnes isti voci competunt) denotare solet: sicuti deprehendet, quisquis locos, in quibus ista copulatio fit, puta 2 Sam. 22. 8. Psal. 77. 19. Esa. 13. 13. & 14. 16. Joel 2. 10. attente inspexerit.

2. Sed uti Symm. prius horum synonymorum probe assecutus, in altero lapsus est (quod & Oecol. Munst. ac Drusio accidit, qui ברעש vertunt *in commotione*, ברגז autem *in turbatione*, *in furore*, *in ira*; sicuti etiam R. Levi רעש per תנועה חזקה & רגז per חמה enarrat) ita aliis contrarium evenit, ut posterius recte, prius vero sequius interpretarentur: quod fecerunt Trem. & Pisc. qui reddunt, *in fremitu & commotione*. ast Pagn. & Steph. uti ברגז *in ira*, ita ברעש quoque minus diligenter *cum impetu* verterunt: neque melius Marinus, *in strepitu & horrore*. Sed & Tigur. qui ברעש ורגז transferunt, *dum fremitus & tumultus oritur*, nihilo fœlicius collimaverunt; quandoquidem neque רגז *tumultum* unquam denotat, neque רעש *fremitum* (quomodo tamen, præter modò dictos, etiam Mariana hanc vocem transtulit, uti ברגז in *ira*) nisi si *fremitum* generalius pro quocunque sono dixerunt; quæ significatio non quidem est ab isto vocabulo aliena, à præsenti tamen loco abhorret, non tantùm ob rationem modò allegatam, sed & ob aliam validiorem, petitam ex ipso sensu, cui *sonitus* aut *fragoris* mentio haudquaquam quadrat, *commotionis* autem egregie (quare omnium optime Mercerus רעש *concussionem*, *commotionem*, & רגז *tremorem* vertit; quomodo etiam Buxt. utrumque interpretatur *commotionem*) sicuti ex iis apparebit, quæ mox de vi ac scopo horum verborum

amplius dicturi sumus, ubi verbum יגמא prius expedierimus.

3. Verbum hoc bis tantum in S. Scriptura occurrit, hic & Gen. 24. ubi in *hiphil* ponitur הגמיאני, quod Arias Montanus nescio quid vidit ut verteret *refrigera me*; quum reliqui Interpretes, Veteres pariter ac Recentiores, neque minus Rabbini, magno consensu vertant *bibendum da*, aut *sorbendum da*. & sane in *Gemara Jeruschalmi* (*Seder Zeraim, Massecheth Masaroth*, cap. 4.) verbum hoc גמא sive גמה pro *sorbere* sive *potare*, aut potius *haurire*, ponitur in lepida quadam historiola R. Lazari filii Saalis, hominis voracis, qui ingluviem suam defendere soleret narrando de R. Lazaro filio Simeonis, quòd cum aliquando ivisset ad visendum socerum suum R. Simeonem filium Jose, acceptumque ab eo semel iterumque calicem siccasset, ipsi proposuerit hanc quæstionem כמה אדם צריך לגמורה בכוס, *quoties par est hominem haurire e calice?* i.e. *quot calices exhaurire licet?* ad quod R. Simeon responderit, Sapientes nihil hic determinasse, quum potionis geliditas, bonitas vini, calicis exiguitas, ac bibentis capacitas, plures haustus requirant aut permittant, quàm ubi omnia secus habent. Eodem quoque modo hoc verbum sumitur in altero ejusdem *Gemaræ* loco, *massecheth schebiith*, capite 8. *halacha* 2. החושש בשיניו לא יהא מגמא חומץ ופולט אבל מגמא הוא ומבליע *dolore dentium laborans non debet haustum aceti sumere* [ad detinendum in ore, aut ad colluendum os & dentes] *rursusque expuere*; *sed haustum, quem sumsit, deglutire debet*. Obiter autem notetur, quòd cum ex his *Gemaræ* locis constet, quod גמא significet *haurire* seu *haustum sumere* (quod Græci σπᾶν & ἕλκειν, eorumque imitatione etiam Poetæ nostri *ducere* & *trahere*; Galli *tirer*; Belgæ **een teugh haelen**; Angli, **to take a draught** dicunt) ea-que significatio Gen. 24. aptior sit quàm *bibendi* aut *sorbendi* (quorum illud nimis generale, alterum sitientibus minus quadrat) illud הגמיאיני נא מעט מים optime vertetur *sinito me haurire aliquantum aquæ*, quod Anglice diceres, **let me take a draught of a little water, or let me take a little draught of water.**

4. Jam ex isto Geneseos loco hunc Jobi exponunt multi Interpretes, eandemque vim isti verbo utrobique tribuunt, ac proinde יגמא Symm. reddidit ὡς καταπίνων, Hieron. *sorbet*: Merc. Marin. Pisc. Drus. Buxt. Schind. *absorbet*: Ste. *deglutit*; quomodo etiam vernaculi plerique, Gallica utraque, Italæ ambæ, Anglica Vetus ac Recens, & Belgica transtulerunt. Quid autem significetur per *absorbere terram*, ita exponit R. Levi, ירוץ עד שידמה שהוא כאילו הוא מגמא את-הארץ ובולעה לחוזק המרוצה *ita currit, ut videatur terram absor-*

absorbere præ cursus vehementia : similiterque Kimchi כאילו מרב קלותו ומהירותו ישתה הארץ *haud secus quàm si præ summa velocitate & celeritate terram ebiberet* : & ab istis mutuati Pagn. in Dict. Steph. Steuchus, Merc. Drus. Pisc. alii-que, similia afferunt. Sed hæc expositio haudquaquam probari potest. sermo enim hic est de equo in prælium atque in adversos hostes vadente, quod cursu fieri minime solet, ac proinde intempestiva hic est cursus mentio; quanquam etiam Syrus יגמא ארץ vertit, רהט על ארעא *currit super terram.* & si vel maxime de currente equo hæc dicerentur, phrasis tamen illa, ut equus dicatur *terram sorbere*, ad indicandum quòd pernici cursu feratur, non modò esset *metaphora hyperbolica*, qua appellatione Pisc. eam excusat sed insolentissima atque immanis ἀκυρολογία, cujusmodi ex nullo sani stili scriptore produci queat : illa-que, quæ & similia producit Steuchus, *carpere iter*, *radere littora*, haudquaquam esse ejusdem rationis, evidenter apparet.

5. Quod verò Osiander, sepositâ *metaphorâ*, propriamque *sorbendi* significationem retinens, scribit, *certum esse quod in bello cupidissimus pugnæ equus, & valde generosus, præ ira, ore aperto, terram momorderit*, id quoque defendi haudquaquam potest. Nam de lupis quidem scribunt nonnulli (apud Plin. lib. 8. cap. 22.) eos *in fame vesci terra* (quod tamen fabulosum esse, recentiores bonæ notæ scriptores asserunt, unaque fabulæ originem detegunt) & de leonibus quoque traditur, eos *mordere terram*, non ex animositate, atque in pugnam vadentes, sed instantis mortis dolore, cui etiam lachrymas impendant (Plin. lib. 8. cap. 16. *creditum est à moriente humum morderi, lacrymamque letho dari)* ab iisque ut videtur, ad homines transtulit Virg. 11. Æneid.

Egregiusque animi, qui nequid tale videret,
Procubuit, moriens, & humum semel ore momordit:

De equis verò non puto ullibi quicquam tale legi; multo minus, terram ab iis morderi ex generositate, atque prælii aviditate. Sed & Cajet. nihilo probabiliora affert, ita scribens : *sorbebit terram : hoc est, ita fremit & excandescit, acsi absorpturus sit terram, hoc est terrestres hostes* : quod commentum ineptius est, quam ut refelli debeat. namque & ipsum hoc, ut equus hostes absorbere, id est, velle absorbere dicatur, ineptissimum est : & ut *terra* exponatur de *hostibus* omnem superat absurditatem.

6. Potius igitur sentiendum cum iis, qui verbo גמא hic significationem plurimum discrepantem ab ea, quam Genes. 24. habet attribuunt; quod fecerunt Pagn. Munst. Cast. Trem. Luth. ac Valera: de

quibus

quibus Pagn. & Oecol. vertunt, *effodiet terram* : Tig. & Trem. *fodit terram* : Munst. *foveam facit in terra* : Luth. scharret in die erde : Val. *escarva la tierra* : videnturque hi omnes secuti Chaldæum, qui eodem modo vertit יעביד גומתא בארעא, id quod non parum istam interpretationem videtur confirmare, non tam ob ipsius Interpretis Chaldæi autoritatem, quàm quia inde liquet, verbo גמא in lingua Syriaca (è qua complures voces iste Jobi liber usurpat) *excavandi, fodiendi*, aut *foveam faciendi* vim non male attribui ; quum ab isto verbo derivetur nomen גומתא, quod hic pro *fovea* seu *scrobe* ponitur. Hanc interpretationem amplectitur etiam Schindlerus, namque etiamsi יגמא exponit *absorbet*, tamen mox eos sequitur, qui hæc eò accipiunt, quòd *equus in cursu & calcatione ungularum facit* גומה וחריץ *in terra* : similiterque Borrhaus alteram interpretationem, *sorbet*, ad hanc mentem exponit (miro sane artificio) . *sorbet terram*, inquit, *crebris ungularum ictibus terram fodiens, atque in ea scrobem cavans* : secutus forte Lyranum, qui ad *sorbet terram* adnotat, *videtur eam sorbere pedibus fodiendo*.

7. Non est autem putandum, otiosam hic fieri repetitionem ejus, quod jam Gen. 24. dictum fuerat prius. quanquam enim utrobique de terræ excavatione sermo est, res tamen ipsa differt plurimum. quippe illic sermo est de scrobicula, quam equus luxurians ac lasciviens, uno pede terram scalpendo, efficere solet : hic verò de iis foveis agitur, quas omnibus pedibus equi faciunt in terra, eorum vestigia altius in ipsam imprimendo, dum pugnæ atque in hostem ruendi desiderio ardentes, impatienter prælii signum expectant (unde fit, ut totum quoque corpus iis intremiscat,

——— (*Micat auribus, ac tremit artus*)

intereaque varie huc & illuc atque in latera se movendo (qui motus, cum adjuncto illo tremore, vocibus רעש ac רגז indicatur, atque à Virg. venustissime depingitur 11. Æneid.

——— *fremit æquore toto*
Insultans sonipes, & pressis pugnat habenis
Huc obversus & huc) ———

Ac subinde inter luctandum atque exultandum terram validius pulsando, compluria diversis locis atque altiora ungularum vestigia defigunt atque insculpunt.

8. De ista terræ pulsatione, à moræ impatientia atque animi ardore profecta (ad quam sequuntur foveæ, de quibus hic verba fiunt) non rarò loquuntur Poetæ : uti Callim. 3. Argon.

Ὡς δ' ὅτ' ἀρήϊος ἵππος, ἐελδόμενος πολέμοιο,
Σκαρθμῷ ἐπιχρεμέθων κρούει πέδον, αὐτὰρ ὕπερθε
Κυδιόων ὀρθοῖσιν ἐπ' οὔασιν αὐχέν' ἀείρει,
Sicuti martius equus, prælii desiderio fervens,
Subsiliendo, simul-que hinniendo, pulsat solum, ac superius
Gloriose se efferens arrigit aures, cervicemque sublimem attollit:

Silius lib. 13.

——— *Spumantis equi fera colla fatigans*
Evehitur portâ sublimis Taurea cristis —
Is trepido à lituûm tinnitu, & stare neganti,
Imperitans violenter equo: ———

Smyrnæus lib. 4. (de equis agens Circense certamen inituris)

——— καὶ πάντες ἀναΐξαντες ἐφ' ἵππων
Ἕζοντ'· οἱ δὲ χαλινὰ γενειάσιν ἀφρίζοντες
Δάπτον, καὶ ποσσὶ γαῖαν ἐπίκτυπον, ἐγκονέοντες
Ἐκθορέειν, ———
——— *cunctique insilientes in equos*
Sedebant: illi autem lupatos maxillis spumantibus
Mordebant, pedibusque terram pulsabant, festinantes
Exilire: ———

Ac rursus lib. 7.

Ὡς δ' ὅτε τις θοὸν ἵππον ἐπὶ δρόμον ἰχανόωντα
Εἴργει ἐφεζόμενος, ὁ δ' ὀρυκανόωντα χαλινὸν
Δάπτει ἐπιχρεμέθων, στέρνον δέ οἱ ἀφριόωντος
Δεύεται, οἱ δ' ἵστανται ἐελδόμενοι πόδες οἴμης.
Πουλὺς δ' αὖ πεδίοιο ἐλαφρολάτοις ὑπὸ ποσσὶ
Ταρφέα κινυμένοιο πέλει κτύπος· ἀμφὶ δὲ χαῖται
Ῥώοντ' ἐσσυμένοιο, κάρη δ' εἰς ὕψος ἀείρει ——
Sicuti quando quis velocem equum, cursus avidum
Inhibet insidens; ipse retinens frænum
Mordet hinniens, pectusque ejus spumâ
Humectatur, neque stare sciunt pedes curriculum appetentes.
Magnus autem à solo pernicibus pedibus
Crebrò pulsato sonus oritur. circum autem jubæ
Eriguntur erumpere studentis, caputque sublime attollit;

Statius lib. 6. (itidem de equis Circensibus)

——— *pugnant exire, paventque*
Qui dominis, idem ardor equis. face lumina surgunt,

Ora sonat morsu, spumisq; & sanguine ferrum
Uritur : impulsi nequeunt obsistere postes,
Claustra-que compressa transfumat anhelitus ira.
Stare adeo miserum est : pereunt vestigia mille
Ante fugam, absentemque ferit gravis ungula campum.

Et eodem spectat illud Ovidii 2 Metam.

——— *Pedibusque repagula pulsant,*

Pro quo Lucanus 1 Pharf. dixit,

——— *Proni-que repagula laxant.*

Et Poetis istis addatur etiam Dio Chryf. in Olympico, καθάπερ ἵπποις ἀγωνιστὰς ἐπὶ τῶν ὑσπλήγγων, οὐκ ἀνεχομένους τὴν χρόνον, ὑπὸ σπουδῆς τε καὶ προθυμίας κόπτοντας τὸ ἔδαφος ταῖς ὁπλαῖς, *sicuti equos certaturos, qui stantes ad carceres, moram ægre ferunt, præ desiderio [cursus] ac animi ardore solum ungulis pulsant.*

9. Castalio יגמא exponit *dissipat*, quod de eadem re commode intelligi potest. quippe dum altiora illa vestigia hic illic imprimuntur, terræ superficies ejusque æqualitas varie dissjicitur ac dissipatur. sed cur גמא *dissipare* potius, quàm *cavare* aut *fodere* exponi debeat, & Cast. nullum argumentum attulit, neque nos ullum videmus : quare rejecta ejus interpretatione, alteram illam potius retinendam existimamus. Græci nunc locum pessime tractarunt, non modò omittendo רעש, ac רגז minus apposite vertendo *iram*, sed & præcipue mutando *ablativum* in *nominativum*, quum alioquin ipsum verbum יגמא non pessime reddiderint ἀφανιεῖ, quæ vox admodum late patens, accipi etiam posset de inæqualitate illa ac lacunis, quibus equi terræ faciem, eo modo ac diximus, corrumpunt ac veluti deformant. sed illa *casûs* mutatio (καὶ ὀργῇ ἀφανιεῖ τὴν γῆν, *& ira terram corrumpet*) verum loci sensum penitus obscurat ac extinguit, & omni commodæ expositioni januam præcludit. Quodsi non ab ipsis est, sed à librariis, ut ὀργῇ habeatur pro *nominativo*, ac ipsi id potius in *dativo* posuerint (quod sane fieri potest, ac mihi valde est verisimile, quum ista *accentuum* aliarumque *notularum* ascriptio sit recentioris ævi) proindeque exponamus *& irà corrumpit* [*equus*] *terram*, haudquaquam ita longe ab Hebraico abibit ista versio, ac facit sub altera lectione, quam vulgo omnes sequuntur.

10. Sequitur in eodem versu, ולא יאמין כי קול שופר, quæ verba Sept. verterunt, οὐ μὴ πιστεύσῃ ἕως ἂν σημάνῃ σάλπιγξ, fideliter omnino si pro ἕως ἂν (id quod nunquam significat כי) ὅτι vel ὅταν dixissent. quod verò pro קול שופר (quod dictum per ellipsin verbi יהיה aut

aut ישמע) *sonus tubæ* [*auditur*] reddiderunt σημαίνει σάλπιγξ, in eo fecerunt pereleganter: quum σημαίνω verbum sit appositissimum, atque omnibus bonis authoribus usitatum in hoc negotio: sicuti Latini pro eo *canere* & *signum dare* dicunt. Sed in vertendo verbo יאמין (à quo totius loci sensus dependet) etiamsi fidelitatem præstiterunt, quum *credendi* intellectus sit ipsi familiarissimus, judicio tamen minus diligenti usi sunt, quum ista significatio ab hoc loco sit aliena. & tamen alii Interpretes permulti, quod mirum sit, eundem errorem commiserunt: Chaldæus, ולא יהימן ארום קל שופרא: Cajet. *non credet quod vox cornu*: Pagn. *non credit quod sit sonitus buccinæ*: Tig. *nec credit esse tubæ sonum*: Ste. *neque credit quod sit vox tubæ*: Oecol. Merc. & Drus. *nec credit quod sit vox buccinæ*: & Rabbini quoque, Jarchius ac Esraides, sunt de ista cohorte, cui accensendi etiam Hieron. ac Cast. qui verterunt, *nec reputat tubæ sonare clangorem*: *nec id habet pro tubæ sonitu.*

11. Inter istos autem, qui ita concorditer verbum hoc interpretantur, de sensu tamen non satis constat, ac tres quatuorve discrepantes expositiones ab ipsis afferuntur. Steph. ac Maria. exponunt, *nihil curat tubæ vocem*: *non curat cum tuba intonuit*: eodemque modo Lutherus, Italus, & Valera, **er achtet nicht der Drommetten hal**: *non stima niente il suono di la tromba*: *no estima el sonido de la bozina.* Diverso modo Belgæ mei explicant, equos ita velociter ac animose huc illuc discurrere, adeo-que ardere pugnæ amore, ut veluti occupatis sensibus animum non advertant classico, ac proinde id parum exaudiant. Alii verò *credere* accipiunt pro *fidere*, aiunt-que sensum esse, quod equus velocissime currat, velut ii facere solent, qui evadere festinant eos quibus diffidunt: quæ expositio Genevensium est, Piscatori quoque in scholiis memorata, his verbis, *non fidit, id est, procurrit tanquam is qui non fidit.* Ast Raschi & Abenesra exponunt de magnitudine gaudii, qua fiat ut equus classicum exaudiens, auribus suis vix fidem habeat: Abenesra, כל כך ישמח ללכת אל-מקום המלחמה שלא יאמין כי קול השופר הוא אמת *adeo gestit* (prave editum ישמע pro ישמח) *vadere in locum prælii, ut non credat sonitum buccinæ esse verum.* Raschi, לא יאמין מרוב שמחה שהוא מתאוה למלחמה *non credit, ob magnitudinem gaudii, quia prælium tantopere exoptat.* & hanc enarrationem Belgæ quoque priori in scholiis suis subjungunt; eamque fovet etiam Mercerus, *ita prælii cupiditate ardet, ut etiamsi tuba sonet, eam sonare non credat*: istisque addendus etiam Cajet. qui tamen paulo aliter exponit, hoc modo, *Aviditas magnæ rei quæ differtur,*

describi solet sic, videlicet non credet quod erit — & juxta hunc loquendi modum aviditas equi ad prælium describitur, dicendo quod vox cornu, citans ad prælium, erit.

12. De his autem quatuor expositionibus tres priores admitti nullo modo possunt. illud enim, *non fidit* id est, *currit quasi non fideret*, nimis quam frigidum est ac longe petitum: & האמין nunquam significat vel *animum advertere*, vel *metuere* aut *magni facere*: ob quam rationem repudiari etiam meretur interpretamentum Syri & Gallicæ Veteris, ולא דחל מן קלא דקרנא *neque metuit sonitum tubæ: il ne craint point le son de la trompette*: quemodo & Cast. ista exponit, *non metuit tubæ sonitum ceu rem terribilem*; similiterque Borrh. & Osian. qui Hieronymi *non reputat*, declarant per *non metuit*, *non formidat*. Quarta autem expositio nequaquam est improbabilis, cuum satis suetum sit, ut homines (à quibus ad equos alia-que ejusmodi animalia pro portione transferri potest hic affectus, ut alii quamplurimi) rebus ardenter à se expetitis atque exoptatis difficulter initio fidem adjungant, & non aliorum modo relationem (quomodo Jacobum scribit Moses Gen. 45 26. non credidisse initio, quæ de filii Josephi vita ac fœlicitate à reliquis filiis ipsi narrata erant) sed & proprios sensus tantisper in dubium revocent, cujus rei exemplum habemus Lucæ 24. 41. *ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς*· ad quam mentem supra in hoc ipso libro, cap. 29. vers. 24. dictum est, אשחק אליהם לא יאמינו. Attamen ne isti quidem expositioni subscribere potium, omnibus exactius pensiculatis; quia tametsi generosi equi non modò non percelluntur tubæ sonitu, sed potius gaudium ex eo capiunt (quod versu seq. expresse dicitur) non tamen aut verum est, aut convenienter dici potest, tantum id esse gaudium ut hunc effectum in iis producat. quippe ita gaudere, ut quis veluti attonitus reddatur, atque animo externatus oculis auribusque fidem deneget, non contingit nisi in gaudiis ut summe ingentibus ac extraordinariis ita inusitatis atque inexpectatis: quæ non cadunt in lætitiam illam, quam ex audito classico equi percipiunt.

13. Omnino igitur accedendum Tremellio, vertenti, *neque consistit firmus, cum sonus tubæ editur*: cui interpretationi (approbatæ etiam à Pisc. itemque à Diodato, qui transfert, *non puo star fermo, poi che ha udito il suon de la trompa*) & cum sensu loci optime convenit, & vis verbi האמין haudquaquam repugnat. namque *adjectivum* נאמן, quod factum è *participio*, aut potius ipsum *participium nominascens*, ejusdem *verbi*, sed ab alia *conjugatione*, pro *firmo, stabili, certo, durabili, permanente, μόνιμο* (quæ omnia & inter se affinia sunt, & magnam habent

bent cum *consistente*, sive *in vestigiis suis stante ac herente* cognationem) frequenter sumitur: & ipsum quoque verbum נאמן iis modis plus semel usurpatur. Exemplis adductis hæc confirmare supersedebimus, cum Pagn. & Schind. in Dict. suis (ubi eandem hanc rem docte adnotarunt, atque hos istius radicis intellectus diligenter observaverunt, idipsum confirmante quoque apud Pagninum Mercero) pleraque omnia jam allegaverint: hoc tantum monebimus, Psal. 78. 39. ולא נאמנו בבריתו Hieron. vertisse, *non permanserunt in pacto ejus*; & Deut. 28. 59. מכות נאמנות *plagas perseverantes*; ibidemque חלים נאמנים *infirmitates perpetuas*, quod & Symm. similiter transtulit μονίμους, uti discimus ex scholiis Gregorii ad eum locum, dicentis eum vertisse מבהרנן. sed & Sept. nomen אמונה alicubi ad hanc mentem transtulerunt, Exod. 17.12. ויהי ידיו אמונה καὶ ἐγένοντο ἐστηριγμέναι. Et in Syriaca quoque lingua hoc ipsum usu venit, ut una eademque *radix* habeat *veritatis* ac *firmitatis* seu *stabilitatis* significationem. namque שריר modò significat ἀληθῆ, ἀψευδῆ, *verum, minime mendacem* (Joh. 8. 13, 16. 2 Cor. 6. 8. Tit. 1. 2. modò στερεὸν, βέβαιον Rom. 4. 16. 2 Cor. 1. 7. 2 Tim. 2. 19. Hebr. 5. 12. 14.) idemque in ipso verbo שרר & אשר, in-que aliis ejus derivatis observare quoque licet. ab eodemque fonte est, quod יצב Hebræis *consistendi* notione usurpatum, Chaldæis Syrisque *veri* ac *certi* intellectum habet.

14. Uti autem נאמן persæpe, ita ipsum *hiphil* האמין non hic tantùm, sed & alibi istam vim habet, & significationem non valde absimilem ei, quam ipsi hic assignamus, nimirum Jobi 15. 31. לא יאמין quod Luth. Cast. Gallica vetus, Osian. ac Valera, recte transferunt (aliis Interpretibus cunctis, quos vidimus, verum loci sensum haudquaquam assecutis) **er wird nicht bestehen**: *instabilis erit: il n'a point d'arrest: non firmus erit: no será afirmado.* Hisce inducti probabiliter concludimus, quòd האמין hoc loco significet, *consistere, in vestigio manere*; Belgæ & Angli dicunt **stil staen, to stand still**: quam significationem hic esse aptissimam, ipse locus clamat. est-que hic כפור העניו (figura adeo in his libris usitata) & לא יאמין rem eandem dicit, sed brevius ac simplicius, quæ priori hemistichio comprehenditur. sicuti enim ex eo, quod dicitur equus *se varie movere & inquietus esse* (id significatur duobus istis vocabulis ברעש ורגז) sequitur eum non perstare in eodem loco; ita rursus dum dicitur, eum *vestigio suo non herere*, indicatur idipsum, quod paulo ante dictum fuerat, eum *inquietum esse*, ac sese *huc illuc movere*. Est igitur לא יאמין ipsissimum Virgilii *stare loco nescit*; id quod 11. Æneid. aliquanto plenius & per-

quam eleganter exprimit iis versibus, quos modò §. 7. posuimus. Græcè לא יאמין rectè vertas, οὐ δύναται ἑδραῖος μένειν, qua phrasi usus est Galenus comment. i. in progn. Hippocr. sect. 21. ubi affectum oculorum, ἵππον ab Hippocrate dictum, ita describit, οὐ δυναμένων αὐτῶν ἑδραίων μένειν χρόνον οὐδένα, σαλευομένων δὲ ἀεὶ τρεμωδῶς, *quum nullo tempore quieti manere possunt, sed perpetuo moventur tremule*: vel unico verbo σαλεύει, quo in eadem re usus est autor libelli De definitionibus, nomini Galeni falsò inscripti: Ἵππος ἐστὶ διάθεσις ὀφθαλμῶν ἐκ γενετῆς, καθ' ἣν ἀσα-λεῦσι καὶ ἀεὶ κινοῦσιν οἱ ὀφθαλμοί, κίνησιν ὑπομένοντες ἐν κλόνῳ καὶ τρόμῳ ἀδιαλείπτῳ καθεστηκυῖαν. *Equus est affectio oculi congenita, in qua oculi quiescere nesciunt, sed moventur semper, motumque in agitatione ac tremore continuo positum sustinent*: in quibus verbis etiam ἐν κλόνῳ καὶ τρόμῳ respondent Jobi ברעש ורגז, quæ rectè quoque vertas, σὺν σάλῳ καὶ κλόνῳ, vel σὺν σεισμῷ καὶ σάλῳ. Quod autem equus dicitur moram ac quietem ita impatienter ferre, *quando tubæ sonus* [*editur*] i.e. *quando tuba classicum canit*, ὅταν ἡ σάλπιγξ σημαίνῃ (pro quo Virg. paulo licentius dixit,

—— Siqua sonum procul arma dedere)

id eam mentem habet; quòd cum jam antea, animi ac fervoris plenus, arderet pugnæ amore, atque in hostes vadere gestiret, audito classico magis etiamnum inflammetur, quum id sciat prælii jamjam committendi signum atque tesseram esse: quare vim atque injuriam fieri sibi putat, si diutius inhibeatur, atque in loco contineatur, postquam id ad aures ejus accidit.

CAP. XI.

Jobi 39. 28. *in* בדי שופר יאמר האח, *voculam* די *non significare* sufficientiam, *ut multi Interpretes ac Rabbini existimarunt, sed esse merè* expletivum. 2. *Eodem modo* די *in* בדי expletivum *esse etiam Hab.* 2. 13. *ac in* בדי *Jud.* 6. 5. *& in* מדי *Esa.* 66. 23. 3. *Sensus istius commatis*: *& qua* præpositio *apud Latinos Hebrææ isti* האח *respondeat.* 4. *In proximo commate,* ומרחוק יריח מלחמה, *verbum* הריח *significat* sentire, persentiscere: *quomodo etiam sumitur Jud.* 16. 9. *& Esa.* 11. 3. 5. מרחוק *hic non significat* procul, eminus, *uti vulgo putaverunt, sed est* adverbium temporis, *sicuti* 2 *Reg.* 19. 25. *Esa.* 22. 11. *&* 25. 1. 6. *Sensus istius commatis, ac cum præcedenti connexio,*

connexio. מלחמה *non* bellum *hic significat sed* prælium. 7. *Errores à Græcis commissi in proximo commate* רעם שרי' ותרועה. *quomodo* תרועה *hic intelligi ac verti debeat.* 8. שרים duces *hic significat,* non principes. *variæ interpretationes vocis* רעם *excutiuntur. Syrus multa in hoc commate peccavit.* 9. *Comma istud* רעם שרים ותרועה *longe alium sensum habere, aliterq́, cum præcedentibus cohærere, quam omnes hactenus putaverunt. latinis* ad *eum intellectum habet, in quo* בדי *usurpatur in hoc versu.* 10. *Versus iste, atque præcedens, parum diligenter expressi ab Oppiano; qui in scribendo equorum elogio hunc Iobi locum videtur præ oculis habuisse.*

VErsus 28. aliis 25. (qui ultimus est hujus de equis pericopes) initium est, בדי שופר יאמר האח, quo veluti ratio redditur eorum verborum ולא יאמין כי קול שופר, quasi diceret, Ideo moræ impatiens, est, neque diutius retineri sustinet, quando classicum ad aures ejus accidit; quia eo non modò non percellitur, sed veluti re desideratissimâ lætatur, nihilque magis expetit quàm prælium, cujus signum id esse novit. די in בדי esse vocem significativam, ac denotare *sufficientiam*, sententia fuit Chaldæi, qui reddidit במיכרת שופרא: ei-que haud obscure suffragantur Raschi & Abenesra in notis ad hunc locum, quorum prior ait, לשון די השיב לו להרבה שופר *voculam* de *retulit ad multitudinem tubarum*; alter verò sic, הו קרוב בטעם מן אין די בער *Eandem fere vim* de *hic habet, ac in illo loco Esa.* 40. 16. *Libanus non sufficiet ad succendendum.* Secutus istos est de Recentioribus Arias Montanus, qui pro Pagnini *inter buccinas*, substituit *in sufficientia buccinæ*; similiterque interpretatur Marinus: & Pisc. quoque ait Hebræa ad verbum sonare *in sufficientia tubæ*, quod idem valeat, acsi dicas, *cum tuba clare & sufficienter sonat*; sive, uti Mercerus eòdem propendens, explicat, *ubi abunde auditur tubæ clangor.* Sed potior est eorum opinio, qui די habent pro *adjectione syllabica*, ac nihil significante; id quod fecerunt plerique, Pagn. (cujus interpretamentum modo adduximus, quod retinet & Oecol. ac Buxt.) Munst. (qui tamen minus commodam præpositionis — ב — significationem hic elegit, vertens *in ipsa buccina*) Cast. (*ad tubæ clangorem*) Trem. (*ad tubæ sonitum*) Drusius (*ad buccinam*) quòd voces *clangorem* & *sonitum* de suo addiderunt Cast. & Trem in eo fecerunt omnino recte, videntes *tubam* hic pro *classico* seu קולשופר (ut proxime præcedentibus verbis dicitur) positum esse; quare etiam Syr. vertit, בקלא דשיפור *ad sonum tubæ.* Hieron. *paraphrastice* hæc verba extulit, *ubi audierit buccinam*;

buccinam; itemque Græci, quanquam diverso modo, ac pereleganter, σάλπιγγος ἐν σημασίαις, quam Græcorum paraphrasin retinuerunt etiam Tigur. *cum tubæ signa canunt.*

2. Esse autem די *expletivum* potius quàm *significativum*, tum ipse sensus docet (qui ex altera interpretatione valde coactus ac frigidus elicitur) tum alii loci ubi similiter בדי pro simplici —ב— ponitur, quod fit Hab. 2.13. וייגעו עמים בדי אש ולאמים בדי ריק ייעפו (quæ eadem pericope legitur etiam Jer. 51. 58. ubi די nullo modo posse significare *sufficientiam* (quanquam etiam ibi ita vertit Arias comitemque habet R. Salomonem, בדי ריק בהרבה ריק שיבוא עליהם) & sensus clamat, & cuncti fere Interpretes consentiunt. Sane די in בדי non alium præbere usum, quàm præbet in בדי Jud. cap. 6 vers. 5. בדי ארבה לרוב (Syr. איך קמצא Græc. ὡς ἀκρίς, Hieron. *instar locustarum*) & in מדי Esa. 66. 23. מדי חדש בחדשו (Syr. כן זבן ירח לירח) summam habet probabilitatem: quare etiam R. David in Dictionario affirmat די in omnibus istis παρέλκειν (כלם אלו נוספים, *ista omnia sunt paragogica*) ea-que exponit per באש, בריק, בשופר, כארבה, מחדש. Majorem tamen in eo constantiam desideres, qui sua recte dicta mox ipse corrumpat, subjungens, יש בהן קצרם ענין כי יורו על הגדלת הדבר והתמדתו — *habet* די *in omnibus istis nonnullam vim, indicans magnitudinem rei ac perpetuitatem*: cujusmodi verbis etiam in comment. ad Hab. 2. & Jerem. 51. probam expositionem, primò à se exhibitam, statim rursus labefactat.

3. Interjectionem האח esse lætantis ac exultantis, inter omnes convenit; qualis est Syris אחני, & Latinis *evax*. nam *vah*, quo Hieron. usus est, potius est admirantis, itemque se recolligentis; uti *ha ha he*, quod Trem. usurpat, ridentis ex quacunque causa: & *euge* (quod Græci, Pagn. Merc. Pisc. Osian. Maria. Drusius prætulerunt) laudantis, approbantis & gratulantis. ast Tigurinorum *haha*, & Munsteri ac Oecol. *heah*, planè barbara sunt, atque Latinæ linguæ ignota. Quanquam autem hæc verba יאמר האח præcipue indicant internam animi lætitiam, quam ex audito classico capit equus (q.d. non minori inde gaudio afficitur, quàm homines tanta lætitia perfusi, ut id exclamationibus & dicendo *evax* testentur) nihil tamen impedit, quin eadem opera id intelligamus de voce, non quidem eo modo, ac fecit Cajet. (qui dicit, *intelligendam vocem hilaritatis prolatam ab equo audiente tubam citantem ad prælium; cujus nomen proprium non habeamus. equum enim gaudentem non sonare vah, sed suam quandam gaudentis interjectionem*) sed de

hinnitu

hinnitu (quod fecit Diodatus, qui hunc locum sic vertit, *al suon della tromba egli annitrisce, ad sonitum tubæ hinnit*) quum certum sit, equos lætantes & gestientes solere istam animi sui affectionem atque alacritatem hinnitu testari: quare etiam viso hero hinnire solent, quod de iis scribit. Oppian. 1 κυνηγ.

Αἰεὶ γιγνώσκουσιν ἑὸν φίλον Ἡνιοχῆα,
Καὶ χρεμέθουσιν ἰδόντες, ———
Semper noverunt suum charum equitem,
Eum-que conspicati hinniunt: ———

Eodemque spectat historiola à Cicerone lib. 1. Divin. narrata de equo Dionysii tyranni, qui voraginibus fluminis cujusdam summersus, quum maxima contentione extrahi non potuisset, ægre-que id ferens Dionysius discessisset, paulo post suopte marte se periculo eripuit, herumque alacris ac hinniens secutus est. Ovidius quoque, eandem hanc equi proprietatem, de qua iste Jobi versus agit, describens, *fremitûs* (quem pro *hinnitu* passim usurpant poetæ, uti alibi quoque monuimus) mentionem facit hisce elegantissimis versibus, atque ad præsentis loci illustrationem non parum facientibus, è 3. Metam.

Vt fremit acer equus, cum bellicus ære canoro
Signa dedit tubicen, pugnæq; assumit amorem:

quæ non paulo exactiora ac pleniora sunt istis Oppiani eodem spectantibus,

Πῶς μὲ χάρις μάχησιν ἀρήϊος ἔκλυεν ἵππος
Ἦχον ἐγερσίμοθον δολιχῶν πολεμηΐων αὐλῶν;

Etiamsi autem hæc de hinnitu accipiamus, non tamen propterea erit tautologia ejus quod supra versu 23. (de quo nos extremo capite 15.) dictum fuit: quum ibi agatur de hinnitu animositatis ac fortitudinis teste, quandocunque edito; hîc verò de eo tantum, quem ex desiderio prælii, e-que lætitiâ, ob ejus propinquitatem perceptâ, atque classici auditu intellectâ, equus emittit.

4. Sequitur in hoc versu, ומרחוק ירח מלחמה. Verbum הריח propriè significat *odorari, olfacere*, eamque significationem hic retinuerunt omnes ferè Interpretes, quà Veteres quà Recentiores, qua incuriosa versione deceptus Cajetanus, scripsit ista admodum improbabilia: *quod dicitur de olfactu equi, non est absurdum verificari ad literam. nam quemadmodum canis insequens cervum — olfactu discernit vias, ità facultas odorandi à longe tumultum bellicum indita equo sit.* sed omnino יריח hic vertendum *sentit*, aut *præsentiscit*: quæ significatio (indicata etiam à Kimchio, qui in Dict. de hoc loco scribit יריח על

 דרך

דרך הרחבה כלומר ירגיש [*odoratur*] *hic latius sumitur pro* [*sentit*] itemque à Borrh. Maria. & Schind. qui explicant *præsagit, agnoscit, sentit*) uti huic loco magis accommodata ita ab isto verbo nequaquam est aliena. Hebræi enim quum nullum peculiare verbum habeant Græco αἰσθάνεσθαι, & Latino *sentire* respondens (namque הרגיש uti alia quamplurima, à Syris mutuati sunt Rabbini) verbum הריח pro eo adhibere solent, ut Jud. 16. 9. בהריחו אש *simulatque ignem sentit* [aut, *persentiscit*] Et Esa. 11. 3. והריחו ביראת יהוה, *& sensus ejus timore Domini imbuti erunt*, id est, *religiose omnia persentiscet, religio erit velut norma sensuum ejus*. Pleraque quidem Interpretum pars in istis quoque locis הריח vertunt *odorari*, sed nimis negligenter ac ἀκύρως, quia *odorari* etiamsi Latinis non raro *metaphorice* usurpatur, non tamen eodem modo tunc, neque ita late ab ipsis sumitur, ac Hebræis הריח.

5. Ast præter hoc in verbo ירח peccatum, alterum in מרחוק commiserunt omnes, quos viderim, Interpretes, putantes esse adverbium loci, *procul, eminus*; unde etiam factum, ut in sensu hujus commatis, ejusque cum præcedentibus connexione, nihil viderint. revera enim מרחוק hoc loco est *adverbium temporis*, idem fere valens quod *antea*; quomodo etiam sumitur Esa. 25. 1. עצות מרחוק *consilia longe ante* [*destinata*] quod Sept. βουλὴν ἀρχαίαν, Hieron. *cogitationes antiquas* vertit; similiterque Kimchi enarrat העצות שאמרת מזמן רחוק *consilia quæ prædixisti à tempore longinquo, seu, longo ante tempore*; & Esraides ibidem מרחוק exponit, מימים קדמונים *inde à temporibus priscis*. sic 2 Reg. 19. 25. למרחוק אותה עשיתי, ubi למרחוק *synonyme* usurpatur cum למימי קדם, uti ex sequenti membro apparet, quare etiam *ab initio* vertit Hieronymus. ita etiam Esaiæ 22. 11. ויצרה מרחוק quod Sept. verterunt ἀπ' ἀρχῆς. & Kimchi exponit זה זמן רב ורחוק, quomodo etiam Tig. Cast. Forer. Trem. Mariana *olim, è longinquo tempore, jam olim*, interpretantur. Neque quencuam movere debet, quod hic apud Jobum מרחוק non nisi de brevissimo temporis intervallo (quantum nimirum inter classicum ac conflictum intercedere solet) accipiatur, quum in istis duobus locis de ingenti ac vastissimo elapsorum temporum spatio usurpetur. siquidem videmus idem etiam in græco πάλαι, & latino *olim* usu venire, ut modò annos ac secula, modò non nisi brevissimum tempus complectantur.

6. Sic igitur intelligens vocem מרחוק, statuo præsens comma non separatim accipiendum, neque à præcedenti divellendum (ut reliqui omnes faciunt, præter Trem. qui tamen aliter hoc cum eo conjungit, quàm nos

nos facimus) sed ita arcte cum eo cohærere, ut duo illa vocabula בדישופר inde ἀπὸ τοῦ κοινοῦ huc repetantur, *Ad tubæ sonitum dicit evax, ad eum prælium* [*mox futurum*] *antea persentiscens*; quæ duo postrema unico verbo commode efferantur, *præsentiscens*. מלחמה hic non *bellum* significat, sed *prælium*, uti alibi sæpissime; quomodo etiam Latini, quanquam perrarò, *bellum* interdum dicunt, uti Florus lib. 3. cap. 5. *Omnes copias uno apud Chæroneam, altero apud Orchomenon bello dissipavit*: quare Interpretes, qui plerique omnes hic verterunt *bellum*, ferri & excusari possunt; ita tamen ut sciatur alteram interpretationem, utpote magis claram ac certam, potiorem esse. Sensus igitur hujus commatis est, *Equum e classici auditu cognoscere prælium jamjam committendum*: quibus verbis veluti ratio redditur ejus, quod præcedenti commate dictum fuerat, nimirum gestire equum audito classico, quia inde certum habeat, prælium ac conflictum, cujus ipse summopere avidus sit, instare, ejusque initium mox esse faciendum.

7. Sequentia ac ultima hujus versus ac perioches verba, רעם שרים ותרועה Græci vertunt σὺν ἅλμαλι καὶ κραυγῇ, valde indiligenter. namque & vocem שרים extriverunt, & רעם pessime reddiderunt, quum nullo modo ea vel ἅλμα *saltum*, vel quippiam simile significet. quanquam sane putaverim eos non ἅλμαλι, sed ἀλαλάγμαλι (quod & Editiones pleræque habent, quum Romana alterum legat) scripsisse, quod ab audaculis & imperitis librariis in ἅλμαλι postea mutatum sit. ista autem interpretatio perbona est, si transpositis vocabulis κραυγὴ τῷ רעם, & ἀλάλαγμα τῷ תרועה opponatur. Etenim תרועה ipsissimum est Græcorum ἀλάλαγμα, nimirum clamor, quem vadentes in prælium milites edere solent; quem fere generali *clamoris* nomine (quo hic Pagn. & Maria. usi sunt) Latini denotare solent; interdum quoque *ululatûs* (quomodo Hieron. vertit) *vociferationis* verò (quod est Munst. Oecol. Trem. ac Schindleri interpretamentum) nunquam. Tigurini valde aliene *classicum* reddiderunt, non quia תרועה nunquam id significet, sed quia id non convenit huic loco; qui diligenter inspectus, non sinit dubitare, quin sermo hic fiat de ἀλαλαγμῷ, sive de *clamore* illo *militari*; quod cum plerique Interpretes viderent, miror id fugisse Castalionem, qui non minus hoc, quàm רעם, ad ipsos Duces refert, vertens *strepitum clamoremq. Ducum*.

8. Nomen רעם Tigur. probe verterunt *clamorem* (quomodo etiam Chald. vertit אכליורין) quippe dictum de inclamatione illa, qua *Duces* (ita vertendum שרים cum Hier. Tigur. Castal. Merc. Osian.

non *Principes*, ut alii minus commode transferunt) utuntur in cohortandis ac animandis militibus suis ad pugnam pergentibus; quod & Hieron. vidit, qui proinde egregie vertit *exhortationem*. ast interpretamenta Munst. Cast. Mont. Marianæ, Marini *strepitus*, itemque Merceri ac Drusii *fremitus*. & Oecol. *tumultus*, quum nequaquam in istum sensum trahi, ac de cohortatione intelligi possint, admitti nequeunt: multoque minus versio Schin. *commotio*, & Stephani. Trem. Pisc. ac Bux. qui propriam hujus vocis significationem retinuerunt. tametsi enim *tonare* & *intonare* crebro ad diversos sonitus, à tonitru plurimum diversos, atque ad clamores quoque transferuntur; ipsum tamen *tonitru* nunquam de illis dicitur, aut ab ullo probato autore ita usurpatur. Syrus רעם cum aliis punctis legit, acsi esset participium רעם, ei-que intellectum, quem nusquam alibi habet hoc verbum, de suo assignavit; alia-que præterea peccavit, nomen תרועה exponendo de *hinnitu*, & *vau* ipsi præfixum mutando in *beth*, uti apparet ex hac ejus interpretatione -- ומזיע לרורבנא בצהלה. *& duces* [vel *principes*] *percellit hinnitu suo*; quæ interpretatio uti à verbis Hebraicis multum distat, ita sensum quoque parit minime concinnum, atque ab hoc loco prorsus alienum. Duo ista רעם ותרועה *Ducum cohortatio*, *& militum clamor*, sicuti reipsa conjuncta sunt, atque inter se comitari solent, ita à Scriptoribus, itidem ac hic, passim copulantur; cujus rei permulta exempla afferri possent: nos uno de selectioribus contenti erimus. Ἐξῆγε τὰς δυνάμεις, καὶ πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, παρακλήσει τε πολλῇ καὶ ἐπικελεύσει χρησάμενος, ἐκέλευσε σημαίνειν τὸ πολεμικόν· καὶ οἱ στρατιῶται τὸ σύνηθες ἀλαλάξαντες, ἀθρόοι κατὰ σπείρας τε καὶ λόχους συνέβαλον αὐτοῖς. *Eduxit copias, ac priusquam ad manus veniretur, multa cohortatione usus, jussit classicum canere. ac milites pro more ululantes, conferti per cohortes ac turmas cum iis congressi sunt.* Halicarn. lib. 8.

9. Animadvertendum porro est, voces istas רעם ותרועה nequaquam esse *accusativos*, qui à verbo ירח regantur, sicuti omnes hactenus existimaverunt: quod valde evidens est, si מרחוק ita accipiatur, quomodo nos accipiendum diximus. sed etiamsi ita, ut vulgo faciunt, vertamus *procul* aut *eminus*, quid sibi volunt ista verba, *equum procul odorari aut percipere Ducum exhortationem, & militum clamorem*. quis-ve inde commodus sensus exsculpi possit? quum & ipse ex propinquo ipsum exaudiat, utpote in ipso exercitu constitutus, ac cum equite suo pars ejus; & si aliter se res haberet, quid magnifici in eo inesset, aut quid magnopere ad commendandum equi generositatem conduceret acris in ipso auditûs collaudatio? Itaque utrumque hoc nomen

nomen in *ablativo* capiendum, subintellectâ ante ipsa atque è principio versûs ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetitâ præpositione בדי, ac post ipsa subintelligendo יאמר האח וירח מלחמה, quæ voces, per trajectionem satis usitatam in Sacris (uti & in externis Scriptoribus) in medio hujus versus collocatæ sunt, quum verus earum locus sit in fine ipsius. Non aliter enim intelligendus est hic versus, quàm si scriptum esset, בדו שופר ודעם שרים ותרועה יאמר האח וירח מרחוק מלחמה, *Ad clangorem tubarum, Ducumq; exhortationem, & militum clamorem præ lætitia gestit, & prælium ac conflictum jamjam futurum præsentiscit*; quæ causa est ut tunc, sicuti versu præcedenti dictum fuerat, loco diutius stare indignetur, atque à rectore seu equite suo vix contineri amplius queat, quo minus ruat in prælium; quod adeo jam vicinum, non modo non expavescit, sed ultro etiam appetit. בדי vertimus *ad*, quia à probatis autoribus sic usurpari solet illa *præpositio*, ut patet ex sequentibus exemplis, Ovid. 5. Metam.

——— *ad auditas stupuit ceu saxea voces,*

Ad clamores repentinos & nuntios trepidos motus, Liv. l. 34. *Trepidantia ad conspectum rei novæ carpenta*, Flor. 3. 10.

——— *omnemq; tremiscens*

Ad sonitum, ——— Ovid. 14. Metam.

clamore ad tam atrox facinus orto, Liv. l. 3. *Percunctantes paventesque ad singulos nuntios*, Liv. 29. 23. *Ad primum conspectum redeuntis exanimata est*, Val. 9. 12.

Pastor & ad calamos exta litabat ovis, Prop. l. 4. el. 1.

Jactabat truncas ad cava buxa manus, Prop. lib. 4. el. 9.

Porro Osiander, etiamsi cum Hieronymo מרחוק reddit *procul*, & רעם ac תרועה habet pro *accusativis*, ipsâ tamen sensûs evidentiâ adactus, eodem fere modo, ac nos, illum locum exponit: *Procul odoratur bellum) eâ est sagacitate, ut facile animadvertat, pugnam instare, tametsi nondum manus sint consertæ, sed demum paulatim ad pugnæ locum utrinque ducantur exercitus. Fremitum ducum & jubilationem) Animadvertit, quod principum & capitaneorum, aliorumq; insigniorum militum voces audaces & exhortationes jactatæ significent, in propinquo esse pugnam: itaque gestit quamprimum in mediam hostium aciem involare.*

10. Oppianus (quem summe verisimile est in scribendo isto equorum elogio hunc Jobi locum præ oculis & manibus habuisse, & ex eo pleraque expressisse imitando) ad hunc versum respexit suo isto

Καὶ μάθεν ἱππαίειν κρατερῶν σύνθημα λοχαγῶν,

sicuti præcedenti,

Καὶ μάθεν ἔυλε μένειν χειρὶ, πότε δ' ἄυθις ὁρμεῖν.

Adumbravit ista בדעש ורגו יגמא ארץ ולא יאמין כי קולשופר, qui versus sicuti manifesta Hebraici textus vestigia præ se ferunt, ita ab exprimendo genuino ejus sensu satis longe absunt; in quo nulla sane ipsius culpa est, qui plus repræsentare non potuit, quàm apud Interpretes ipse invenit. Atque hic finem nobis habet ista Jobi è cap. 39. perioche, generosi equi laudes atque commendationem continens; in qua enarranda, dum singula accuratius enucleamus, multo prolixiores fuimus, quàm initio nos futuros putaveramus.

CAP. XII.

Græci ac Syri Interpretis error circa puncta *vocis* חרבות *Psal.* 9. 7. 2. *Alii in eodem loco errores Græci Interpretis. Figura, quam* כפל הכנוי *sive* duplicationem pronominis *Rabbini vocant, & multa ejus exempla.* 3. *Hieronymi ac Recentiorum Interpretationes istius loci Psalmo nono.* 4. *Sensus istius loci, secundum recentiorum Interpretationem.* 5. *Nostra ac nova ejusdem loci expositio.* 6. *Verba textus expenduntur, iisque cum sensu à nobis allato optime convenire monstratur. Verbi* תם *duæ significationes admodum differentes.* 7. Pronomina demonstrativa *solent apud Hebræos præstare vicem* verbi substantivi. 8. *Nostram interpretationem stare posse, etiamsi* חרבות *legeretur cum iis* punctis, *quæ in verorum locum Græci subdiderunt.* Gladius *Hebræis frequenter significat* bellum, *omniaque mala bellum comitantia.* 9. *Familiarissima Græcis Interpretibus circa* vocales *hallucinatio, aliquot exemplis ex hac eadem radice* חרב *deinceps docetur: primò-que ex Haggæi cap.* 1. *versu nono.* 10. *Secundò, ex Ezech.* 29. 10. *Hebræis solenne, duo aut plura substantiva idem significantia ita conjungere, ut alterum ab altero regatur* 11. *Tertiò, è Jobi cap.* 3. *versu* 14. 12. *Circa ipsas quoq; literas hujus* radicis *alicubi erraverunt Græci, & Ier.* 25. 9. חרפות prò חרבת *legerunt.*

SEnsum istius loci Psalmo 9. versu 7. האויב תמו· חרבות לנצח וערים נתשת אבד זכרם המה à nemine hactenus Interpretum satis perceptum, aut recte expressum existimamus; minime omnium à Syro & Græco, qui præter communes cum aliis errores, etiam

alios

alios errant sibi proprios: quorum unus ille est, quod vocem חרבות cum alienis punctis legerunt, ac sic pro *solitudinibus* seu *vastitatibus* (quod illa vox hic punctata ut decet, significat) *gladios* nobis reposuerunt: id quod fecerunt non eodem uterque modo. Quippe Syrus חרבות pro *ablativo* habet, *beth instrumenti* extrinsecus ad hoc nomen assumens; & האויב de pluribus atque in *nominativo* accipiens, cum verbo תמו construit, affixum ipsi de suo apponens, בעלדבבי גמרו בסיפא לעלם *hostes mei consumti sunt gladio in perpetuum*: in qua sanè expositione nihil esset culpandum, si puncta vocis חרבות ei non obstarent; quum nihil frequentius sit apud Hebræos, quàm ut singularia *collective* sumantur; & *beth instrumenti* crebro subintelligendum relinquatur: neque insolens sit ut *affixa* quoque reticeantur. Græcis autem האויב est *genitivus*, ac תמו cum חרבות construitur: τοῦ ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι, *inimici frameæ defecerunt*: quæ interpretatio (seposito etiam illo circa nomen חרבות errore) plane inexcusabilis est: quum ista locutio, ut *genitivus* nomini, à quo regitur, præponatur, in linguâ hebraicâ sit inaudita, ac prorsus monstrosa: quare miror Zuinglium voluisse adhærescere isti Græcorum παρερμηνείᾳ, vertendo, *Hostile ferrum prorsus tollis.*


2. Sed & alius est ejusdem Græci Interpretis non minus notabilis in vertendo hoc loco error, quòd vocabulum ultimum transtulit μετ' ἤχου *cum sonitu*: quum ista vox, etiamsi neglectis propriis punctis quævis alia pro libitu ipsi affigere liceret, nullo tamen modo possit significare *sonitum*, nisi cum vocalibus ipsæ quoque literæ mutentur, ac המיה vel המון pro המה legatur. Syrus hanc vocem plane omisit, & pro verbis illis Hebraicis, וערים נתשת אבד זכרם המה hæc tantum reposuit, קוריא עקרת ואובדת דוכרניהון, *civitates diripuisti, & perdidisti memoriam earum*. ut videatur idem sensisse de hac locutione, quod de ea sensit David Kimchi, qui in comment. ad hunc Psalmum ait, זכרם המה dictum per כפל הכנוי, *geminationem pronominis*, intelligens eam figuram, qua *affixis pronomen* integrum congener ex abundanti superadditum præmittitur vel subjungitur: de qua figura agens Buxtorfius in Thesauro (lib. 2. cap. 8. in sexta Pleonasmi regula) duobus exemplis ex Proverbiis hunc ipsum locum, de quo nunc agimus, tertium addit. Est autem satis frequens ista figura, tum in *genitivo casu*, tum in *accusativo*, atque etiam in *dativo*, idque non modo cum interpositione τοῦ גם vel אף (qualia sunt duo illa ex Proverbiis allata à Buxtorfio, uti & hæc, ברכני גם אני Gen. 27. 34 — את דמך גם אתה 1 Reg. 21. 19 — כמקרה הכסיל גם אני יקרני Eccles.

Eccles. 2. 15. — ונשמעה מה בפיו גם הוא 2 Sam. 17. 5. — עד
עליו גם הוא בוא-עת ארצו גם הוא Ierem. 27. 7. —
1 Sam. 19. 23. — נשא את-ראש בני גרשון גם הם Num.
4. 22.) sed & absque eo ut : אני ידי נטו שמים Esaiæ 45. 12. —
אני היהי עם לבבי 1 Paral. 22. 7. — אתה שמך לבדך עליון *tui solius nomen est sublime, seu summum.* Psal. 83. 19. — העת לכם אתם לשבת
Hag. 1. 4. — הלא רק אתם עמכם אשמות 2 Paral. 28. 10. — חזון
נראה אלי אני דניאל Dan. 8. 1. — הצום צמתני אני Zach. 7. 5. —
ולי אני עבדך לא קרא — 2 Sam. 18. 33 מי יתן מותי אני תחתיך
1. Reg. 1. 26. אתה יודוך אחיך Genes. 49. 8. — אני בדרך נחני יהוה
Gen. 24. 27. — פגריכם אתם Num. 14. 33. — ואתה לא כן נתן לך
Deut. 18. 14. — ואני תפלתי לך יהוה Psal. 69. 14 & alia adhuc exempla, ubi hæc figura usurpatur per ואני in principio sententiæ collocatum, vide Gen. 9. 9. & 48. 7. Exod. 31. 6. Psal. 41. 13. & 73. 2, 28. Esa. 59. 28. Quum itaque tam usitata sit hæc figura, הכנוי כפרי Rabbinis dicta, mirum non est si & in hoc loco המה velut παρέλκον accepit Syrus & Kimchi; quod fecerunt etiam Cast. Jun. Pisc. Diod. Ast Hier. המה positum putavit pro עמהם, *cum ipsis* : in quo eum secuti sunt Pagn. Zuin. Buc. Munst. Tig. Calv. Steuch. Musc. Osiand. Moll. Maria. & Vernaculi omnes præter Diodatum. Cajetanus autem המה accepit pro להם : *Periit memoria earum ipsis*, [*non Deo.*]

3. In primo autem hujus loci vocabulo interpretando videtur Hieron. secutus errorem Græci Interpretis, quum verterit, *Inimici*; quod tamen potest etiam esse pluralis numeri, ut illud האויב acceperit tanquam *collective* positum (uti & Syrum fecisse, modò diximus) quod sane est verisimilius : & sic poterimus hoc nomen capere pro *vocativo*, quomodo non Rabbini tantum, sed & recentiores Interpretes magno consensu id accipiunt. Ita autem sumto hoc nomine, Hieronymiana totius hujus loci interpretatio eadem est cum recentiorum Interpretum plerorumque, qui aliis quidem atque aliis verbis, sed synonymis, atque idem fere significantibus, hic usi sunt : Hieron. *Inimici completæ sunt solitudines in finem, & civitates subvertisti : periit memoria eorum cum ipsis.* —— Pagn. *O inimice, finitæ sunt solitudines in seculum : & urbium, quas destruxisti, periit memoria cum ipsis.* Munst. *O inimice, desolationes finem perpetuum acceperunt, sicut & civitates quas destruxisti. Periit memoria eorum cum ipsis.* Tigur. *Vastitates, ô hostis, in universum finem habent : urbes excidisti, periit memoria eorum cum ipsis.* Calv. *Inimice, finitæ sunt vastitates in seculum, & urbes destruxisti : periit memoria ipsorum cum ipsis.* Castalio, *O hostis, desiere perpetuo vastationes* :

vastationes: tu quidem urbes sic evertisti, ut memoria eorum simul perierit. ad istum quoque modum verterunt Steu. Moll. Mariana. Hæc tantum est inter istos Interpretes diversitas, quod *affixum* in זכרם alii ad ערים referunt; alii verò (ob *generis* discrepantiam, quum ערים sit *fœmininum, affixum* autem *masculinum* ad האויב. Alia major est horum Interpretum differentia ab aliis nonnullis, qui hunc totum locum legunt per interrogationem; quod faciunt. Buc. Diodatus & Genevenses. *Numquid, ô hostis, confectæ sunt vastitates sempiternæ, urbes excidisti, interiit memoria illorum unà cum ipsis? O Nemico, le ruine sono elle finite in perpetuo? & hai tu disfatte le città? e pur perirà la memoria di esse? O ennemi les desolations sont elles mises à fin? as tu aussi rasé les villes pour jamais? la memoire d'iceux est elle perie avec eux?* Tremellius verò (quem sequitur Piscator & Belgica) duo quidem priora membra cum interrogatione legit, tertium verò sine ipsa, hoc modo: *O inimice, absolutæ-ne sunt vastitates in æternum? an civitates extirpavisti? periit memoria ipsorum: [perierunt] ipsi.* ubi etiam videmus, illum המה aliter exponere, quàm reliqui Interpretes faciunt, nimirum per ellipsin, sed profectò valde duram.

4. Quod ad sensum attinet, eum omnes fere eundem concipiunt. Nam qui hæc sine interrogatione legunt, non tamen affirmative, sed ironice dicta intelligunt; quod ipsum quoque faciunt, qui hæc legunt cum interrogatione: quasi diceret Propheta, Tu quidem, ô hostis, omnia in solitudinem redigere, urbesque funditus, adeo ut ne memoria quidem ipsarum superesset, delere cogitaveras: sed propositum tuum patrare, atque ad effectum perducere non potuisti. Tremellius verò non hoc tantum à Davide dici putat; sed hoc præterea: Excidio, quod aliis intentaverat, ipsum deletum iri. ita enim scribit in notis, *Sarcasmos est, quasi diceret: Perditionem aliis interminabantur, ipsi verò eam subierunt.* Etiam illi, qui sine interrogatione hæc omnia legentes, *affixum* non ad *urbes*, sed ad *hostem* referunt, similiter hæc exponunt. Tigurini, *Videtur David insultare hosti victo, qui sibi omnia vastare & excindere, in animo proposuerat. Sarcasmos est: tantum abest ut tibi pro voto succedat, ut potius hostium memoria abolita sit cum ipsis.* Munsterus, *Sicuti hostis conabatur in perpetuum delere nomina civitatum, sic è diverso accidit, ut Deus deleret nomen hostis, manentibus civitatibus.* apponit quidem & alteram notam Munsterus, aliquantulum ab hac discrepantem, quæ tamen ipsa quoque in idem recidat: *Prostrato hoste, desolationes & incursiones, quas facere consueverat, finem acceperunt, periit-que memoria hostium unà cum civitatibus, quas in solitudinem redegerunt.*



degerunt. Est autem hæc posterior nota hausta ex Kimchio, qui ita fere, ac Munsterus hic facit, locum hunc exponit: אמר כנגד האויב שמך נמחה כמו שנמחה שם הערים אשר החרבת שתמו לנצח ואבד זכרם כן אבד זכרך עתה, *Ait, hostem alloquens, Nomen tuum deletum est, quomodo deletum est nomen urbium quas devastasti, quæ in perpetuum defecerunt, nomenq; ipsarum periit: sic nunc periit memoria tua.*

5. Hæc est aliorum super hoc loco sententia, à qua non parum differt nostra expositio, quæ ut melius intelligatur, paulo altius repetenda est. David quum priore hujus Psalmi parte de sese lætus narrasset; quod Deus non modo ipsum ab omnibus malis liberasset, sed & hostes ipsius exterminasset: mox Prophetarum more in aliud argumentum, de universo Dei populo, delapsus, futurumque ejus statum prævidens, quo post multas ac graves calamitates à gentibus illatas, tandem in integrum rursus à Deo restitutus foret: illum renati populi statum, itidem ac suum fecerat prius, duabus hisce rebus ob oculos ponit; & hostium qui eos oppresserant prius, excidio, quod luculenter exequitur versu sexto; & Israelitarum è prioribus cladibus atque ærumnis emersione, quæ res traditur in præsenti versu, ubi ipsum hostem alloquens, ut tanto major orationi vis inesset, eique velut insultans ait, finem impositum omnibus belli malis, quæ Israelitis solebat inferre: adeo quidem, ut ipsæ quoque urbes, quas solo æquaverat, funditusque deleverat ita ut ne memoria quidem earum inter homines duratura videretur, resurgerent, atque pristinum decus resumerent. Est autem hoc Prophetis valde suetum, ut ubi de populi à miseriis suis liberatione, atque in antiquum prosperitatis honorem reductione agunt, id præcipue declarent atque exprimant particulari hoc beneficio, vastata instaurandi, atque dirutas urbes è pulvere & parietinis excitandi, inque integrum restituendi, ut Ezech. 36. 11. ונושבו הערים והחרבות תבנינה *habitabunturq; urbes, & devastata reædificabuntur.* & ejusdem capitis versu 35. ואמרו הארץ הלזו הנשמה כגן עדן והערים החרבות והנשמות והנהרסות בצורות ישבו *Diceturque: Terra ista, quæ desolata erat, nunc est instar horti Edenis; & urbes, quæ erant vastatæ desolatæq; ac dirutæ, nunc habitantur ac munitæ sunt.* Sic Esa. 44. 26. האומר לירושלם תושב ולערי יהודה תבנינה וחרבותיה אקומם *Qui dico Hierosolymæ, Habitaberis rursus; ac urbibus Judææ, Reædificabimini: & devastata ipsius [Judææ] instaurabo.* ac rursus cap. 61. vers. 4. ובנו חרבות עולם שוממות ראשנות יקוממו וחדשו ערי חרב שוממות דור ודור

Reædifica-

Reædificabunt ea quæ diutissime vastata jacuerunt, loca-que hactenus desolata redintegrabunt, ac urbes devastatas instaurabunt, ea-que quæ ab aliquot jam sæculis fuere desolata. Videantur etiam hæc loca: Esa. 49. 17, 19. & 51. 3. & 52. 9. & 58. 12. Ex his manifestum evadit, explicationem nostram sensum gignere valde commodum, & scopo Psalmographi apprime convenientem.

6. Jam verò etiam videamus, quomodo verbis textûs hæc explicatio congruat. De prioribus quidem verbis nulla nobis est cum aliis Interpretibus controversia, quum illi nobiscum fateantur, האויב esse audiendum in *vocativo*; & cum verbum תמם sit ancipitis intellectus, atque interdum significet *ad summum perduci*, sive *consummari & perfici* (ut in illis, כתם-פרח Esa. 18. 5.— עד תם כל-הבית 1 Reg. 6. 22.— ותתם מלאכת העמודים 1 Reg. 7. 22.) quæ significatio ab hac nostra expositione est alienissima; plerique, uti ex ipsorum interpretamentis supra adductis liquet, amplectuntur alteram hujus verbi significationem, nobis commodam, quæ est *finiri, finem accipere*, vel *desinere, non esse amplius*, quomodo frequenter alibi hoc verbum usurpatur: ut, תמו דברי איוב Job 16. 4.— ושנותיך לא יתמו Psal. 102. 28.— sic Thren. 4. 22. (quem locum vulgo parum capiunt) תם עונך *finis pœnæ tuæ adest*. Et hactenus quidem cum aliis Interpretibus nobis convenit: uti & in eo, quod *relativum* אשר subintelligimus ante verbum נתשת, assentientes habemus Kimchium, Lyranum, & Cajetanum. In eo autem à cæteris omnibus discrepamus, quod idem *relativum* subintelligimus etiam ante זכרם, & utrumque verbum, נתשת & אבד habemus pro *plusquam perfecto*: & לנצח construimus non cum תמו, sed cum חרבות (*vastationes in perpetuum*, i.e. *perpetuæ: quas tu perpetuas fore putaveras* vel *loca penitus devastata*) præcipue autem circa *pronomen* המה, quod nos, æque ac affixum in זכרם, ad ערים referentes (sicuti hoc & alii nonnulli Interpretes faciunt, non obstante generis discrepantia; quum hæc *anomalia* Hæbræis sit admodum familiaris) exponimus ita, ut vim habeat *verbi substantivi*: quod satis frequens est, ut *pronomina demonstrativa* (ac præ cæteris hoc *pronomen*, in utroque *genere* & *numero*) verbi istius vim subeant.

7. Exemplo sint quinque illa à Buxtorfio allata (Thesauri lib. 2. cap. 12.) ex Gen. 6. 2. Nehem. 9. 7. Esth. 7. 5. Esa. 57. 6. Zach. 1. 9. quibus addi hæc possunt: Gen. 27. 38. הברכה אחת היא לך *unaque tantum benedictio est tibi?*— Exod. 32. 16. והלחות מעשה אלהים המה והמכתב מכתב אלהים הוא *tabulæ autem opus Dei erant; & scriptura, ipsius Dei scriptura erat*— Gen. 25. 16. אלה הם בני ישמעאל

ישמעאל *hi sunt filii Ismaelis.*—Hag 1.0. אשר הוא חרב. *quæ est vasta.* Verum quidem est, *pronomen* hoc (uti & reliqua) quando *verbi substantivi* vicem explet raro jungi nominibus solitariis, sed iis fere, quæ aliquod habent *prædicatum*, quod ipsius *pronominis* interventu (si non in orationis serie, saltem quoad sensum) cum nominibus conjungitur, sive id sit *adjectivum*, sive *pronomen*, sive alterum *substantivum*. Hoc tamen non esse perpetuum, & *pronomina* hæc interdum illis quoque nominibus, quæ nullum habent *prædicatum*, hunc *verbi substantivi* usum exhibere patet ex istis locis ועד זקנה אני הוא *& usq; ad senectutem ego sum* Esa. 46.4.— והבינו כי אני הוא *& intelligite quod ego existo*, Esa. 43.10.— גם מיום אני הוא *inde ex quo ullus dies fuit, ego existo*, Esa. 43.13.—ואתה הוא *& tu existis*, Psal. 102. 28. המחנה ויעזבו כאשר היא *reliquerunt castra ita ut erant.* 2 Regum 7.7. ואהלים כאשר המה *& tentoria ita ut erant*, ibid. versu 10 Hoc igitur modo המה cum ערים construendum puto, totumque locum sic transtero: *O hostis, impositus est perpetuis vastitatibus* [vel *locis penitus devastatis*] *finis; & urbes, quas diruerat, quarum memoria perierat, denuo existunt.* quòd voculam *denuo* extrinsecus assumo, id tueri possum autoritate consimilium locorum, in quibus evidenter desideratur, atque relinquitur subintelligenda; qualis inter alios multos est ille, quem ex Esa. 44. modò allegavimus.

8. Ista nostra hujus loci expositio stare etiam posset, etsi retineretur illa vocis חרבות lectio, quam Græcus ac Syrus Interpres secutus est, ac proinde pro *vastitatibus*, *gladii*, reponerentur; quo pacto תמו חרבות posset exponi, *desierunt gladii*, id est, bella, omnesque calamitates, quas secum trahunt bella: quo pacto vocabulum *gladii* frequenter sumitur apud Hebræos, ut Levit. 26. 6. *Præstabo pacem in terra, ita ut vos cubantes nemo exterreat. quippe feras noxias de terra extirpabo. neque gladium per eam grassari sinam.* sic Ezech. 14.17. *Aut gladium inducam regioni isti, eumque jubebo grassari per ipsam, & homines pecudesque de ea exscindam.* & Psal. 78 62. ויסגר לחרב עמו *populum suum dedidit gladio*, id est, omnibus miseriis quæ bello inferri solent, itidemque Esa. 1.20. & 21.15. & 51.19. Jerem. 4.10. & 5.12. & 25.1 . atque aliis multis in locis. Efficacior tamen ac venustior est sententia sub altera ac vera punctatione, cui non Hieronymus modo suffragatur, sed & vetusti illi Interpretes Aquila & Symmachus, quorum prior vocem hanc vertit ἔρημα, alter verò ἐρήμωσις. Nam quod ad Chaldæum attinet, ille hoc in loco, ut alibi sæpe, verba Hebraica plane relinquit

relinquit (præſertim in priore hujus verſus parte) eamque uſurpat licentiam, quæ non modò in Interprete, ſed & in Paraphraſte debeat improbari.

9. Quodſi vel maxime *puncta*, quæ in Hebraico textu videmus, liceret rejicere, alia-que, ubicunque id commodum videretur cuipiam, in illorum locum ſubſtituere; vel in hoc quoque caſu parum deberemus morari quam punctationem Græcus Interpres ſecutus foret: quum ille adeo infeliciter in hoc negotio verſatus ſit, ut ſæpiſſime pejorem elegerit in iis quoque, ubi de veris vocalibus inter viros, qui vel micam judicii habent, ne minima quidem eſſe poſſit controverſia. quam rem quum infinitis exemplis probare facile ſit, nobis ſatis nunc erit, duos tantum treſve ejuſmodi errores, circa hanc ipſam *radicem* commiſſos, impræſenti attingere; quum ſæpius ac ſæpius occaſionem habuerimus ac habituri ſimus de eadem re iterum dicendi. Hag. 1. 11. ואקרא חרב על הארץ, hic pro *choreb*, *æſtu*, Græcus legit *chereb*, *gladium*, ἐπάξω ῥομφαίαν ἐπὶ τὴν γῆν: quod quam abſurdum ſit, inde apparet, quia in toto hoc Prophetæ loco nulla fit de bello mentio, ſed de ſterilitate, quam Deus Judææ ſe immiſiſſe dicit, vel immiſſurum (non enim ſatis conſtat, utrumne Deus interminetur malum hoc futurum, an jam facti cauſas exponat) ob neglectam templi ædificationem. In ſterilitate autem facienda nullæ gladii, quammaximæ æſtus ſunt partes, quippe qui omni humiditate abſumta, non foveat ſata, ſed deurat. & rem per ſe apertiſſimam, etiamnum apertiorem faciunt verba proxime præcedentia עלכן עליכם שמים כלאו מטל והארץ כלאה יבולה *idcirco cœlum vobis negavit rorem, ac terra negavit proventum ſuum.* Mirum itaque eſt, in re tam aperta Syrum tamen ſecutum eſſe hunc Græci Interpretis errorem: namque & ipſe vertit חרבא, id eſt, *gladium.* Rectius Græci illi poſteriores, καῦμα. Hieronymus quoque ita vertit, ut appareat eum *choreb* legiſſe, non *chereb*: non tamen *æſtum* vertit, ut nos, ſed *ſiccitatem*; quod ſane ipſi licuit, quum vocabulum hoc utramque iſtam ſignificationem habeat, ea-que, quam ipſe elegit, & ipſa non male huic loco quadret. Targum ipſam vocem Hebraicam retinuit, paululum ad Chaldææ linguæ morem inflexam, חורבא, quam vocem & Syri agnoſcunt, ſed non in hoc ſignificatu.

10. Rurſus eundem errorem in eadem voce (ſed alterius ſignificationis) commiſerunt Ezech. 29. 10. ונתתי את-ארץ מצרים להרבת חרב שממה *redigam terram Ægypti in vaſtitates vaſtas ac deſolatas.* *choreb* hic non *æſtum* aut *ſiccitatem* ſignificat, ſed *vaſtitatem* ſeu

locum devastatum, idem plane quod חרבה, quomodo & alibi sumitur, ut Jerem. 49. 13. *Bosra redigetur* לשמה לחרפה לחרב *in desolationem, opprobrium, ac vastitatem*: & Esa. 61. 4. ערי חרב ubi ipsi Græci verterunt πόλεις ἐρήμους. Ast in hoc loco, itidem ac in illo Haggæi, pro *choreb* substituerunt *chereb*, εἰς ἔρημον καὶ ῥομφαίαν καὶ ἀπώλειαν. Fortassis fraudi hic ipsis fuit constructio duorum nominum ταυτοδυναμούντων, & quia *chorba* ac *choreb* plane idem significant, non putaverunt Prophetam hæc ita voluisse conjungere, ut alterum ab altero regeretur. Sed hoc ipsum potius debuerat eos velut manu ducere ad veram hujus loci lectionem: quum hæ locutiones, ut duæ (& interdum tres quoque, ut hoc loco) voces ejusdem intellectus ita connectantur, quanquam aliquantum insolentes in aliis linguis, Hebraicæ sint perfamiliares. Aliquot earum exempla exhibuit Buxtorfius in Thesauro (lib. 2. cap. 3.) quibus alia quamplurima addi possent, sed nos paucula quædam apponere contenti erimus. Gen. 47. 18. מקנה הבהמה, *Pecora pecudum*. Exod. 10. 22. חשך אפלה *tenebræ caliginis*—Exod. 40. 2. משכן אהל *tabernaculum tentorii*. Exod. 12. 6. & Num. 14. 5. קהל עדה *cœtus multitudinis*— Exod. 19. 9. בעב הענן *cum nube nubis*—כמל־ כל־ תמונת *effigiem ullius simulacri*. Levit. 23. 25. מלאכת עבדה *opus negotii*—Deut. 8. 15. צור החלמיש *rupes silicis*—Psal. 55. 24. באר שחת *puteus foveæ*.—Prov. 6. 23. תוכחות מוסר *reprehensiones castigatoriæ*.—Jer. 18. 15. נתיבות דרך *semitæ itineris*.—Pro. 4. 18. אור נגה *lux splendida*.—Esa. 30. 26. מחץ מכה *vulnus plagæ*.—Et Psal. 145. 5. etiam tria synonyma hoc pacto, æque ac in isto Ezechielis loco, conjunguntur, הדר כבוד הודך *decus gloriæ majestatis tuæ*. Sed & in Græcis Latinisque autoribus, quanquam non frequenter, occurrit tamen interdum hæc phrasis; neque in poetis modò, sed & in pedestri sermone: Tragici verò Græci ea scatent: cujus rei aliquam multa exempla, ex iis quæ in promtu habemus quàm numerosissima, hic apponimus. σκότιον κνέφας. πλόκαμος κόμης, ἁρμάτων ὄχος. λεύσιμον πέτρωμα. βώμιοι ἐσχάραι. βρόχος ἀγχόνης· κήδειοι ὄικλοι. μορφῆς σχῆμα. νεὸς σκάφος. οἴκων στέγος. σκότιον κνέφας. πληγῆς τραῦμα. κρηπίδων βάθρα. ὕμνων ᾠδαί. δέσμιοι βρόχοι· δορὸς λόγχαι. πνεύματα ἀνέμων· σκόπελος πέτρας· ἄρουραι πεδίων. πέπλων φάρος· μανίας λύπης· γυναῖκες θήλειαι· hæc omnia ex Euripide; quorum unum, λόγχη δορὸς, etiam Sophocles usurpat. Νιφάδες χιόνων, Homerus. Πρὸς θάλασσαν τὴν νῦ εὐξείνου πόντου, Thucid. Ἀνωμαλία παραλλαγῆς, Plut. *Scrobibus puteorum effoditur*, Plin. *Ubera mammarum*, Lucret.

Nec graminis attigit herbam, Virg.

Præmiorum

Præmiorum mercedibus evocatus : *Dignitatis suæ splendorem obtinere*: *Desertæ solitudines* : *Dimicatio prælii* : *Senis Ennii imaginis formam*: Cicero. *Æstuum calores* , Colum. *Nemerosæ sylvæ* , Ovid. *Vigilum excubiæ* : *arbor mali* : Virg.

Herbiferos saltus nemorum , sylvasque virentes : Idem,

Luci nemoris sacri, Sen. Trag. *Pluvia imbri*, Claudius apud Nonium. *Pluviales imbres* , Tac. *Expectationem desiderii nostri* , Cicer. *Invidiæ æmulatione*, Tac.

Arbutei sub cortice libri, Statius.
Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ,

Furius apud Gellium.

Ecce maris magno claudit nos obice pontus, Virg.

Οὐ μίαν ἔχειν ἀτραπὸν, Aristoph. Hoc igitur, quod Græcos hoc in loco videtur à recta interpretatione abduxisse, præcipuum esse debuerat ad eos de ea commonefaciendos. & tamen Hieron. quoque se in hunc errorem abripi passus est, *Dabo-que terram Ægypti in solitudines, gladio dissipatam*. Sed pro vera lectione facit Chaldæus, לחורב צדו ושממו & Syrus quoque, qui tamen unam vocem omisit, satis putans duo synonyma exhibere, quum in Hebraico tria sint, לחבלא ולחורבא.

11. Iobi 3. 14. viris Principibus datur hoc *epitheton*, הבונים חרבות למו, *qui sibi ædificant deserta*, q. d. qui opibus ita affluunt, ut ipsis facile sit, collapsa quævis ac vastata instaurare, & vel ex mediis ruinis sumtuosa palatia extruere, ac locis derelictis frequentiam hominum inducere. Sententia est manifesta, & quam concorditer ex Hebræo exprimunt Chaldæus, Syrus, ac Hieronymus. דבנין להון חרבתא : דמשכללין צדין להון. *Qui ædificant sibi solitudines*. Græcis tamen hic quoque visum pro *choraboth* legere *charaboth* , οἱ ἐγαυριῶντο ἐπὶ ξίφεσι : ubi præter hunc in *punctis* errorem, alium quoque committunt longe fœdiorem circa ipsas *consonantes*, in voce הבונים, quam absurdissime interpretati sunt ; adeo ut quidvis potius, quam quod scriptum est, legisse videantur : & vix divinari queat, quod ejus loco legerint, nisi forte id transfiguraverint in הרוננים : quod ipsum verbum non quidem id significat quod γαυριάω, sed alicubi tamen ita ab ipsis translatum fuit.

12. Hunc autem jam non circa vocales, sed circa ipsas literas errorem, & in eadem hac voce, cujus occasione omnia hæc à nobis

dicta

dicta sunt; alicubi erraverunt, in hoc Jeremiæ loco, (cap. 25 vers. 9.) ושמתים לשמה ולשרקה ולחרבות עולם ubi pro חרבות ipsi legerunt חרפות, & sic non jam *gladios*, ut alibi, sed *opprobria* in *desertorum* seu *vastitatum* locum subdiderunt, καὶ δώσω αὐτοὺς εἰς ἀφανισμὸν, καὶ εἰς συριγμὸν, καὶ εἰς ὀνειδισμὸν αἰώνιον quam interpretationem falsi convincit, non ipse modò textus Hebræus, sed & omnes illi tres Interpretes, quos paulo ante etiam contra eosdem Græcos advocavimus, Chaldæus, ולחרבת עלם, Syrus ולחורבא לעלם, Hieron. & *in solitudines sempiternas.*

Finis Libri Tertii.

ANIMADVERSIONUM SACRARUM
Liber Quartus.

Caput Primum.

Vocem הוד *varie exponunt Interpretes.* 2. *Proprius ac primarius ejus significatus*, præstantia, excellentia. 3. *Loci istius, Zach.* 10. 3. וְשָׂם אוֹתָם כְּסוּס הוֹדוֹ בַּמִּלְחָמָה, *vulgata expositio proponitur.* 4. *Nostra ejusdem loci explicatio. Interpretes aliquammulti nobis in ea concordant.* 5. *Amplior ejusdem loci enarratio. consuetudo Hebraæ linguæ*, adjectiva *omittendi in comparationibus.* 6. *Decorus aspectus & incessus equi generosi & bellatoris, Xenophontis verbis descriptus.* 7. *Hoseæ* 14. 7. וִיהִי כַזַּיִת הוֹדוֹ, *excutitur, ac vera ejus interpretatio exhibetur.* 8. *Altera* ellipsis, *Hebræis circa comparationes usitata, sed & Græcis Latinisque non ignota.* 9. הוד *de Regibus ac de Deo usurpatum*, majestatem *significat.* 10. *Jobi* 37. 22. עַל אֱלוֹהַּ נוֹרָא הוֹד, *exponitur.* עַל, *interdum* in *significare, aliquot exemplis docetur.* 11. *Verus istius loci sensus aliis etiam nonnullis Interpretibus, vel in totum, vel ex parte, perspectus.* 12. *Num.* 27. 21. וְנָתַתָּה מֵהוֹדְךָ עָלָיו, *exponitur.* 13. *Præpositio* mem *interdum* partem *significat.* 14. *Enarratur Zachar.* 6. 13. וְהוּא יִשָּׂא הוֹד. *peculiaris quædam verbi* נשא *significatio.*



Vocabulum הוד, de quo præcedentis libri capite septimo, §. 13. nonnihil dictum fuit, hic excutere, veram-que ejus vim eruere statuimus, utpote vixdum satis compertam Interpretibus; qui in eo reddendo admodum variare solent, non tam inter se atque invicem, quàm à seipsis: quod movit Marinum

ut diceret, *non satis clarere quid sit.* Etenim Sept. utplurimum quidem vel *δόξα*, vel *ἐξομολόγησις*, sed & præterea *ἀρετὴ, ὡραιότης, μεγαλοπρέπεια, τιμὴ, ἁγιωσύνη*, atque aliis adhuc modis vertunt. Hieronymus frequentissime *gloria*: interdum tamen *laus, laudatio, honor, species, confessio, magnitudo*, interpretatur. Syrus in plerisque locis שובחא ac semel תשבוחתא vertit: prætereaque, יאיותא, הדרא, חילא, זיוא, Chaldæus, crebro זיוא, est verò ubi שבחא, תשבוחתא, חילא, מלכותא transtulit. Et in Recentioribus quoque Interpretibus consimiles variationes est animadvertere. Neque verò in eo culpandi sunt aut hi aut illi, quòd non semper eodem modo vocem istam reddiderunt: quum revera non semper idem significet, & intellectus habeat, etiamsi quadantenus & in aliquo uno convenientes, omnino tamen diversos, atque invicem differentes. sed ob hæc duo reprehensionem merentur; & quod nonnullas significationes, huic voci proprias, nequaquam perspexerunt, aliasque, ipsi nequaquam competentes, ei assignaverunt; & quòd non raro veros quidem ipsius significatus, sed haud suo loco, minime-que opportunè usurpaverunt. quod utrumque verum esse, facile cuivis pervidebit, qui aliorum expositiones contulerit cum iis, quæ nos hoc & sequenti capite tum de primario hujus vocabuli significatu, tum de specialioribus ejus acceptionibus dicturi sumus.

2. Quippe universim הוד idem fere valet Hebræis, quod nobis *præstantia* vel *excellentia*; quæ quidem voces non usquequaque ita late patent, ac Hebraica ista: sed nullas habet Latinus sermo (quod quidem nos sciamus) quæ propius ad eam accedant. Esse autem hanc veram & propriam τῦ הוד significationem, potius quàm aliam quamcunque ex eo patet, quòd omnes aliæ significationes possunt quodammodo ad hanc reduci; quum econtra inter illas explicationes, quas Interpretes & Lexicographi afferunt, nulla ita late pateat, ut non aliquam hujus vocabuli acceptionem è sinu suo excludat. id quod impulit Kimchium, in radicibus, uti in assignanda hujus vocis potestate duas satis diversas dictiones adhiberet, atque in unum jungeret, dicens ענין כלם כוח והדר *ubiq; significat robur & decorem*: quod satis prudenter ab ipso dictum, minus tamen accuratum esse, quàm res ipsa postulat, ex sequentibus intelligi poterit. Quanquam autem generale illud interpretamentum, quod modo attulimus, possit aliqua ratione in omnibus locis, ubi הוד occurrit, usurpari; præstat tamen in plerisque locis magis specialia interpretamenta adhibere: sicuti rursus in nonnullis locis generalis ista acceptio melius quadrat.

3. De

3. De posteriori genere est comma illud Zach. 10. 3. ושם אותם כסוס הודו במלחמה Verbum שם refertur ad Deum; & אותם ad Judæos; dicitur que hic Deus redditurus Judæos כסוס הודו במלחמה, quod ita acceperunt Græci, acsi הוד esset *genitivus*, regereturque à סוס, & *affixum*, quod habet in fine, ad Deum pertineret. verterunt enim ita, καὶ τάξει αὐτοὺς ὡς ἵππον εὐπρεπῆ αὐτοῦ ἐν πολέμῳ, *& disponet eos sicut equum suum decorum in bello*: ubi quòd *substantivum* verterunt in *adjectivum*, vitio prorsus caret, quum nihil usitatius sit Hebræis, quam *abstracta* pro *concretis* usurpare: quare non modò licet bono Interpreti facere quod ipsi hic fecerunt, sed & officium ejus non raró est, hoc potius quàm illo modo vertere. Sed in altero illo, quòd *affixum* in הודו ad Deum retulerunt, plane erraverunt, quum ad equum sit referendum. Secutus tamen eos in hoc errore est Hieron. qui vertit, *& posuit eos tanquam equum gloriæ suæ in bello*, quam eandem versionem ad verbum retinuerunt Pagn. Munst. Oecol. & Tigur. Etiam Calv. Cast. Trem. & Drusius ad eundem modum verterunt. Calv. *posuit* [vel, *ponet*] *eos tanquam equum decoris sui in prælio*: Cast. *eos efficiet quasi suæ majestatis equum in bello*. Trem. Drus. Tarn. *disposuit eos velut equum decoris sui in bello*. Quanquam autem hæc expositio tanto Interpretum agmine subnitatur; alteram tamen expositionem esse præferendam ideo credo, quia ex ea sensus surgit aptissimus, quum ex illa nascatur durus admodum & incongruus, sive eum capias, quem Anglica Vetus (quæ vertit, **he will make them as his beautifull horse in the battell**) in notis marginalibus exhibet, **hee will cherish them as a King or Prince doth his best horse, which shall be for his own use in the warre**, *fovebit ipsos, quomodo rex aut princeps fovet optimum equum; quo ipsemet usurus est in bello*; sive illum alterius expositoris, *Deus dicit se velle equitare super populum suum, quemadmodum eques equo suo magnifice insidet in die prælii*; quam fere expositionem etiam Belgæ mei in notis ad translationem suam adferunt. His explicationibus (quibus meliorem ista interpretatio non fert) potiorem esse eam, quæ ex nostra versione consurgit, non laborabo demonstrare multis verbis, sed ipsam ascribere duntaxat contentus ero; quum res sit adeo manifesta, ut sola istarum inter se antithesis, adjuncta declaratione, sufficere debeat apud idoneos harum rerum æstimatores ad omnem de vero hujus loci sensu dubitationem tollendam.

4. Mihi itaque videtur, הוד esse *nominativus*, & *affixum* in fine ejus non ad Deum, sed ad ipsum equum esse referendum, nimirum ut ante הוד sit *ellipsis relativi* אשר, cujusmodi *ellipsis* per totam Scriptu-

ram est frequentissima : *Reddet eos istar equi, cujus præstantia est in bello*, id est, qui est bonus bello, sive præstans ad munia belli obeunda, utpote intrepidus & robustus, animo-que ac corpore egregius : (qualem nimirum ipse Deus in peculiari illo apud Jobum sermone quem superiore libro enarravimus, describit, & quem Græce cum Xenophonte (tractatu de Re equestri, versus finem) εὐδόκιμον ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἀγωνίσμασιν, & phrasi Polybiana (è lib. 5. cap. 44.) διαφέροντα πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας appellare liceat. Hæc expositio sicuti alterâ illâ est verior, ita assensoribus suis & ipsa nequaquam caret. quippe præter recentiores Stephanum & Piscatorem (quorum ille vertit, *tanquam equum, cujus gloria est* [seu, *conspicitur*] *in bello*: hic verò, *reddit eos velut equum magnificum in bello*) ac Drusium quoque (qui in textu aliter quum vertisset, in notis ita transfert, *ut equum, cujus laus* [seu, *decus*] *in bello* præter-que Rabbinos Jarchium ac Kimchium (Jarchius enim exponit, כסוס אשר נכר הודו במלחמה *velut equum, cujus præstantia cognoscitur in bello* : Kimchius autem sic παραφράζει, כמו הסוס שיראה כחו וגבורתו במלחמה, *sicut equum, cujus robur ac vires in bello apparent* ; quam Kimchii expositionem Schindl. in voce סוס, & Mariana in notis ad hunc locum exscripserunt) etiam Chaldæus Interpres ac Syrus hunc locum ad mentem nostram exposuerunt, quantum quidem ad ipsam sermonis seriem attinet ; quum alioqui vocabulum הוד, æque ac præcedentes & reliqui omnes, non adeo exactè expresserint. Chaldæus vertit כסוסא תקיף דזיותן בקרב' *sicut equum fortem, qui decorus est in bello*: Syrus verò, איך סוסיא דהוא בקרבא *veluti equum, qui illustris est in bello.*

5. Sciendum autem est, ad pleniorem hujus loci intellectum, alteram hic esse *ellipsin*, nimirum adjectivi ante כסוס, solenni Hebræis more in comparationibus, ut *adjectivum*, in quo vis comparationis sita est, subintelligendum relinquant. Ita legimus Esa. 1. 18. אם יהיו כשנים כצמר יהיו *etiamsi essent ut coccus* (i. e. rubra ut coccus) *fient ut lana* (i. e. alba ut *lana*) & Psal. 125. 1. הבוטחים ביהוה כהר ציון *qui fidunt Deo, sunt ut mons Sion* (i.e. immobilis seu inconcussi ut mons Sion) 2 Sam. 21. 19. ועץ חניתו כמנור *lignum hastæ ejus erat ut liciatorium*, i. e. crassum æque ac liciatorium ; quomodo istum defectum supplet ibi Syrus Interpres, עבא הוא איך נולא: & alia ejusmodi permulta. Eodem igitur modo & hic supplendum est aliquod *adjectivum*, videlicet, *insignes*, vel *egregios*, vel *conspicuos*, quæ omnia huc optime quadrant, præcipueque postremum, q.d. Quum antea viles ac contemptibiles fuerint, ego despicabilem hanc eorum

con-

conditionem ita in contrarium vertam, ut omnibus admirationi ac conspicui futuri sint, non minus quam equus præstans bello (id est, animosus ac generosus, & optimæ notæ) spectabilis est, cunctisque ipsum contuentibus sui admirationem incutit, eos-que in ipsius laudem ac præconia effundi facit.

6. Iste sensus, huic loco optime congruens, atque emphasin non vulgarem habens, sicuti per se satis planus est, ita melius etiam percipietur, ascriptis huc nonnullis Xenophontis verbis. Is enim, in tractatu de Re equestri, quum decorum ac superbum generosi equi, & bellis apti, incessum descripsisset ita, ἢν δέ γε οὕτως ἀναζωπυρουμένῳ αὐτῷ δῷς χαλινὸν, ἐνταῦθα ὑφ' ἡδονῆς, τῷ διὰ τὴν χαλαρότητα τοῦ στομίου λελύσθαι νομίζειν, κυδρῷ μὲν τῷ σχήματι, ὑγροῖν δὲ τοῖν σκελοῖν γαυρισάμενος φέρεται, *siquis ipsi ita accenso habenas permittat, ibi præ gaudio, quia ob lupatorum laxitatem sese solutum existimat, decoro corporis habitu, ac molli crurum incessu sese ostentans fertur*, subjungit καὶ οἱ θεώμενοι τὸν ἵππον τοιοῦτον, ἀποκαλοῦσιν ἐλευθέριόν τε καὶ ἐθελουργὸν, καὶ ἱππαστὴν, καὶ σοβαρὸν, καὶ ἅμα ἡδύν τε καὶ γοργὸν ἰδεῖν, *& qui equum talem spectant, vocant eum generosum, alacrem, pulcre incedentem, animosum, magnificum, & simul suavem aspectu ac terrificum*. & non multo post agens de equo πομπικῷ καὶ μετεώρῳ καὶ λαμπρῷ (quales non fiant, nisi qui habeant τὴν ψυχὴν μεγαλόφρονα καὶ σῶμα εὔρωστον, *corpus validum cum animo generoso*) οὗτος γὰρ καὶ ἐστιν, inquit, ὁ μετεωρίζων ἑαυτὸν ἵππος σφόδρα ἢ καλὸν ἢ θαυμαστὸν ἢ ἀγαθὸν, ὡς πάντων ὁρώντων καὶ νέων καὶ γεραιτέρων τὰ ὄμματα κατέχειν· οὐδεὶς γοῦν οὔτε ἀπολείπει αὐτὸν, οὔτε ἀπαγορεύει θεώμενος, ἕωσπερ ἐπιδεικνύηται τὴν λαμπρότητα, *equus sublimiter incedens res est adeo pulchra, admirandaque, & egregia, ut omnium ipsum spectantium, tum Juniorum tum Seniorum, oculos teneat. nemo itaque, aut relinquit ipsum, aut spectando fatigatur, quamdiu excellentiam suam ostentat.* Tali igitur equo, τῷ χρησίμῳ τε εἰς πόλεμον, μεγαλοπρεπεστέρῳ τε καὶ περιβλεπτοτέρῳ ἱππάζεσθαι, *qui ad bellum utilis, magnificum splendidumque ac conspicuum se in incedendo, inque vehendo sessore, exhibet* (verba sunt ejusdem Scriptoris ex eodem tractatu) similes se redditurum Israelitas, facturumque ut eodem modo spectabiles præclari-que evadant, Deus hisce apud Zachariam verbis pollicetur.

7. Alter locus, ubi generalis hujus vocis significatio aptissime quadrat, est Hos. 14.7. in istis verbis, ויהי כזית הודו, ubi Hieron. Pagn. Riv. vertunt *gloria*: Oecol. Tigur. & Munst. *magnificentia*: Mariana & Merc. *pulcritudo*: Calv. Cast. Trem. Drus. Buxt. Tarn. *decor* aut *decus*; quæ postrema prioribus duobus sunt longe meliora, sed nec ipsa tamen satis exacta: nisi si comparatio hic instituta esset duntaxat

ratione viriditatis & ἀειφυλλίας, (quomodo eam accepit cum Mercero ac Tremellio Drusius, qui ad verba, *quasi oliva*, hanc subjicit notam, *quæ perpetuo viret, etiam cum aliæ arbores decore suo spoliantur, ideoque arbor decoris dicitur Levit. 23. 40. & ἐυκαρπος Sirach* 50. 11. præeunte ipsis Kimchio, כזית שיהיה כוח לחותו קיים כמו הזית שעליו קיים לחים . כזית השנה, *quasi olea, cujus insignis viror est perpetuus: uti olea, cujus folia toto anno virent*) aut ejus etiam temporis, quando fructibus gravis, geminum ab iis & à frondibus ornamentum accipiens, valde speciosa est, ac gratum oculis spectaculum præbet: quorsum hæc interpretatur Oecol. *Sicut oliva, grata jucunda-que aspectu &c.* ac Pisc. aiens, *olivæ decus sunt frondes tum inprimis fructus.* & huic posteriori expositioni valde favet locus ille Jerem. 11. 16. זית רענן יפה פרי תאר קרא יהוה שמך *olivam frondosam* [seu, *folia semper retinentem*] *pulchram fructu* [*ac*] *specie, vocaverat Deus nomen tuum*: ubi quum ob *adjectivum* יפה, tum præcipue ob nomen תאר (ante quod ἀπὸ τῦ κοινῦ è præcedentibus repetendum est *adjectivum* illud, uti Kimchius recte monet, ac fecit etiam Syrus, שפיר פארא ושפיר חזוא; quum alii minus recte putaverint תאר esse *genitivum*, atque à פרי regi) videtur tota similitudinis vis sita in pulcritudine, quam olea fructibus onusta obtinet. Ego tamen existimo, in hoc quoque Ieremiæ loco, & multo magis in illo Hoseæ, non modò respici ad externam illam ac decoram speciem, quæ in oleâ baccis gravidâ se offert intuentibus; sed & ad ipsam εὐκαρπίαν ejus ac καλλικαρπίαν, id est, naturam ejus fructiferam, ac præstantis fructus productricem; qui fructus sicuti arbori parenti ornamento est, quando ramos ejus undique vestit, ita multo majorem ei commendationem affert interna sua bonitate, atque insigni ad plurima utilitate. Quum igitur הוד oleæ partim quidem consistat in frondium perpetuitate, ac frondium ipsam vestientium copia, sed multo magis in ipsa fructus bonitate (quare in apologo Iud. 9. eam solam jactat, veluti primariam sui dotem, appellans, דשני אשר יכבדו בי אלהים ואנשים, *pinguedinem suam, quam in ipsa honorant* [i. e. ob quam honorant ipsam] *Dii hominesque*) & posterius hoc nequaquam vi nominum *pulcritudo, decus*, vel *decor* comprehendatur; ideo has quoque interpretationes, satis alioquin & præ reliquis tolerabiles, admittere non possum, ac generalem potius τῦ הוד significationem, *præstantia* vel *excellentia*, retinendam puto: quum eâ utraque ista dos idoneè exprimatur.

8. Monemus autem, eos qui זית hic habent pro *nominativo* (quod fecerunt Hieron. Pagn. Munst. Oecol. Drus. Riv. quibus accensendus

censendus etiam Cast. qui ab eadem mente vertit, *eritque ejus decus oleæ simile*, minus recte facere, quum revera sit *genitivus*: quod & Tig Calv. Merc. Trem. Pisc. & Tarn. viderunt. est enim *elliptica* locutio, ac כזית positum pro כהוד זית quales *ellipses* & alibi sæpe occurrunt ejus autem rei cum plurima exempla afferre possemus, tria aut quatuor posuisse contenti erimus: unum ex Psal. 18. 34. משוה רגלי באילות alterum ex Esa. 63. 2. בגדיך כדרך בגת tertium ex Jer. 50. 9. חציו כגבור משכיל: quartumque ex Thren. 2. 10. ויחמס כגן שכו quæ non aliter audienda sunt, quàm si כרגלי אילות, כבגדי דרך בכך גן & כחצי גבור esset scriptum; quare in primo Græc. & Syr. ὡσεὶ ἐλάφου, איך דאילא, in secundo & tertio verò Hieron. *sicut calcantium quasi viri fortis*, ac in 4. Munst. *Sicut tugurium horti*, recte transtulerunt. Quanquam autem Græci Latini-que authores interdum ita loquuntur, ut pro *genitivo* alium *casum* hic usurpent; quomodo Plinius dixit lib. 18. cap. 7. *athletarum capacitas jumentis similis*, i. e. *jumentorum capacitati*, ac lib. 32. cap. 11. *Quorum brachia cancris similia sunt*, id est, *cancrorum brachiis*: & Aristot. 4. hist. 1. ἔχουσι στρόμβον μέγαν, καὶ παραπλήσιον ὄρνιθι, i.e. ὄρνιθος στρόμβῳ, ac. 8 hist. 5. τοῦτο [τῆς λέοντος τὸ πήγαμα] ξηρὸν καὶ ἐξικμασμένον, ὅμοιον κυνὶ, i. e. τῷ τοῦ κυνός, quibus exemplis defendi possunt, qui hic כזית in *nominativo* reddiderunt, *sicuti oliva*: quum tamen hæc locutio obscurior sit & *catachrestica*, alteram illam, usitatiorem ac magis claram, usurpare præstat.

9. Diximus quæ esset generalis vocis הוד significatio, ac locos dedimus, in quibus illa retinenda est. nunc ad speciales veniamus, ubi coarctata hujus vocabuli vis, de diversis præstantiæ seu excellentiæ speciebus peculiariter dicitur. Atque hic primo loco se offert, utpote omnium frequentissima, ista τοῦ הוד acceptio, qua dicitur de præstantia seu excellentia honoris atque authoritatis, qua summi magistratus inter subditos eminent; quam Latini variis vocibus indigetant, *amplitudinem, splendorem*, & pressius *dignitatem* atque *majestatem* (quem titulum nunc Regibus proprium fecit consuetudo) Ita interpretanda hæc vox in locis qui sequuntur: הוד והדר תשוה עליו Psal. 21. 6.—הודך והדרך Psal. 45. 4.—ויתן עליו הוד מלכות, 1 Par. 29. 25.—ולא נתנו עליו הוד מלכות Dan. 11. 21—הוי אדון והוי הודה Jerem. 22. 18.—Plerique Interpretes, uti in aliis locis, ita in his quoque *decorem, decus, gloriam, honorem, magnificentiam transferunt*. sed melius iis Cast. qui 1 Par. 29. & Dan. 11. *dignitatem*, ac Ierem. 22. *majestatem* vertit: qua posteriore voce etiam Trem. 1 Par. 29. & Pisc.

Pisc.

Psal. 45. usus est. eâ-que ego utendum censeam in omnibus istis exemplis; uti etiam in iis, ubi de Deo, qui Rex Regum est, usurpatur; quod fit in locis quamplurimis: quum & hic non nisi unus & alter Interpres, & ne ipsi quidem constanter, sed in pauculis tantum locis, veram hujus vocis interpretationem exhibuerint.

10. Ast Iobi 37.22. in istis verbis, עַל־אלוה נורא הוד, præter vulgarem illum circa vocem הוד lapsum, etiam alia erravit major Interpretum numerus. Namque ut omittam Syros, qui mutile ac prave verterunt, מן אלהא נוהרא, *à Deo lux*, alii putaverunt נורא esse *accusativi* aut *ablativi casus*, ac cum אלוה cohærere (ita Tigur. *ad Deum reverendissimum pertinet confessio:* & Oecol. *coram Deo terribili confessio:* ac Steph. Mariana, ac Osian. *laus est super Deum terribilem:* similiterque Pagn. qui tamen in ultimi vocabuli expositione ab aliis discrepat, *super Deum terribilem gloriosum*) alii נורא itidem cum אלוה conjungentes, alio id modo faciunt, ita ut הוד ab eo regatur; quomodo hæc intellexit Marinus, qui נורא הוד vertit, *terribilis est majestate*; ac Borrhaus, qui hoc comma reddidit, *propter Deum terribilem majestate:* itemque Munst. qui etiam (æque ac Oecol.) cum Raschi & Targum עַל־ pro coram accepit, contra quàm alii plerique: *coram Deo, qui terribilis est in magnificentia.* Sed revera נורא convenit cum הוד non immediate, quomodo *adjectiva* cum *substantivis* solent (neque enim Hebræa lingua patitur, ut in isto casu *substantivum adjectivo* postponatur) sed interventu *verbi substantivi* subintellecti. עַל־ autem nec *coram* significat, nec *propter*, uti neque ἐπὶ (quod Symmacho visum fuit) sed *in*, ut Esa. 38.20. עַל־בֵּית יהוה, Syrus, בביתה דמריא, Hieron. *in domo Domini*; & ejusdem capitis vers. 15. עַל־מר נפשי, Hier. *in amaritudine animæ meæ:*— Psal. 68.30. מהיכלך על ירושלם Hieron. *de templo tuo quod est in Ierusalem:*—Dan. 9 14. עַל־כָּל־מעשיו, Syr. בכלהון עבדוהי, Hieron. *in omnibus operibus suis:*—Psal. 7.9. כתמי עלי Hieron. *secundum simplicitatem meam, quæ est in me:*— Psal. 42.7. עלי נפשי תשתוחח Hieron. *in meipso anima incurvatur.* Psal. 142.4. והתעטף עלי רוחי Hieron. *anxius fuit in me spiritus meus:*—Exod. 29. 3. עַל־כָּל־, Syrus בסלא, Hieron. *in canistro.*

11. Quomodo igitur in omnibus istis locis, aliisque adhuc pluribus (quos cunctos hic adducere non est necesse) עַל־ signif. *in*, sic etiam hoc loco. Ita ad mentem nostram locum hunc reddidit. Trem. *In Deo reverenda est magis gloria*: & melius etiamnum Mercerus (quem sequitur Drusius, ut alibi passim) ac Piscator, quippe & vocem הוד rite vertentes:

vertentes: *In Deo tremenda* [*Pisc. formidabilis*] *est majestas.* Etiamnum Chaldæus (qui על aliter quàm nos accipit) & Græci (qui pro אלה *Eloah* prave legerunt אלה *elle*) ac Symmachus (qui præpositionem על minus recte vertit) nobis consentiunt, נורא cum הוד ita, ac nos dicimus, construendum esse: קדם אלהא דחיל שבהורא, *coram Deo formidabilis est decor:* ἐπὶ τούτοις μεγάλη ἡ δόξα, *in hisce magna est gloria* (ubi Theodotio, cætera retinens, pro ἐπὶ τούτοις recte ἐπὶ θεῷ substituit) ἀπὸ θεοῦ φοβερὰ ἡ αἴνεσις, *de Deo formidabilis est laudatio.* Illa autem verba, *In Deo tremenda est majestas*, plane idem sibi volunt, acsi paulo aliâ sermonis formâ scriptum esset, *Majestas Dei est tremenda:* quare hunc locum optime expressisse censendus est Cast. qui ita vertit, *Dei terribilis est majestas.*

12. Ad hujus significationis classem pertinent duo etiamnum alii loci; qui cum hactenus non satis vulgo sint intellecti, utrumque leviter hic excutiendum putavi. Primus est Num. 27. in sermone illo, quo Deus cum Mose de constituendo Josua successore agit, ubi, inter alia, hæc dicuntur, vers. 21. ונתתה מהודך עליו. Major Interpretum pars, Hieron. Pagn. Cajet. Calv. Steph. Steu. Mariana. Osia. Schind. interpretantur *gloriam*, quemadmodo itidem Græci δόξαν, & Syr. שובחא reddiderunt: Munst. ac Oleast. *laudem*, Tigur. *decorem* maluerunt. Sed melius istis Cast. *authoritatem* (qua voce utitur etiam Oleast. ad explicandam interpretationem suam minus bonam) Pisc. *majestatem*, Arias *splendorem* (si in *metaphorica* significatione sumsit hanc vocem, nec imitatus est Jarchium, qui per הוד *splendorem* próprie dictum intelligens, egregie hic, ut solet, cum Talmudicis suis nugatur) reddiderunt. Non enim his verbis Mosi jubet Deus, ut magnifica oratione ornet Josuam, ac populo commendet (ut nonnulli putant) neque ut virtutum ac spiritualium donorum, quibus ipse fulgebat, consortem eum reddat (sicut alii voluerunt) sed ut jam tum inciperet illi conferre illam authoritatem & splendorem quem post ipsius mortem plenius obtenturus erat: ut quum populus Mose adhuc vivo Iosuam velut Principem suum venerari cœpisset, tanto promtius postea Mose defuncto eandem reverentiam ipsi præstare pergeret. Itaque præceptum hoc non aliud sibi vult, quàm ut Moses Iosuam in partem ejus amplitudinis, quam ipse inter Israelitas, veluti Princeps ipsorum ac summus Dux, obtinebat, cooptaret; declarando iis Dei voluntatem, qui eum sibi Mosi successorem designasset, ac jubendo, ut omnes parem ei, atque sibi, honorem haberent, quem hujus loci sensum etiam Osia. sic satis bene expressit, Hieronymi translationem, *dabis de gloria tua super eum*, ita

 enar-

enarrans: *facies eum solenni hac inauguratione participem Majestatis tuæ, seu potestatis, qua hactenus, ut summus magistratus, huic populo præfuisti.* Borrhaus, *Indicat ornari debere à Mose Iosuam imperatoria dignitate, tanquam a Deo constitutum, cui populus pareat, ducem.* Fieri quidem potest, ut præter alias ceremonias à Mose in hoc negotio memoratas, adhibita etiam fuerint principalia insignia, iisque Iosuam Moses publicè ornaverit. ipsa tamen vox הוד non significat ista insignia (quod Cajet. ad hunc locum voluit) sed illam ipsius hominis, in summo imperio constituti, *qualitatem* ac splendorem: quem possumus quidem cum Pisc. *majestatem* dicere, sed malim tamen *dignitatem*; quia etiamsi *majestas* ipsis quidem Romanis passim dicitur etiam de aliis summis magistratibus, quàm de Regibus; longo tamen usu receptum jam est, ut *majestas* vix aliis quàm Regibus & Imperatoribus tribuatur. Itaque verba hæc sic interpretor, *Confer ipsi partem dignitatis tuæ*: id est, non ut parte dignitatis suæ in eum collata, partem ipse retineret, sed ut totam dignitatem suam ipsi communicaret, ipsumque in solidum ejus participem asciceret.

13. Quod — מ — interpretamur *partem*, id facimus tum authoritate Hieronymi, qui hoc loco ita transtulit, tum quia in aliis quoque locis hanc esse istius præpositionis vim animadvertimus ut Exod. 30. 38. ושחקת ממנה הדק ונתתה ממנה לפני העדת *partim ejus exactè comminues ejusque [pulveris] partem pones coram Testimonio.*—Lev. 11. 25. הנשא מנבלתם *qui ullam partem cadaveris ipsorum sustulerit.*—Lev. 25. 25. ומכר מאחזתו *& vendiderit partem possessionum suarum.*—Levit. 27. 31. ממעשרו *ullam partem decimarum suarum.*—2 Par. 36. 7. ומכלי בית יהוה *partem vasorum domus Domini.*

14. Alter locus est Zach. 6. 13. ubi in prophetia de Christo, qui simul summus Pontifex, ac populi Princeps sive Rex, futurus esset, dicitur, והוא ישא הוד, quæ verba Hieron. ac Pagn. vertunt, *portabit gloriam*: Steph. *reportabit gloriam*: Tigur. *feret magnificentiam*: Oecol. *portabit decorem*: Trem. Pisc. Tarn. *reportaturus decorem*: Calv. Osia. *gestabit decus, decorem*: Drusius, *reportabit decus*. & sicuti in præcedenti loco Cajetanus per הוד *insignia principatus*, ita in isto nonnulli per הוד *vestes archieraticas* intelligunt; id quod disertim profitentur Osian. & Piscator in notis ad hunc locum, & videntur sensisse plerique eorum, qui ישא hic *portare* aut *gestare* transtulerunt: qui autem *reportare gloriam* aut *decus* interpretantur, videntur ita hæc cepisse, quemodo cepit Drusius, qui sic enarrat, *ita administrabit regnum & sacerdotium, ut decus inde sit reportaturus*. Sed diligens loci inspectio

spectio planum facit, per הוד non aliud intelligendum, quàm splendorem illum & amplitudinem summi imperii comitem, id quod vidit & Cast qui vertit, *authoritatem obtinebit*, ac Calvinus, qui sic explicat in commentariis, *erit magnificus sacerdos, plenus regii decoris*; itemque Mariana, ita hoc comma enarrans, *regiam autoritatem obtinebit*. Et verbum נשא non pro *reportare* accipio, ut illi (quum hæc significatio isti verbo insit quidem, sed huic loco parum quadret) multoque minus pro *levo*, quomodo Marinus vertit perincommode (quum nomen הוד perbene verterit *majestatem*) sed pro *potiri* vel *frui* (quomodo & alibi sumitur, ut Eccl. 5. 18. ולשאת את-חלקו quod Hier. vertit, *& fruatur parte sua*) vel potius pro *obtinere* seu *consequi*, quo intellectu ponitur Psal. 24. 5. ישא ברכה מאת יהוה, ubi Kimchi ישא exponit יקח, quomodo etiam Græci, Syrus, ac Hier. interpretati sunt, λήψεται, נקבל, *accipiet*. Reddo itaque hunc locum ita, *Ipseque dignitatem consequetur*, id est, ut Latini plenius dicerent, *amplissimum dignitatis gradum adipiscetur*, sive, *in celsissimam dignitatis atque majestatis sedem ascende*: & sicuti Scripturæ mos est in quamplurimis locis, uti res amplius mox enarrandas, breviori aliquo verborum compendio prius sub oculos ponat; ita in hoc loco והוא ישא הוד nihil aliud esse putaverim, nisi tale aliquod longioris sermonis breviarium, cujus *epexegesi* contineatur in subjunctis illis verbis, *sedebit ac dominabitur super solio suo, & erit sacerdos super solio suo*: quasi dixisset Propheta, ad summum amplitudinis sive majestatis fastigium evehetur, utpote duas supremas dignitates, regiam atque archieraticam, conjuncturus, & utroque isto munere junctim functurus.

CAP. II.

Dan. 10. 8. והודי נהפך עלי למשחית *plerisque Interpretibus* הוד formæ decorem ac dignitatem *significat*. 2. *Opinio ista improbatur*. 3. *Significare potius* vigorem, *aut* virium integritatem. 4. *Ulterius declaratur, quare altera illa expositio minus admittenda, ac nostra ipsi præferenda sit. Syrum nostræ hujus commatis expositioni astipulari, quod & Sept. ac Hieronymum aliquatenus facere.* 5. *Prov.* 5. 9. הוד, *æque ac Dan.* 10. vigorem *significare*. 6. *Ratio istius nostræ expositionis.* 7. *Argumentum pro altera interpretatione allatum è Prov. 6. 33. nobis potius favere ostenditur.* 8. *Expositio nostra amplius firmatur ex loco parallelo, Pro.* 31. 3. אל תתן לנשים חילך, *qui locus ipse quoque dilucidatur.* 9. הוד *etiam significare*

ficare vehementiam, *non modo Iobi* 39.23. *sed & Esai.* 30. 30. *in istis verbis,* והשמיע יהוה את-הוד קולו. 10 *Haudquaquam spernendam esse eorum expositionem, qui* הוד *ibi* magnificentiam *seu* majestatem *interpretantur: nostram tamen magis idoneam videri.* 11. קול הוד *ac* הוד קול, *& similia, indifferenter dici.* 12. Affixa *nomini* regenti *debita solere nomini, quod* regitur *adjungi. Interdum tamen aliter fieri.*

ALia de specialibus vocis הוד significationibus, ab ea præcedenti capite pertractata, *dignitatis* & *majestatis*, plurimum differens, (ita tamen ut æque ac illa, ad generalem *præstantiæ* & *excellentiæ* notionem reduci queat) est in isto loco Danielis, cap. 10. vers. 8. והודי נהפך עלי למשחית ubi notandum est, על habere eum intellectum, de quo modò capitis præcedentis paragrapho decimo, egimus, ac pro *in* positum esse, idquod senserunt quoque non modo Pagn. Oecol. Mun. Calv. Trem. Osia. ac Pisc. sed & Hieron. quum Græcus ac Syrus Interpres hanc vocem עלי plane præterierint. Quantum ad vocem הוד (quam Sept. nullâ habitâ sensus ratione, *δόξαν, gloriam,* verterunt, & Marinus etiamnum pejus *majestatem*) plerique omnes Interpretes eâ hic *formam* atque *oris speciem* intellexerunt. Tigur. *Mea forma bonitas versa est in deformitatem:* Castal. *mutatâ perdutâ-que coloris elegantiâ.* Calv. *decor meus eversus fuit super me* [i. e. *in me ad corruptionem* [i. e. *ut evanescerem*] *forma vel species mea fuit mutata, ut possem censeri mortuus propter deformitatem*: Pisc. *decor meus* [i. e. *splendor faciei meæ*] *mutatus & corruptus est in me*: Mariana, *pulcritudo mea conversa est in corruptionem*: Osiand. *species mea mutata est in me, ita ut omnis nitor & color faciei meæ subito evanesceret:* Oecol. *forma mea mutabatur in me in corruptionem. dicit colorem vultus & formam variasse in corruptionem* i. e. *pallorem*: neque aliud senserunt Munst. Steph. ac Trem. sic vertendo: *Forma mea mutata est in me, degeneravit-que: Decor meus versus est in corruptionem: Decor meus mutatione corruptus est in me.* & Vernaculorum quoque Interpretum potior pars eandem interpretationem sequuntur.

2. Mihi tamen ea non placet, idque ob tres rationes, quarum prima petita est ex ipso contextu, è quo clare patet, aliquid majus, quàm coloris mutationem & expallescentiam (quæ à satis levibus causis sæpe oritur) hic significari, quum proxime antecedant hæc verba, ולא נשאר בי כח *nihil virium in me reliquum factum est:* ac proxime sequuntur ista eandem vim habentia, ולא עצרתי כח *neque quicquam virium retinui:* ut omnino probabile sit sententiam istam, והודי נהפך

נהפך עלי למשחית longe gravius quid, quàm speciei duntaxat & formæ immutationem indicare. Altera ratio inde est petita, quòd הוד alibi quoque (uti mox monstrabimus) eundem intellectum obtinet, quem nos ipsi hic tribuimus; quum pro *specie* ac *forma* decore haud ullo in loco sumatur. Tertium verò contra hanc expositionem argumentum duco ex nomine משחית, quod non potest *pallorem*, *deformitatem*, aut quidquam simile significare. Radix quidem שחת, quæ omnem universè *corruptionem* denotat, & de hoc corruptionis genere peculiariter dicitur, uti apparet ex Esa. 52.14. משחת מאיש מראהו (quæ verba Syrus, Tigur. Steph. Munst. ac Trem. perbene reddiderunt) sed non semper omni *derivato* omnes easdem significationes, quæ ipsi *primitivo* aut alteri alicui *derivato* insunt, competere certum est: & משחית, quum in plurimis locis legatur, nusquam aliquam ejusmodi *corruptionem*, qualis est *formæ in pejus mutatio*, sed gravem ac pernitiosam significat.

3. Mihi itaque videtur, in isto Danielis loco הוד potius significare *bonam valetudinem*, seu *valetudinis & virium integritatem atque excellentiam*, quam Latini peculiariter (vocabulo tamen ad alia multa pertinente) *vigorem* appellant, ut in verbis illis Virgilii. 4. Georg.

Atque habilis membris venit vigor. ———

Et in istis Senecæ, in Hippolyto,

——— *vadit incerto pede,*
Jam viribus defecta, non idem vigor.

Et hæc expositio habet etiam suffragium Pagnini, Valeræ, & Anglicæ prioris, qui verterunt, *vis mea* (& in Dict. *robur meum*) *mi fuerça*: my strength. & Anglica quoque nova quum in textu vulgarem expositionem retinuerit, my comelinesse, hanc tamen alteram, my vigour, in margine appositam habet. Quantum ad vocem משחית, ea vel *animi deliquium* significaverit (ita dictum, utpote ad ultimam viventis destructionem & interitum gradus) vel potius *marcorem* quendam ac veluti *tabem*, quæ & ipsa ultimæ destructionis initium ac via, & non parva pars est. Itaque comma hoc sic verto: *Et vigor meus in me versus est in marcorem* [sive, *in tabitudinem*] id est, loco vigentis ac vegetæ valetudinis, qua fruebar prius, universalis quidam marcor ac virium prostratio totum corpus meum occupavit.

4. Certum est, hominem ita affectum non solere pristinam formæ dignitatem ac vividum oris decorem retinere, proinde-que al-

teram illam expositionem aliquid ex vero habere. sed cum formæ perturbatio in isto casu duntaxat mali pars sit, ea-que haudquaquam principalis, aut inter principales; boni autem Interpretis officium sit, authoris sui sensa non partim, sed plenè ac integrè, quantum ejus fieri potest, repræsentare: clarum est, si recipiuntur quæ nos de intellectu τῶ הוד ac משחית hic diximus, nostram quoque hujus loci interpretationem, priore expuncta, retinendam esse. Illi autem astipulatur Syrus quoque Interpres, qui sensum potius quàm verba exprimens, sic transtulit, וגוי אתהפך למחבלו, *& interanea mea conversa sunt in corruptionem:* quam interpretationem clarum est & à vulgata multum dissentire; & nostræ (quoad sensum) egregiè concordare: quum vigor omnis ac robur in reliquum corpus ab interaneis ac visceribus dimanet, idcirco-que valde pravam istorum dispositionem, membrorum quoque ac artuum languor & tabescentia necessario & indivisim comitetur. Græci quoque, vertendo μετεστράφη εἰς διαφθοράν, huc magis, quàm ad alteros, inclinant. Hieron. autem utramque expositionem simul comprehendit, *Species mea immutata est in me, & emarcui*: quam translationem alteri quidem illi præfero, sed nec ipsam tamen admittere possum, quia laxior est, quàm ut cum stricta ad verbum interpretatione, ac citra paraphrasticam licentiam stare queat.

5. Diximus הוד in altero etiamnum loco habere eandem significationem, quam nos ipsi in hoc Danielis assignavimus. Is est Prov. 5. 9. פן תתן לאחרים הודך ubi Hieron. Steph. Cast. הוד transferunt *honor:* Pagnin. Tigur. Trem. *decor, decus.* & qui sic exponunt (quod faciunt etiam Vernaculi pleriq;) putant hic agi de boni nominis dispendio, quod adulteri pati, ac de contumeliis & ignominiis, quibus deprehensi solent affici; id-que ex capitis sexti versu 33. firmant. Mariana hanc expositionem breviter, more suo, sic repræsentat: *ne fœdes nomen tuum bonum earum causa.* Sed quum הוד nunquam *honorem* significet, (eo quidem sensu, quo ab illis hic sumitur) multoque minus *facultates*, quas hic intelligi vult Osiander, utràque hac expositione rejectâ, dico הוד hic significare *valetudinis integritatem ac vigorem:* huc tendentibus etiam Munstero & Pisc. qui *robur* vertunt; quam expositionem & Gallica Vetus, quæ in textu habet *ta louange, laudem tuam,* in margine exhibet, *ta force & vigeur.*

6. Nostra autem hæc expositio, præterquam quod per se huic loco aptissima est, eo etiam fulcitur, quod probabile est figuram כפול־ הענין, sive ejusdem sententiæ per diversa verba iterationem (illam in aliquot Scripturæ libris, ac super omnes in hoc Proverbiorum, in

primis

primis hisce capitibus, usitatissimam) in hoc versu haberi; quum in tota hac periocha, quæ dehortandis ab adulterio & scortatione juvenibus deservit, ne unus quidem præterea versus sit, ex iis qui duo distincta membra sive commata habent, in quo illa non adhibeatur. & hoc viderunt quoque LXX. qui propterea quum vocem הוד non satis intelligerent, eam verterunt ζωὴν, *vitam*, ut sic responderet τῷ שנותיך in posteriore parte; quod quum proprie *annos* significet, ipsi eleganter verterunt βίον, *ætatem*. quod revera hic sign. ista vox: ut causam non habuerint Aq. Symm. & Theod. quare pro βίον, ἔτη substituerent. Jam sub nostra interpretatione optimè servatur ista ἀντιστοιχία, si per ætatem intelligamus non quodcunque vitæ tempus, sed *ætatis florem*, quem vocabulo שנותיך hic indicari, ipsum sermonis filum ac scopus planum faciunt. *ætatis* enim *florem* certo respectu esse *synonymum vigoris* (quum non alio ævi tempore sanitas ac vires corporis magis vigeant) negari non potest.

7. Argumentum autem è cap. 6. petitum magis etiam pro nobis facit; quum inspicienti evidens sit duobus hisce locis, quibus Iuvenes ab illicita libidine Salomon dehortatur, non eadem ipsum persuadendi argumenta usurpare, sed admodum inter se diversa. quippe capite sexto memorat pœnas externas atque accidentarias, in quas sæpe incurrunt nefariæ veneris mancipia, mulctas, ignominias pulsationem, vulnera, ac necem ipsam. Ast in præsenti capite ea recenset incommoda, quæ isti nequitiæ sunt individua, atque, ut sic dicam, essentialia, videlicet valetudinis ac facultatum jacturam. namque ut adultero omnia ex voto cedant, neque in flagitio deprehendatur unquam, atteret tamen opes suas (quippe infandus iste amor plerumque vix alio, nisi magnarum ac continuarum largitionum & profusionum glutino, coagmentatur & fovetur) & sanitatem, cui immodica venus, propudiosis istis familiaris, non parum infesta est. Salomon hujus capitis vers. 11. dicit, siquis, contra monita ipsius, libidini fræna laxet, eum tandem, contabescente corpore atque carne seris questibus nequitiam suam deploraturũ. isque versus non obscurè expositionem nostram stabilit, quum versus noni *epanalepsis* sit ac amplior enarratio: quem morem & alibi sæpius in scriptura animadvertere licet, ut sententia aliqua, insertis diversi generis periodis interrupta, veluti in manus resumta iteretur, ac novâ sermonis facie plenius exprimatur. Germana igitur hujus versus interpretatio hæc est: *Ne tibi contingat alienis impendere vigorem tuum, ac ætatem tuam* [i.e. *ætatis florem*] *crudelibus.*

8. Ista autem expositio amplius etiam firmatur ex Prov. 31.3. אל

החן

תתן לנשי' חילך, ubi per חיל idem fere quod hic per הוד, denotatur. Aliter quidem visum fuit Græcis, qui verterunt πλοῦτον, similiterque Hieron. ac Pagn. *substantiam*, & Cast. *facultates*: *Noli tuas impendere facultates*: quomodo etiam Osiander, Hieronymi *substantiam* retinens, hunc locum explicat: *Ne tradas prodigaliter facultates tuas uxoribus, neq; profundas opes tuas, ut satisfacias cupiditatibus stultis mulierum.* Aliquanto melius Arias. Luth. & Belg. *facultatem*, vermogen: quod ita late extendunt Belgæ, ut & opes, & animi pariter ac corporis vires sub eo comprehendant: De crachten uwer ziele, ende uwes lichaems, uitsgaders uwe tydelicke meddelen. secuti, ut puto, Stephanum, qui hic per חיל intelligit, *quod præstantissimum est in homine, ut ingenium, robur, opes.* Ait R. Levi ad solas animi vires videtur referre, qui חילך exponit, כחך אשר לך בדרישת החכמה והשגתה וזה כי רוב העסק עם הנשים יסיר האדם מן השקידה על החכמה, *Vires tuas, quas habes in inquisitione ac perceptione sapientiæ; idque quia nimia cum mulieribus consuetudo avocat hominem à diligenti sapientiæ studio.* Aptius tamen est, ut חיל interpretantes *robur* (quomodo verterunt Cajet. Munst. Tig. Trem. similiterque Syr. & Chal. חילא, Symm. ἰσχύς, Ital. uterque, Val. Genev. *forza, fuerça, force*: Angl. utraque, strength) accipiamus de viribus ac vigore corporis, quæ immodico veneris usu mirifice debilitari atque exhauriri notissimum est. In hunc sensum Raschi verba ista sic παραφράζει, כחך אל תתיש, & clarius etiam Maimonides in הלכות דעות capite 4. paragrapho 19. שכבת הזרע היא כח הגוף וחייו ומאור העינים וכל זמן שתצא ביותר הגוף כלה וכחו כלה וחייו אובדים הוא שאמר שלמה בחכמתו אל תתן לנשים חילך: כל השטוף בבעילה זקנה קופצת עליו וכחו תשש ועיניו כהות וג' *Semen genitale est robur corporis, ac sanitas ejus, & lux oculorum. quoties ergo excernitur nimis copiose, absumitur corpus ac robur ejus, sanitasq; ejus perit: id quod innuit Salomon in Sapientia sua, dicens, Ne impenderis mulieribus robur tuum. Quisquis veneri nimium indulget, propere irruit in eum senectus, viresq; ejus debilitantur, ac oculi ejus hebescunt, &c.* Cajetanus quoque ita hunc locum exponit: *Metuendum Regi est, ne frequentia coitus tollat robur ejus personale. sub primo itaque documento immoderatus usus venereorum prohibetur:* itidemque Brunius, Geest uwe cracht de vrouwen niet, draegt sorge dat gy uselven niet om hales en brengt, uwe gesontheyt ende alle uwe crachten door vleesschelicke wellusten niet en verteert: *Ne dederis robur tuum fœminis) curam gere ne tibi necem accersas, sanitatemque*

temque ac omnes vires tuas consumas, per venereas voluptates : cui probæ expositioni deinde alteram illam atque alieniorem de *opibus* subjungit ; sicuti Jansenius geminæ explicationi illam R. Levi admiscet : *Quoniam timendum non est, ne Rex consumat opes suas in mulieribus, rectius intelligitur significatum robur & fortitudinem non dandam. Robur, inquam, tum mentis tum corporis. metuendum enim etiam Regi est, ne frequenti mulierum abusu, corporis vires perdat & animi, cum nihil magis animum reddat effœminatum, nihil magis ejus intentionem enervet & frangat:* quæ Iansenii expositio admodum probabilis est, alteri tamen illi ac simpliciori posthabenda.

9. Unus adhuc superest τῶ הוד significatus, in fine capitis septimi, præcedentis libri, memoratus, putà *vehementia*; quem ipsum quoque ad generalem illum posse quodammodo reduci, ex eo apparet, quòd *præstantia* & *vehementia* possunt de multis rebus *synonymè* ac eodem sensu usurpari. Et si vel hæc, vel alia aliqua significatio sub ea, quam nos primariam statuimus, non omnino commode posset comprehendi, id non magnopere referret ; quum semper necesse non sit, ad recte declarandam alicujus hebraicæ vocis vim, vocabulum latinum æque late patens adhibere: utpote quod ne fieri quidem potest in quamplurimis. etenim permultas voces habet lingua Hebræa, cui apud Latinos nulla una respondet; sicuti & in Latina lingua sunt permultæ, quas singulis vocabulis Hebraicis exprimere nequicquam labores: quod & ad alias linguas plerasque aut omnes transferri potest. idque non modò de dictionibus verum est, significatus nihil commune habentes sortitis, sed & de iis, quarum omnes notiones aliquatenus inter se conveniunt, & manifestam inter se connexionem atque affinitatem habent : qualis dictio est הוד, de qua hic tractamus. Dicimus igitur, הוד super cætera etiam *vehementiam* significare, atque ita sumendum non tantùm in illo Jobi loco, quem præcedentis libri capite septimo explicavimus, sed & in isto Esaiæ, והשמיע יהוה את-הוד קולו cap. ac vers. 30. ubi Hieron. vertit *gloria*, (quomodo etiam vertit Zuing. Oecol. ac Musc. similiterque Græci δόξα, & Syr. שובחא) Tig. Cast. Forer. Marinus, *majestatem* : Munst. Arias, Pisc. *magnificentiam* ; quod & Tremellio placuit, qui transtulit, *magnificam vocem suam*.

10. Sed nostra interpretatio (cui etiam subscribunt Pagn. Steph. Calv. Ole. qui *potentiam* transferunt, ac per *potentiam vocis* intelligendam dicunt *vocem potentem & fortem*) istis melior esse, ac præsenti loco aptius quadrare videtur : quanquam fateor eos, qui *magnificentiam* seu *majestatem* vocis hic interpretantur, *ac vocem gloriosam &*

 majestate

majestate plenam cum Forerio exponunt, posse ferri, eorum-que interpretationem minime spernendam esse. Sicuti enim pro nobis facit Jobi 26. 14. ubi de tonitru, (de quo hæc verba protulit Esaias) dicitur רעם גבורתו *tonitru fortitudinis suæ*, vel potius (cuum in hujusmodi locutionibus *affixum* non tam ad nomen, cui jungitur, quàm ad nomen regens soleat pertinere) *tonitru suum fortitudinis*, id est, *forte*; & Psal. 68. 34. ubi itidem tonitru קול עז *sonus validus* vocatur: ita istis favet Jobi 36. 4. ubi vocatur קול גאונו, *vox magnificentiæ ejus*, vel, *ipsius vox magnificentiæ*, id est, *magnifica*. Et Psal. 29. 5. simul & כוח (i.e. *robur*, *potentia*; quod *vehementiæ* germanum est) & הדר (i.e. *decor*, quod *synonymum* est *magnificentiæ*) tonitrui seu Deo tonanti tribuitur, קול יהוה בכח קול יהוה בהדר. Ob hæc in isto Esaiæ loco ambigua esse potest vocabuli הוד expositio; quod mihi tamen convenientius videtur, *vehementiam* interpretari. Ast apud Jobum in הוד נחרו dubitari non potest, siquis horum intelligens rem recte expendat, quin הוד *vehementia* potius, quàm ullo alio modo exponi debeat.

11. Caput hoc claudemus, si prius unum alterumque, quod in præcedenti paragrapho scrupulum lectori parere posset, explicaverimus. Aliquis enim existimaverit קול הוד cum רעם גבורה & קול גאון & קול עז non recte conferri, quum tonitru in illo loco regatur à nomine adjuncto; in istis verò ipsum regat. sed revera utraque locutio eòdem recidit, neque quicquam interest, an dicas גבורת קול, הוד קול, עז קול, גאון קול an verò קול גבורה, קול גאון, קול עז, קול הוד, quum & Latinis *animi præsentia* ac *animus præsens*, *vehementia fragoris*, alia-que ejusmodi sexcenta indifferenter dicantur, nomina autem *abstracta*, quando ab altero nomine, quod *subjecti* vicem aut instar habeat, reguntur, *adjectivi* usum præstare in Hebraica lingua, vel tironibus notum est; quare רעם גבורה & קול גאון non aliud sonant latinè, quam *sonum magnificum*, *tonitru validum*. Jam si *sonus magnificus* & *magnificentia soni* Latinis quoque eodem intellectu usurpatur; Hebræis sane קול גאון & גאון קול, aliaque ad eundem modum, parum aut nihil differre censendum est.

12. Alterum, de quo hic Lectorem monere voluimus, est figura illa, qua *affixum* non ad *nomen rectum*, cui adjungitur, sed ad *nomen regens* refertur. Observavit eam etiam Salomon Glassius, qui lib. 3. Philol. sac. tract. 1. can. 8. ejus mentionem facit, atque aliquot exempla apponit; quibus nos hæc addimus: Prov. 24. 31. גדר אבניו

maceria

maceria ejus lapidea.—Deut. 21. 13. שמלת שביה *vestimenta sua captivalia.*—2 Reg. 25. 29. בגדי כלאו *vestes ejus carcerarias.*—Ezech. 26. 16. בגדי רקמתם *vestes suas acupictas.*—Psal. 60. 10. סיר רחצי *olla mea lotoria.*—Ezech. 9. 1. כלי משחתו *instrumentum suum trucidatorium.* Quam verò Glassius hujus phraseos rationem affert, *quod affixum nunquam jungatur nomini regenti, sed tantum recto*, ea minus firma aut vera est; cuum in permultis locis id fiat, quod ipse nunquam fieri asserit, & *nomini regenti affixum* suum non interventu *nominis recti*, sed proxime jungatur. fidem facient hæc exempla: Levit. 6. 10. מדו בד *tunicam suam lineam.*—Exod. 26. 21. אדניהם כסף *bases eorum argentea.*—Psal. 35. 19. איבי שקר *hostes mei falsis de causis:*—Psal. 71. 9. מחסי עז *perfugium meum firmum.*—2 Sam. 22. 32. מעוזי חיל *munimentum meum validum.*—Esa. 31. 7. ידיכם חטא *manus vestræ flagitiosæ.*—Thren. 4. 17. עזרתנו הבל *auxilium nostrum vanum.*—Ezech. 16. 27. מדרכך זמה *de via tua scelerata.* Quanquam igitur cum idiomate hebraicæ linguæ haudquaquam pugnat, *nomini regenti affixum* copulare; duriuscula tamen cum sit illa locutio, hinc fit ut minus frequens sit, & loco ejus fere usurpetur altera illa, ubi *affixum, nomini regenti* debitum, transcribitur *nomini quod regitur* (quod persæpe Interpretes parum animadvertentes, rectum multorum locorum sensum haud satis assecuti sunt) sicuti interdum quoque ipsum *nomen regens* iteratur, ut Psal. 68. 34. יתן בקולו קול עז, *vocem suam validam emittit.*

CAP. III.

Variæ interpretationes vocis פנינם, *Margaritæ*, Lapides preciosi, περίζλειπα. *Græci Jobi 28. pro* פנינים *prave* פנימים *legerunt, quod & Hieron. hic fecit, & Prov. 8. Symmachus. Aquilæ* χακοζηλία *in nominum etymis exprimendis.* 2. *Hieron. Prov. 31. pro* פנינים *legit* פנים. *inconstantia ejus in vertenda hac voce. Thren. 4. omnium pessime vertit* ebur antiquum. 3. *Miseria ac difficultates, ad quas sæpe rediguntur Interpretes, qui Vulgatam per omnia tenentur propugnare.* 4. *Ostenditur quòd* פנינים *nec* gemmas *significet, nec* margaritas. *Margaritæ candore commendantur; & rubor in iis vitiosus, præterquam in paucis, quæ rarissime extra natalem plagam conspiciun-tur.*

tur. 5. *Pagninus aliiq́, quum alibi* פנינים *transferant* margaritas, *Thren. 4. aliter vertunt, ipsâ loci evidentiâ adacti.* 6. *Ejusdem Pagnini inconstantia, vocem hanc longe aliter in Dictionario quàm in Translatione sua interpretantis.* 6. *Incogitantia eorum, qui Thren. 4. quoq́,* פנינים margaritas *transferunt.* 7. Peninim *non significare* carbunculum, *ut Trem. nec* Sardium, *ut Syrus vertit.* 8. Peninim *significare* corallia. 9. *Magno illa in pretio olim, majore-que quam hodie, fuisse.* 10. *Id præcipue verum esse de Oriente, ubi in summa fuerint autoritate: quod partim inde factum, quia pro amuleto habebantur.*

SExies in Scriptura (quater in Proverbiis, cap. 3. vers. 15. & cap. 8. vers. 11. & cap. 20. vers. 15. & cap. 31. vers. 10. item Thren. 4. 7. & Jobi 28. 18.) memorantur פנינים, & quidem ita, ut appareat rem esse pretiosissimam: sed quid hac voce significetur, id verò est summopere ambiguum, aliis aliud censentibus. Rabbini pleriq; putant esse *margaritas* sive *uniones*; & sic hoc nomen exponunt Raschi ad Prov. 8. & Jobi 28. ac R. Levi ad Prov. 3. & Prov. 8. eosque sequuntur multi de recentioribus, inque iis Pagninus, Lutherus Cajet. Marin. Borrh. Montanus, Mariana; etiam Mercero, in lexico Pagnini, hanc opinionem fovente. David Kimchi in Dictionario dicit, *peninim* significare *gemmas* sive *lapides pretiosos*; id quod senserunt etiam Græci Interpretes, qui hoc nomen λίθους πολυτελεῖς transtulerunt ubique, præterquam Thren. 4. ubi λίθων duntaxat, & Jobi 28. ubi τὰ ἐσώτατα verterunt. sed in hoc postremo loco manifestus est eorum error, qui pro פנינים (quomodo ibi legendum constat, non modo ex consensu Hebræorum codicum, sed & ex Interpret. Syro ac Chaldæo) legerunt פנימים, quomodo etiam legisse videtur Hieron. qui vertit, *de occultis*. Sed & Symmachus similiter in hac voce lapsus fuit, Prov. 8. ubi itidem, ac hic Sept. *peninim* vertit τὰ ἐσώτατα, si non fallunt nos Scholiastæ. Eodem autem modo, ac Sept. interpretantur hanc vocem Syrus & Chaldæus, putà כאפא טבתא excepto Lam. 4. ubi Syrus סרדון, id est, *sardium*, & Chaldæus יוהרין, ac Jobi 28. ubi Syrus quidem consuetam illam interpretationem, כאפא טבתא retinet, Chaldæus autem מרגלין i. e. *margaritas* transtulit. Et de recentioribus Castalio ac Valera *peninim* ubique *gemmas* seu *lapides pretiosos* interpretantur. Neque ab hisce, quibus פנינים sunt *gemmæ*, multum dissidet Aquila, qui vertit περίβλεπτα (uti discimus è Scholiaste ad Iobi 28. id est, *conspicua, spectabilia:* quomodo vertit & Symmachus, nisi in scholio ad Thren. 4. (ubi id traditur)

traditur) error est; quod sane admodum vereor. quippe in hoc interpretamento odoror solennem Aquilæ morem, originem nominum potius ac etymologiam (& eam quoque non rarò falsam, sicuti hoc loco, ubi *peninim* interpretatur tanquam si esset à פנה, quod verbum inter alia etiam περιβλέπειν frequenter significat, sed radix tamen τῆς פנינים esse non potest, quanquam magnam habet cum ipso affinitatem) quàm veras ipsorum significationes exprimendi: à qua superstitione, nimis certe anxia, atque adeo ridicula, Symmachus, elegantiæ non parum studiosus Interpres, & nihilominus fidelis admodum atque religiosissimus, valde fuit alienus. Recentiorum plerique utramque hanc interpretationem, *gemmas*, ac *margaritas*, simul amplectuntur, quod mireris; ac nonnullis in locis uno modo, aliis verò altero transferunt: quod inter cæteros faciunt Munsterus, Tigurini, ac vernaculæ translationes non paucæ.

2. Sed etiamnum magis miretur quis Hieronymum, qui sepositis etiam iis locis, ubi manifeste erravit, atque aliud quid, quàm פנינים in Hebræo legit (quod non modò fecit loco illo, de quo modo dicebamus, sed & Prov. 31. ubi מפנינים vertit, *de ultimis finibus*, putans fortasse scriptum esse מפנים à פנה, quod ipsum tamen non *extremos fines*, sed *angulum* significat) semper alio atque alio modo *peninim* transtulit, Prov. 3. *cunctas opes*: Prov. 8. *cuncta pretiosissima*: Prov. 20. *gemmas*: & Thren. 4. *ebur antiquum*: ut propterea ejus autoritas, in indagando hujus vocis significatu, nulla omnino esse debeat.

3. Et translatio illa Thren. 4. valde mirifica est, quum ebur candore spectabile sit, non rubore; ideoque absurdum sit id statuere pro exemplari, cum quo res aliqua insignis rubedinis comparetur. Verum quidem est, ætatem eboris colorem immutare, sed in pallidum ac fuscum, non in rubrum: qua de re operæpretium est videre Martinum de Roa, in Singularibus S. Scripturæ (part. 2. lib. 2. cap. 3.) copiose ac erudite disputantem. qui etiam, ut absurditatem hujus interpretationis evitet, *ebur antiquum* novo modo exponit (itidem ac Mariana in scholiis ad hunc locum) *ebur quo utebantur antiqui*, seu *ebur tinctum more antiquorum*, id est, *ebur tinctum ostro*: quæ tingendi eboris ratio familiaris fuit veteribus, ut notum est omnibus literatis, & variis autorum testimoniis ab istis astruitur: quæ sane interpretatio ingeniosa est, & iis omnium aliorum, qui eundem nodum tractarunt, longe præferenda. Sed dolendum est, viros doctos ita constrictos teneri istius Translationis autoritate, ut dum nihil non in ea propugnare coguntur,

tantum laboris insumant, sese-que in omnia vertant, ut erroribus ejus colorem aliquem inducant; quos si ipsis liceret ut par erat, è fontibus suis corrigere, operæ compendium facere possent, neque ad ejusmodi strophas adigerentur. Sane hæc Marianæ ac Martini De Roa expositio, etsi cæteris omnibus præferenda (iis præsertim, qui in ipso per se ebore ruborem quærunt, quo nihil magis ridiculum dici potest) & ipsa tamen valde coacta est; neque quisquam ita loqueretur, ut *ebur ostro infectum* significare cupiens, appellaret *ebur antiquum*, quia antiqui sic inficere ebur solebant: non magis quàm nunc scitum foret pro *vestibus purpureis* dicere *vestes antiquas*, quia antiqui solebant purpuræ sanguine vestes tingere. & tamen hæc ars jam per aliquot secula fuit sepulta; quum illam eboris ostro tingendi rationem Hieronymi ævo fuisse antiquatam non appareat, neque doceatur à doctis illis viris; sed contrarium potius conjicere liceat ex loco, quem ex Nazianzeno, altero-que quem ex ipso Hieronymo M. Roa allegat.

4. Misso itaque Hieronymo, qui tam aperte prodidit, nihil sibi de hujus vocis significatu constitisse; & misso item Aquila, in cujus interpretamento examinando non est opera insumenda, ob causam quam paulo ante attigimus: ad reliquos accedentes, dicimus & eos, qui פנינים vertunt *gemmas*, & eos qui *margaritas*, ex Thren. 4. manifeste coargui; quum ex eo loco satis appareat, *peninim* non esse nomen generale, ut *gemmas*, sed certam aliquam sive gemmarum, sive alterius rei pretiosæ speciem, eam-que coloris rubicundi, significare. *margaritæ* autem, itidem ac ebur, non rubore, sed candore censentur; omnibusque constat, qui margaritas noverunt, vera esse illa Plinii (lib. 9. cap. 35.) *Dos margaritarum omnis in candore, magnitudine, levore, &c.* Itaque poetæ nostri & ipsas non rarò designant periphrasi ab hac præcipue dote petita, ut Seneca in Hippolyto,

Cervix monili vacua, nec niveus lapis
Diducat aures, Indici donum maris.

Et alias res, candore conspicuas, iis comparare solent, ut ecce Silius 12. Punicorum,

Quale micat, semper-que novum est, quod Tyburis aura
Pascit ebur, vel qui miro candoris honore
Lucet in aure lapis, rubris advectus ab Indis.

Et Martialis (lib. 8. epig. 27.)

Lilia tu vincis, nec adhuc delapsa ligustra,
Et Tiburtino monte quod albet ebur.

Spartanus

Spartanus tibi cedit olor, Paphiaque columba :
Cedet Erythræis eruta gemma vadis.

Verum quidem est, si conchæ mari non satis mersæ, solem ac radios liberius admiserint, rubescere margaritas, sed rubore haudquaquam insigni aut florido, & qui in vitio deputetur, ipsisque gratiam ac pretium demat ; æque ac flavedo, quæ senescentibus in concha obrepit, aut pallor, qui candori per indiligentiam aut ætatem expiranti succedit. Nisi igitur doceri possit (quod doceri non posse, certus sum) *rubrum* colorem de quovis colore splendido usurpari ab Hebræis, quomodo *purpureum* usurpant poetæ Latini (qui *lumen purpureum*, *nivem purpuream*, ac *cygnos purpureos* dicere non verentur) *peninim* nequit significare *margaritas*, quum in margaritis candor præcellat ; hic autem è Threnis locus planum faciat, rubrum colorem in *peninim* eminere.

5. Itaque Pagninus, qui omnibus aliis in locis *peninim* vertit *margaritas*, hic transtulit *gemmas* : in quo eum imitati sunt etiam Marinus & Mariana. & Syrus, qui alibi generali *gemmarum* nomine in hujus vocis interpretatione semper utitur, hujus loci evidentia adactus transtulit *Sardam* sive *Sardium* quæ gemma inter rubras à Theophrasto & Plinio collocatur. Idemque Pagninus in Dictionario ita hanc vocem explicat : *Peninim*, *lapides pretiosi*, *gemma rubea*, *forsitan qui vocantur rubini.* ac deinde adductis omnibus locis, in quibus hæc vox occurrit, nusquam *margaritas*, sed alibi quidem *gemmas*, alibi *gemmas rubeas* interpretatur, ob hujus præcipue loci, ut credere par est, autoritatem. quanquam sane mirum est, dictionarium ipsius ab ejusdem translatione tantopere discordare, ut quod hic, præterquam uno loco, margaritas semper transtulit, id illic ne semel quidem ita transtulerit.

6. Ariam verò & Tigurinos, qui in hoc ipso quoque Threnorum loco *peninim* verterunt *Margaritas*, omnis plane ratio fugit : quum absurdissimum sit, ad exprimendum vegetum ac præsignem alicuius rei ruborem, eam dicere rubicundiorem ea re, quæ candorem summum, ruboris nihil habet. Quod enim Paulus Venetus refert, in Sipangria, Indiæ insula, margaritas rubras provenire, easque maximâ copiâ, ingentes & exactæ rotunditatis, quare iis in regionibus tanto sint in pretio, ut candidis longe præferantur ; quodque recentior author scribit, se apud certam in Gallia Ducissam vidisse septem perlas rubras, insigni nitore præditas : hæc nihil eos juvant. Siquidem rubri illi uniones per totum Orbem, extra unum illum Indiæ angulum, in quo reperiuntur, omni ævo quàm rarissime & quàm paucissimi visi fuerunt : ut non minus ineptum propterea fuerit, uniones in rubedinis exemplar adhibere, quàm

quàm siquis apud nos rem insigniter candidam corvo comparet, quia alicubi in remotis terris albi corvi inveniuntur.

7. Omnibus igitur Interpretibus præferendus hic est Tremellius, qui cum ex aliis quidem locis videret ***peninim*** rem esse pretiosam, ex Threnis verò colligeret, eam esse coloris rubri, indeque colligens, gemmam aliquam rubram hoc nomine designari; ***carbunculos*** (quod gemmæ genus & pretiosissimum est, & rubrum) est interpretatus, non in Threnis modo, sed & in cæteris locis omnibus, ubi hæc vox invenitur, quod ejus exemplo fecit etiam Piscator, Anglica nova, & Belgica Editio. Sed quamvis horum judicium & constantia super cæteros laudari meretur, impetrare tamen à me non possum, ut huic translationi subscribam: idque ob eam causam, quod rubor ille sanguineus, qui pulcrorum hominum labia ac malas pingit (de tali rubore hic loquitur Jeremias) non potest apte comparari cum rubore carbunculi, qui longe alterius generis, igneusque ac flammeus, à sanguinis colore, ac floru lento illo formosarum facierum pigmento distat quamplurimum. Et ob eandem causam rejicimus quoque Syri interpretamentum; quia ***Sardii*** quoque rubedo nimis diversa est ab ea, de qua hic agitur. & præterea peculiare est contra ***sardium*** sive ***sardam*** argumentũ; quod vix venire potest in censum rerum pretiosissimarum (inter quas ***peninim*** numerari clarum est) gemma vulgaris (ita eam Plinius vocat, lib. 37. cap. 7.) imò ***lapis, qui marmori quidem præstat, inter gemmas verò vilissimus ducitur***, quæ sunt ipsa Solini verba, capite Operis vigesimo.

8. Istis itaque interpretationibus rejectis, nos putamus ***peninim*** significare ***corallia***; id quod & ante nos senserunt nonnulli, referente Reuchlino, in Dictionario, ubi quum locum illum è Lam. 4. sic interpretatus esset, ***Rutilant specie plus quàm gemmæ***, hæc subjungit, ***Intelligunt alii sic; plus quam corallii***. Lutherus quoque hoc in loco ***peninim*** vertit ***corallia***: quum tamen cæteris omnibus in locis ***Margaritas*** reddiderit, qua in re secutus ipsum est, ut passim solet, Osiander. & Steuchus quoque, ad Jobi 28. 18. dicit פנינים significare ***margaritas aut corallia***. Sane coralliorum mentionem Thren. 4. esse aptissimam, & colorem coralliorum rubrorum (namque & alba, & nigra, & ex nigro viridantia interdum reperiuntur) quam proxime ad sanguineum accedere; ac propterea eam rubedinem, quæ in ætatis ac formæ flore elucet, convenientissime cum iis comparari: res est certa ac manifesta.

9. Sed & jure optimo inter res valde pretiosas id recenseri, æque certum est: quum & hodieque, in tanta rerum omnis generis pretiosissimarum

ſiſſimarum abundantia, in ſatis magna ſit autoritate; & olim in majore etiamnum fuerit. Itaque Baſilius, de eo verba faciens (in Hexam. orat. 6.) id facit cum hac *pretioſi* appellatione, velut peculiariter ipſi debita, ὁ πολύτιμος λίθος, τὸ κουράλιον: & Dionyſius Periegetes ſcribit, Arianis (genti in extrema Aſia ac prope Indiam poſitæ) quanquam ſterilis admodum regionis & profundo ſabulo oppletæ incolis, abunde tamen de victu atque opibus proſpectum, quia Curalium & Sapphirum ex arenis ſuis effodiant:

Ἀλλ' ἔμπης ζωῆς σφιν ἐπάρκιοί εἰσι κέλευθοι.
Ἄλλον γάρ σφισιν ὄλβον ἀκήρατον αἶα κομίζει.
Πάντη γὰρ λίθος ἐστὶν ἐρυθροῦ κουραλίοιο·
Πάντη δ' ἐν πέτρῃσιν ὑπὸ φλέβες ὠδίνουσι
Χρυσείης κυανῆς τε καλὴν πλάκα σαπφειροῖο.

terram incolentes minime amabilem, ſed tenui arena oppletam, dumiſque horridam, attamen ſufficientes habent vitæ ſuſtentandæ rationes, quum alias opes valde amplas terra ipſis ferat. Paſſim enim lapis eſt rubri coralli, paſſimque ſubtus in rupibus venæ pariunt pulcrum lapidem aureæ cæruleaque ſapphiri. Mihi quidem dubium non eſt, quin hæc narratio ſit fictitia ac fabuloſa. ex ea tamen non minus, quàm ſi vera eſſet, conficitur; quo tempore iſta ſcribebantur, corallium inter res valde pretioſas habitum fuiſſe. Ejus autem rei cauſa erat, *quòd multa inde geſtamina* (Solinus ait cap. 8.) *excudebantur*; idque non pro plebe, ſed pro ditioribus, præſertim fœminis, quæ id in delitiis ac præcipuo ornatu habebant; quod vel Lucianus nos docuerit: qui initio tractatus περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, ita ſcribit, Παρέχειν ἑαυτὸν ἕλκεσθαι καὶ φέρεσθαι, καθάπερ ὑπὸ κλοιῷ τινι χρυσῷ τὸν αὐχένα δεθέντα, οἷά ἐστι τῶν τρυφώντων πλουσίων τὰ στρεπτὰ, καὶ τὰ κουράλια, *præbere ſeipſum trahendum ac raptandum, acſi collum revinctum haberet aureo quodam collari, qualia ſunt delicatorum divitum monilia & corallia* [i. e. *monilia è corallio facta.*] Virgilius quoque in poematio, quod Cirin inſcripſit, Niſi regis filiam inducens dicentem, ſe præ ſuo in Minoëm amore omnia alia, & regales ac fortunæ ſuæ convenientes delicias ſprevisse, in exemplum ornamentorum ab ipſa ſpretorum curalium & electrum ab ea nominari facit.

10. Sed utut ſit de Occidente, & ſiquis contendat, his teſtimoniis doceri quidem, corallium ibi in pretio fuiſſe, non tamen inter pretioſiſſima habitum: de Oriente tamen res eſt plana, vel ex ſolo Plinio, qui libri 32. cap 2. ſcribit ita: *Quantum apud nos Indicis margaritis pretium eſt, tantum apud Indos in coralio: namque iſta perſuaſione gentium conſtant.*

stant. & rursus, *Autoritas baccarum ejus non minus Indorum viris quoque pretiosa est, quàm fœminis nostris uniones Indici.* unde porro factum ait, *ut perquam raro cerneretur in suo orbe*, id est, in Europa (in cujus maribus, Siculo, Ligustico, Gallico præcipue inveniebatur, sicut etiamnum hodie indidem quæritur) quum antea, & priusquam notesceret tam vendibilem hanc esse apud illos populos mercem, Galli gladios, scuta, galeas eo adornarent. Nihil autem impedit, quod de una Orientis gente Plinius narrat, id de aliis quoque ejusdem plagæ populis suspicari. Et hanc ipsorum de coralio persuasionem, & quod tanti id fecerint, minus mirari convenit; quia id expetebant non ob ornamentum tantùm & decorem (quem tamen egregium præstat gestantibus) sed & quia id pro certissimo habebant amuleto, vimque valde salutarem ipsi inesse credebant. Plinius de Indis: *Aruspices eorum vatesque inprimis religiosum id gestamen amoliendis periculis arbitrantur. itaque & decore & religione gaudent.* & sane nec Europæos quidem intactos fuisse hac opinione, testis est idem autor, qui jam non ex Indorum mente, sed veluti vulgatam rem prodit, *surculos eorum infantibus alligatos, credi habere tutelam:* quæ persuasio ad nostra usque tempora descendit; in quibus videmus passim infantibus coralium, tali quadam religione, gestandum appendi. Quum igitur Coraliorum mentio isti Jeremiæ loco apprime quadret, quumque res sit hodie quoque satis pretiosa; olim verò pretiosior, imò in Oriente pretiosissima fuerit: hisce nos adducimur, ut credamus, *peninim* nihil aliud quàm *curalium* significare.

CAP. IV.

Peculiaris Hebræorum phrasis, negativam *construendi cum* substantivo; *recte perspecta à plerisque Interpretibus in aliquot locis.* 2. *Esaiæ* 55. 2. *hanc phrasin parum assecuti sunt aut expresserunt major Interpretum part.* 3. *Latinis inusitatum hoc loquendi genus. Interdum in Latina pariter ac Hebræa lingua* substantivo *præponitur* negativa, *quæ tamen non cum ipso, sed cum verbo cohæret.* 4. *Græci substantivis præponunt quidem* negativam, *sed non eodem modo ac Hebræi. Deut.* 32. 17. לשדים לא אלוה *quomodo accipiendum.* 5. *Alia Græcorum phrasis, isti Hebraicæ respondens, poetis præsertim familiaris; qua* substantivis *jungunt* adjectiva, *composita ex ipsis &* alpha steretico. 6. *Alii duo usus, à præcedenti aliquantum differentes, cui istam phrasin adhibent Græci.* 7. *Varia Hebræorum locutiones, ubi*

ubi לא *substantivis præpositum, non tamen efficit phrasin illam superius declaratam.*

SOlent interdum Hebræi *nominibus substantivis* conjungere ac præponere *voculam negativam*, in rebus nimirum ψευδωνύμοις, quæ nomini suo non respondent, eo-que sunt indignæ. Ita Idola seu Dii falsi vocantur plus semel לא אלהים *non-Dii*, ut Jerem. 5. 7. וישבעו בלא אלהים *jurantque per non-Deos.* & 2. Paral. 13. 9. והיה כהן ללא אלהים *fit sacerdos non-Deorum.* Eadem phrasi Amosi 6. 13. dicitur, השמחים ללא דבר *qui lætantur in non-re :* & Esa. 55. 2. למה תשקלו כסף בלא לחם *quare erogatis pecuniam in non-panem ?* Quum autem Græcis Latinisque insolitum sit hoc loquendi genus, circumlocutione utendum est in istorum locorum interpretatione ; quod Jerem. 5. & 2 Paral. 13. magno consensu fecerunt non modo recentiores Interpretes, sed & vetusti. namque Ierem. 5. Græci vertunt ἐν τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς : Syrus, באילין דלא הוו אלהא Hieron. *In his qui non sunt Dii.* Targum autem sensum magis quàm verba exprimens בשום טעותא *per nomen Idolorum.* Eodem verò modo, ac Hieronymus reliqui-que veteres, hunc locum vertunt etiam Recentiores omnes, quos vidimus, præter Munsterum, Oecol. Calv & Castalionem, quorum primus paulo aliter, *per Deos qui non sunt* (quod tamen fere eódem redit cum altera interpretatione) reliqui verò κατὰ πόδα, Oecol. & Calvin. *in non Deo jurant :* Cast. *per non Deos jurant :* quomodo idem Castal. etiam vertit, 2 Paral. 13. *sacerdos fit non Deorum* ; quod eo magis mirum in eo, quum elegantiarum & latinitatis in translatione sua tantam ubique, & nimiam persæpe, curam habeat : hæc autem locutio à latinitate plane abhorreat. Melius igitur reliqui Interpretes fecerunt, periphrasin adhibendo, uti Ierem. 5. ita in altero quoque hoc loco, 2. Paral. 13. ubi Græci, τῶν μὴ ὄντων θεῶν· Hieron. *eorum qui non sunt Dii* ; quomodo etiam verterunt Pagninus, Munsterus, Tigurini, Tremellius, reliqui-que omnes. Sed & Amosi sexto major Interpretum pars recte verterunt ; Syrus, על לא מדם *super nihilo :* Chaldæus, ללא מדעם *ad nihilum :* Hier. *in nihili :* Munst. Calv. Osia. ac Drusius, *in re nihili* (quomodo etiam Oecol. in comm. vertit, *in rebus nihili* ; quum in ipso textu aliquanto laxius, sed probe & eleganter, verterit *in rebus vanis :*) Merc. ac Trem. *de nihilo :* similiterque Lutherus, Galli, Angli, Diodatus, Valera, & Belgica : melius quàm Castalio & Stephanus, qui vertunt, *abs re* : & quàm Pagn. ac Tigur. qui utrique ad verbum verterunt,

terunt, ille quidem, *in non aliquid*; hi verò, *in non re.* Græci autem interpretationem bonam corruperunt vocabuli superflui additione, ἐπ' οὐδενὶ λόγῳ, cui alterum adhuc vocabulum addunt nonnullæ editiones, ἐπ' οὐδενὶ λόγῳ ἀγαθῷ, quod tamen Romana non agnoscit. quodsi illis placebat laxior hæc periphrasis, melius vertissent, ἐπὶ χρήματι τὸ μηδὲν ὂν: pressius autem ac simplicius, ἐπὶ τῷ μηδενί.

2. Sed pejus etiamnum se gesserunt Græci Esa 55. quippe verba illa בלא לחם in totum præterierunt; ac interpretamentum illud, quod in vulgatis editionibus habetur, ἐν οὐκ ἄρτοις, sumptum est de Theodotione, qui ut alibi, ita in hoc loco, verbis nimis scrupulose adhæsit: quod & fecerunt Hieron. Pagn. & Olea. qui verterunt, *Quare appenditis argentum non in panibus* (Pagn. & Olea. *in non pane*) quæ interpretatio præterquam quod in eo peccat, de quo hic agimus, ac Hebraici textus vim parum exprimit (præsertim Hieronymiana) etiam aliunde valde horrida est. namque ut nihil de eo dicamus, quòd *appendere* dixit pro *expendere* aut *erogari*; phrasis illa, *appendere argentum in panibus*, Latinis auribus est intolerabilis. Ast neque Targum aut Syrus hic satisfaciunt, quorum in hoc est, דלא ללחמא *non in panem*; in illo autem בלא למיכל, *non ad vescendum*: quum vertere debuerint בדלא לחמא, בדי לא למיכל. Etiam Recentiorum plerique parum recte verterunt: Castalio (valde quidem laxe ille) *Ita pecuniam impenditis, ut tamen victus non comparetur*: Munsterus ac Calvinus (quos sequitur Anglica Vetus, ac Valera) *non pro panibus, non in panem*; quæ interpretatio ad Hieronymianam proximè accedit. Forerius, *sine pane*: Lutherus, *ubi non est panis*: Oecol. & Musc. (reliquis omnibus magis κατὰ λέξιν) *in non panem, pro non pane*: Tremel. *pro nullo cibo*: Gallica vetus, *sans avoir du pain, ita ut non habeatis panem.* Genevenses autem, qui transferunt, *pour ce qui ne nourrit point, pro eo quod non nutrit*, sensum loci satis commode exprimentes, proxime absunt à vera interpretatione; quam exhibent Tigurini, *cur expenditis pecuniam pro eo quod cibus non est*: eodemque modo Piscator, Anglica nova, Diodatus, & Belgica, nisi quod hi omnes pro *cibo panem* verterunt, quod & aptius hic videtur; quum alioquin Hebraica dictio utrumque denotet.

3. Quòd autem Græcis pariter ac Latinis inusitatam dicimus hanc phrasin, proptereaque rejicimus interpretationes illas, quæ locos istos ita presse ad verbum exprimunt, id facimus non sine causa; quippe qui phrasin hanc in nullo adhuc probato utriusvis linguæ autore potuimus deprehendere. Namque in illo Quintiliani loco (lib. 8. cap. 6.) *Quæ singula*

singula persequi minoris est curæ, etiam non Oratorem instituentibus, uti & in isto Ovidii,

Bella-que non puero tractat agenda puer.

Lib. 1. de Arte; istoque Aristophanis, in Pluto, ἀιτῶσιν ἐκ ἀργύριον ὁι χρηστοί: ubi prima fronte videri potest negatio cum nomine cohærere, nihil impedit, quin eam cum verbo construamus; quum & in Scriptura ejusmodi trajectio occurrat, ut Numb. 16. 29. לא יהוה שלחני quod omnino idem est, acsi scriptum foret, יהוה לא שלחני quare etiam Hieronymus vertit, *non misit me Dominus*: quomodo etiam illud Nehem. 6. 12. והנה לא אלהים שלחו, recte transtulit, *quod Deus non misisset eum*: neque minus istud 1 Sam. 6. 9. לא ידו נגעה בנו *nequaquam manus ejus tetigit nos*.

4. Apud Græcos autem *nominibus* quidem *verbalibus*, ut vocant, negativa interdum præponitur (quod ipsum apud Latinos vix invenias) ut apud Dionysium Halic. lib. 10. Antiq. Rom. καταφρονήσαντες Ῥωμαίων ἀικαιοὶ τῆς ὀ προεπιχειρήσεως, *Æqui contemnentes Romanos, quia ipsos non erant adorti priores*: Lucian. lib. 1. ἀληθ. ἱστορ. Αἰτία δὲ τοῦ πολέμου ἔμελλεν ἔσεσθαι, τοῦ φόρου ἡ ἐκ ἀπόδοσις. *causa belli esse debebat non [facta] pensitatio tributi*: Thucid. lib. 5. κατὰ τὴν ἐκ ἐξουσίαν τῆς ἀγωνίσεως *propter non [concessam] licentiam experiundi certaminis*: itemque lib. 1. τὴν προάγγελσιν τῆς ἀναχωρήσεως, καὶ τὴν τῶν γεφυρῶν ὀ διάλυσιν, *ob antegressam discessus significationem, neque [effectam] pontium dissolutionem*, διὰ τὴν τῶν σφαγέων ὀ τιμωρίαν, *ob percussores non punitos*, Dio lib. 45. ast in nominibus rem aliquam subsistentem sive substantiam denotantibus id facere nequaquam solent. Namque illud Athenæi lib. 12. ὁι Συβαρῖται ἔχαιρον τοῖς μελιταίοις κυνιδίοις, καὶ ἀνθρώποις ἐκ ἀνθρώποις, *Sybaritæ delectabantur catellis melitæis, & hominibus non hominibus* (de nanis hæc loquitur) uti & istud Euripidis in Oreste, Ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος, ἰσχύων θράσει, Ἀργεῖος ἐκ Ἀργεῖος, *vir quidam effrenati oris, audacia excellens, Argivus non Argivus* (nomina hæc gentilitia, itidem ac *Patronymica*, in substantivorum potius quàm adjectivorum classem sunt referenda) itemque alterum ejusdem in trag. Helena, τέρας ὀ τέρας, *monstrum non monstrum*; ac rursus in Hecuba, γάμος ὀ γάμος, ἀλλ' ἀλάστορός τις οἰζύς, *nuptiæ non nuptiæ, sed inflicta à furiis calamitas*, uti & hoc Sophoclis, in Oedipode tyranno, γυναῖκά τ' ὀ γυναῖκα (quod dictum de Jocasta, filio Oedipo nupta, interpretantur, *uxorem infelicem*; non recte, quum potius interpretandum sit ad verbum, *uxorem non uxorem*, i.e. uxoris nomine minime appellandam) hæc, inquam, omnia, quanquam aliquantulum ad istam Hebræorum

phrasin accedunt, eandemque fere vim habent, haudquaquam tamen directò ad eam pertinent, quum ἄνθρωπος οὐκ ἄνθρωπος & Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος dicantur alio modo quàm si simpliciter dicas, οὐκ ἄνθρωπος, & οὐκ Ἀργεῖος. Magis hæ locutiones conveniunt cum eo, quod habetur Deut. 32.17. יזבחו לשדים לא אלוה, quem locum plerique omnes Interpretes, quà veteres, quà recentiores, ita accipiunt, ut *lamed* ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetant ante אלוה, exponantque, *Dæmonibus, non Deo*; sive, *Dæmonibus, & non Deo*; quum tamen potior sit Abenesræ sententia, ita hunc locum explicantis, לשדים שאינם אלהים *Dæmonibus, qui non sunt Dii*, uti & Syrus vertit, לשאדא דלא הוו אלהא quomodo-que & Genevenses, soli inter recentiores, verterunt, *aux Diables, qui ne sont point Dieu*. Chaldæus autem, qui vertit, לשידין דלית בהון צרוך, *Dæmonibus, qui nullius sunt pretii*, sensum potius quàm verba respexit. Quanquam autem Græca illa phrasis non est eadem cum Hebraica, de qua hic agimus; vim tamen habet candem, ut diximus: ac proinde illa לא לחם, לא אלהים לא דבר, commode ac efficaciter sic interpreteris, θεοὶ οὐ θεοί, ἄρτος οὐκ ἄρτος, χρῆμα οὐ χρῆμα.

5. Habent verò & aliam adhuc Poetæ Græci, præsertim Tragici, ejusdem locutionis formulam: quippe *nomini substantivo* jungunt *adjectivum* compositum ex ipso & *alpha privativo*. Sophocles Electrâ, μαίνεται δ' ὑφ' ἡδονῆς μήτηρ ἀμήτωρ, ubi μήτηρ ἀμήτωρ plane idem est, acsi dixisset, μήτηρ οὐ μήτηρ, quomodo & Interpres id transtulit, *insanit præ voluptate* [ob acceptum de interitu filii Orestis nuntium] *mater non mater*. Idem Philoctete, πάντων ἐν νόσῳ ὕπνος ἄϋπνος, *omnium ægrorum somnus non somnus*. Rursus idem in Ajace, verbis vulgatissimis, ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, quod fideliter vertit Joach. Camerarius, *Hostium non dona sunt dona*: quo pacto in Adagiis quoque transtulit Erasmus, *Hostium non munera munera*: qui tamen melius fecissent, si immutato verborum ordine, *dona non dona, munera non munera*, dixissent. Plato etiam alicubi ita locutus est: Πᾶσα γὰρ δὴ πόλις, ἄπολις ἂν γίγνοιτο, ἐν ᾗ δικαστήρια μὴ ἔστι καθεστῶτα κατὰ τρόπον, *fieri non potest, quin omnis urbs non-urbs fiat* [i. e. pessum eat] *in qua judicia non sunt recte constituta*.

6. Utuntur tamen hac phrasi non semper eodem modo, sed ad duos adhuc alios usus eam adhibere solent. etenim & quum rem miseram ac infelicem, & quum nefariam ac turpem volunt significare, eandem phrasin usurpant. Prioris modi exemplum habemus in Euripidis Hippolyto,

Δάκρυσι διέλθω πότμον ἄθλιον.
Lacrymis transigam sortem infelicem.

Et in Supplicibus,

Δεσμὸν ἄθλιον τόνδ' ἔχουσα φυλλάδος,
Habens infelicia hæc e frondibus vincula.

Loquitur de frondibus, quibus supplices non tantum manus onerare, sed & capita revincire ac coronare solebant, quod ex multis istius fabulæ locis clarum, liquet etiam ex his Sophoclis versibus, in initio Oedipi Tyranni,

Τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε,
Ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι;
Quare has insidetis sedes,
Supplicibus ramis coronati?

Rursus in Hecuba,

Ὡς παῖδα λαβοῦσα τοῖς πανυστάτοις ἐμὴν,
Νύμφην ἄνυμφον, παρθένον τ' ἀπάρθενον
Λούσω, ———
Ut novissimo lavacro filiam meam,
Sponsam miseram ac virginem infelicem,
Abluam. ———

Ita interpretandus hic locus, non quomodo istius tragœdiæ Interpres pessime vertit, *sponsam sine sponso, virginemq; non virginem*. sermo est de Polyxena, ad Achillis tumulum mactata eo prætextu, quòd ab heroe jam defuncto in matrimonium postulata fuerat. Huc pertinet istud Pausaniæ lib. 6. Ταύτας τὰς ὀλυμπιάδας, ἀνολυμπιάδας οἱ Ἠλεῖοι καλοῦντες, οὐ σφᾶς ἐν καταλόγῳ τῶν ὀλυμπιάδων γράφουσι: *Has Olympiadas Græci vocant infaustas, neq; Olympiadum catalogo ascribunt.* Alterius modi hæc sunt exempla, ἰὼ τάλαινα Τροία, δι' ἔργ' ἄνεργ' ὄλλυσαι, *ah misera Troja, ob acta impia peris*, Eurip. Helenâ. Idem in Heracl. ἀπόλεμον, ὦ παῖ, πόλεμον ἐστεύσατε τέκνοις, *bellum nefandum.* & rursus in Helena, ἄγαμος γάμος, *conjugium nefarium*, αἰσχροὶ γάμοι, quomodo ab ipso Poeta mox exponitur & quomodo à Sophocle etiam, in Oedipo tyranno, eadem phrasis usurpatur. Sed pro priori modo magis frequens est in hac locutione adjectivorum usus, quæ ex δυσ & substantivo componuntur, ut νόστος δύσνοστος, δαίμων δυσδαίμων, νυμφίος δύσνυμφος, aliaque ad eundem modum permulta.

7. Quodsi negativæ præponatur *vau*, tunc alius efficitur sensus, atque ab hujus phraseos genio alienus. Exempli gratia, Esa. 29. 9. שכרו ולא יין, *inebriati sunt, idq; non vino*; non ita hæc accipi debent, acsi *negativa* cum *substantivo* cohæreret, sed potius est *ellipsis*, q.d.

inebriati

inebriati sunt, sed non inebriati sunt vino, verùm alia re multum à vino diversa. Nihilo-que magis huc pertinet, ea, ubi *substantivo* ita præponitur *negativa,* ut vim habeat τοῦ בלא, *sine, absq;*, ut לא בנים ἄπαις, *sine liberis, illiberis,* 1 Paral. 2. 32. ארץ לא איש *terram hominibus carentem*, Jobi 38. 26. videantur plura talia exempla Jobi 26. vers. 2. & 3. itemque 2 Paral. 15. 3. Sed & alia adhuc sunt, quæ præ se ferunt speciem istius phraseos, quum tamen revera ad eam non pertineant, ut Iobi 15. 32. בלא יומו המלא *non die suo absumetur.* & 1 Parl. 12. 17. בלא חמס בכפי *quum non iniquitas in manibus meis:* in quibus locis etiamsi *substantivo* præponitur *negativa,* non tamen cum eo cohæret; quandoquidem verus eorum sensus est, *absumetur die* [seu, *tempore*] *non suo: quum non sit in manibus meis iniquitas.* Illud quoque Esaiæ 31. 8. ונפל אשור בחרב לא איש וחרב לא אדם תאכלנו non alium habet sensum, quàm si scriptum esset, *cadet gladio, non tamen gladio viri; absumet eum gladius, non tamen gladius hominis:* quomodo fere hunc locum transtulerunt Græci, Πεσεῖται Ἀσσὺρ οὐ μαχαίρᾳ ἀνδρὸς, οὐδὲ μάχαιρα ἀνθρώπου καταφάγεται αὐτόν.

CAP. V.

In interpretando Deuter. 32. 5. multa peccaverunt Græci, qui & Syrum ac Chaldæum traxerunt in errorem. 2. *Vera Hebraici textus lectio firmatur testimonio Masoræ, Aquilæ, Symmachi, Hieronymi.* 3. *Variæ recentiorum interpretationes hujus loci.* 4. *Vera ejusdem expositio.* 5. *Quare Israelitas Moses vocet* non-filios. 6. Quid *sit* בנים כחשים *apud Esaiam cap. 30. versu nono.* 7. לא בנים *recte posse transferri* ἀνυιοὺς. 8. *Paraphrastica interpretatio hujus loci è Deut. 32. Calvini nobiscum consensus in hujus loci expositione.*

QUæ de *negativæ* cum *substantivo* constructione diximus superiori capite, nonnihil conducent ad meliorem intellectum istius loci Mosis Deut. 32. 5. שחת לו לא בניו מומם דור עקש ופתלתל quem locum ita verterunt Græci, ἡμάρτοσαν οὐκ αὐτῷ τέκνα μωμητά, &c. *peccaverunt non ipsi* [seu, *in ipsum*] *liberi vituperabiles;* quæ interpretatio mirifica est, talisque, acsi omnia alia in textu Hebræo legissent. Nam pro שחת videntur legisse חטא vel חטאו: quanquam fieri potest ut ipsum שחת per ἁμαρτάνειν, interpretandum

dum sibi duxerint, nimirum id accipiendo ***neutraliter***, quo pacto significat ***se corrumpere***, vel, ***corrupte agere***; inter quæ, & ***peccare***, non est magnum discrimen, & tam potuerunt hic transferre hoc verbum per ἁμαρτάνω, quàm alibi id transtulerunt per ἀνομέω, id quod fecerunt plus semel. & quanquam reposuerunt plurale, non tamen necesse est putemus eos verbum hebraicum itidem in plurali legisse; quum potuerint existimare, eam constructionis ***anomaliam*** hic subesse, qua & alibi persæpe verbum ac nomen in diverso numero conjunguntur. Sed utut hoc sit, de cæteris certum est, ea à verbis hebraicis plurimum abire, nulloque modo stare posse hanc interpretationem, nisi pro לו לא ordine inverso legeretur לא לו, & pro בניו מומם dempta ab utroque vocabulo una in fine litera בני מום. Syrus tamen, nisi quod in vertendo primo vocabulo propriam retinuit significationem, interpretationis Græcæ vestigiis absolute insistit חבלו ולא לה בניא דמומא, ***corruperunt*** [Gregorius Syrus dicit subintelligendum, נפשהון *seipsos*] ***& non ipsum, filii vituperabiles*** [vel, ***culpabiles***] Et Chaldæus quoque eodem modo (nisi quod addidit eam vocem, quam Gregorius dicit subintelligi, & postremum vocabulum *periphrastice* extulit) חבילו להון ולא ליה בניא דפלחו לטעותא ***corruperunt sese, & non ipsum, filii idololatræ*** [seu, ***qui coluerunt idola***] Etiam Arabs, qui posteriora duo verba aliter quàm illi, atque exacte ad Hebraicum expressit (ita tamen ut sensum parum cohærentem reddiderit) in priori membro istis consentit, פסדוא להם וליס לה אולאדה עיבהם ***corruperunt sese, & non ipsum filii ejus: vitium ipsorum.***

2. Horum tamen interpretum consensus non debet fraudi esse Hebraico textui, quum hæc constantissima sit omnium codicum lectio, firmata etiam à Masora, quæ hic notat, quinquies legi לא לו, & septies לו לא, de quibus septem locis hic unus sit; reliqui autem (quos omnes hic enumerat) isti: ויאמר לו לא תקח, Genes. 28. 1.— ויאמרו לו לא נכחד. Gen. 47. 18.——— תחרא יהיה לו לא יקרע Exod. 28. 32.——— יהיה לו לא יוכל Deut 21. 16. בטוב לו לא תוננו Deut. 23. 16. ויאמרו לו לא לך 2 Paral. 26. 18. Ast quinque illos locos, in quibus legitur לא לו, enumerat Masora ad Prov. 26. 17. & rursus ad Habac. 2. 6. qui ipsi duo loci unum singuli exemplum continent. Aquila quoque & Symmachus eodem prorsus modo hunc locum legerunt, ac à nobis legitur, uti constat ex ipsorum interpretamentis. Aquila enim ita vertit, Διέφθειραν αὐτῷ οὐχ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, ***corruperunt ei non filii ejus***: Symmachus verò sic: διέφθειραν πρὸς αὐτὸν οὐχ υἱοὶ

τὸ σύνολον· *corruperunt erga ipsum non filii omnino.* ubi valde vereor, ne exciderit vocula αὐτῷ. quippe Gregorius Syrus, in notis ad hunc locum, utrumque hoc fragmentum Syriace conversum allegans, eam exhibet; post Aquilæ interpretationem (quam ita proponit, חבלו לה לא הוא בניא דילה) Symmachianam sic repræsentans, חבלו לותה לא הוא בניא דילה, כל כלה. Quid de voce מומם fecerit Aquila, non constat nobis, quum ante eam desinat & græcum fragmentum, & Gregorii allegatio. sed priora omnia eum, uti & Symmachum, exacte ita legisse, ac nos hodieque in codicibus Hebræis legimus, ex iis quæ apposuimus apertissimum est. Symmachus autem pro מומם videtur legisse מאומה, nisi si illius quoque fragmentum decurtatum, atque hujus vocis interpretamentum ab eo exclusum est; ita ut illud σύνολον de suo apposuerit ad faciendam sententiam clariorem: cujusmodi additamenta & alibi fecit ille Interpres, nequaquam ita superstitiosus ac Aquila, sed ad emolliendam orationis scabritiem, & ad majorem ejus lucem, nonnullam subinde usurpans libertatem. Sed utut hoc sit de Symmacho; Masoræ testimonium super hac quoque voce מומם habemus, quippe quæ hic notat, eam hoc tantum in loco, & alibi nusquam extare: quod sanè de מומם verum est, ast de מום (quomodo Græci, aliique eos secuti, legerunt) nequaquam, uti neque de מאומה, quum utraque ista vox in locis quamplurimis inveniatur. Hieronymus videtur legisse מומים, vertit enim, *in sordibus*: reliqua autem ita interpretatus est, ut, quanquam in vertendo verbo שחת Græcos secutus est, Hebraico textui contra ipsos apertè astipuletur: *peccaverunt ei non filii ejus.*

3. Mirari autem non debemus, quòd Græcos, tam longe ab Hebraico recedentes, Syrus ac Chaldæus secuti sint potius quàm ipsum Hebraicum, quum & alibi (quanquam sanè rarius) eos id fecisse deprehendatur, ubi nimirum verba Hebraica sunt intricatiora, & difficiliorem explicationem habentia: cujusmodi ipsis visus fuit hic præsens locus, quem pro tali habuerunt & recentiores Interpretes; inter quos Robertus Stephanus, in notis suis ad translationem Tigurinam, *Difficilis*, inquit, *est locus, propter dictionum ordinem inversum.* Itaque magna est inter ipsos super horum verborum interpretatione dissensio. Namque שחת aliis est *activum*, ii-que לו exponunt *seipsos*; aliis *intransitivum*, iisque לו significat, *erga eum*, vel *contra eum*, scilicet *Deum.* Quidam hic statuunt *anomaliam constructionis* in diversitate *numeri*, conjungentes שחת cum בניו: alii aiunt verborum *trajectionem* hic esse, & שחת cohærere cum דור, ita ut לא בניו con-

connexionem habeat cum דור per figuram *Appositionis*. Quidam inter לא & בניו extrinsecus assumunt verbum substantivum, *non sunt filii ejus*: alii לא בניו dictum accipiunt ea figura, de qua nos superiori capite egimus. Sunt rursus qui לא jungunt cum מומם, & בניו accipiunt in *genitivo*, *culpa eorum non est filiorum ejus*, id est, *non decet filios ejus*. nec desunt, quibus מומם est *ablativus*, partim sic, *corruperunt se propriâ culpâ*; partim verò sic, *non sunt filii ejus suâ ipsorum culpâ*. sunt & qui מומם veluti per parenthesin hic insertum volunt, q.d. *vitium omne est ipsorum proprium, non Dei*. Et ut hæc diversitas melius etiamnum percipiatur, aliquot integras hujus loci interpretationes apponere placet. Pagninus, *Corruperunt se non filii ejus, macula eorum, generatio perversa & prava*. Calvinus, *Corrupit sese illi, non filii ejus* [cætera ut Pag.] Munsterus, *Perverse egit contra eum, non filii ejus maculis suis, sed generatio prava & perversa*. Tigurini, *Perversa hæc & detorta generatio corrupit sibi, non filii ejus in maculis suis*. Stephanus, *Generatio prava & perversa, qui non sunt filii ejus, in ignominiam suam corrupit se illi*. Castalio, *Ab hoc, suo vitio degenerant non dicam filii ejus, sed perdita profligataq; natio*. Tremellius, *Corrupit se generatio contorta & perversa, vitio suo, quod non est filiorum ipsius*. Osian. *Corrupit sibi, non filii ejus, sordibus suis. generatio* [*enim*] *prava* [*est*] *atq; perversa*. Oleast. *Corruperunt illi, non filii ejus, macula eis: generatio perversa & tortuosa*. Piscator, [*Israel verò*] *corrupit* [*se*] *contra illum: non* [*est*] *filiorum ipsius vitium ipsorum: generatio perversa & contorta* [*est*.] Interpretationes vernaculæ fere ad unam aliquam ex his Latinis reduci possunt. Abenesra autem hunc locum sic concipit: שחת לו דור עקש שהם לאבניו וזה מומם, *corrupte egit contra eum generatio prava, qui non sunt filii ejus, idq; est ipsorum vitium*.

4. Harum interpretationum nulla nobis probatur in solidum (in partibus laudamus ipsarum nonnullas) cujus rei rationes afferre supersedebimus; quia interpretatio, quam ipsi afferemus, ita commoda est, verbisque Hebraicis ita apta, ut jure confidamus, facile absque ulla prolixiore demonstratione ab unoquoque æquo Iudice impetratum iri, ut reliquis omnibus anteferatur. Putamus igitur שחת esse *verbum activum*, ac cum מומם, quod sit *nominativi casus*, construendum, & בניו esse *accusativum*, ac regi ab eodem verbo, & לא ipsi cohærere eodem modo, ac superiori capite docuimus *negativum* interdum *substantivis* solere connecti: לו autem esse *dativum expletivum*, cujusmodi dativos verbis tam *activis* quàm *intransitivis* Hebræi frequentissime, non

 quidem

quidem absque singulari emphasi plerumque, apponunt. *affixum* autem in hoc *dativo* ad nomen illud, quod cum verbo construitur (ut semper moris est) nimirum ad מומם, referimus. Hinc igitur exurgit interpretatio hujusmodi: *Non-filios ejus, stirpem hanc pravam & perversam, suum ipsorum vitium corrupit sibi.* Græce autem sic transferatur recte: ἡ ἰδία κακία διέφθειρεν ἑαυτῇ τοὺς αὐτοῦ υἱοὺς οὐχ υἱούς, γενεὰν σκολιὰν καὶ διεστραμμένην.

5. Cur eos vocet *filios non filios*, causa in promtu est. Deus populo suo hunc habet honorem, ut filiorum loco eos ducat, eosque dulci ac favorabili hac filiorum appellatione dignetur; cujus rei exempla & alibi sæpius in Scriptura occurrunt, & in hoc ipso capite, versu 19. Sed quum suis vitiis ac sceleribus hoc se nomine indignos reddiderint, jam non tam בניו quàm לא בניו vocandi sunt; sicuti & alia nomini suo parum respondentia, solent hujusmodi adjectione notari, ut significetur, eis de nomine, quod gerunt, nihil præter solam appellationem adesse. Itaque infra quoque, postquam eos filios vocaverat, statim hæc (veluti corrigendi sui gratia, atque ad ostendendum, quàm parum iis hoc nomen conveniat) subjungit דור תהפכות המה בנים לא אמן בם, *stirps perversissima sunt, filii in quibus nihil est veri*, [i.e. qui nihil de veris filiis habent] ubi illud *banim lo emun bam* plane eundem habet sensum cum hoc nostro *lo banim*: quo pacto etiamnum aliter Esa. 1.4. vocantur בנים משחיתים *filii corrupte agentes*, quæ verba ita circumloquitur Chaldæus, אתאמר להון בנין חביבין וחבילו אורחתהון, *vocati fuerant, filii dilecti; sed corruperunt vias suas*: quasi diceret, *ac proinde jam non amplius filiorum nomine digni sunt.*

6. Et ejusdem Prophetæ cap. 30. vers. 9. בני' כחשים eadem mente dicuntur, quod in commentariis sic exponit R. David Kimchi, הם היו בני אל וכחשו בו שאיננו אביהם כי אינם שומעין אליו כי הבן שאיננו שומע לאביו הרי הוא כאילו הוא מכחש בו שאיננו אביו, *Erant filii Dei, sed negaverunt eum esse patrem suum; utpote non obtemperantes ei. Filius autem patri non obtemperans, perinde est acsi eum abnegaret, patremq; suum esse inficiaretur.* Expositio hæc, à primario verbi כחש significatu petita, non est spernenda: & posterius membrum hujus versus, *filii qui nolunt auscultari legi Domini*, videtur ei *suffragari.* Fortasse tamen melius fecerit, qui in nomine כחשים eam hic statuat significationem, quam verbum כחש habet in illo Hoseæ 9.2. ותירוש יכחש בה. atque in illo Hab. 3.17. כחש מעשה זית in quibus locis Kimchi כחש exponit

per

per תוחלת הכזיב *spem frustrari* seu *fallere*. Ab hoc igitur verbi significatu ducta nominis hujus explicatione בני׳ כחשים interpretandum erit *filii falsi*, qui Dei spem veluti fefellerint, ejusque propositum, quo eos sibi in filios adoptaverat, frustrati sunt, nequitiâ suâ & factis impiis infectum reddendo, quod ille factum voluerat: quamobrem ab hoc ipso Propheta alibi etiam (cap. 57. vers. 4.) ילדי פשע זרעשקר vocantur, quod זרע שקר itidem interpretandum *progenies falsa*, quum harum duarum *radicum* significatio admodum sit affinis; quare etiam Syrus eodem verbo, quo reddere solet כחש, quando fallendi significationem habet, semper utitur ad verbum שקר & שקר interpretandum. & sicuti זרע שקר vertit זרעא דגלא, ita illud בנים כחשים transtulit בניא דגלא, melius quàm Chaldæus & Hieronymus, quorum ille vertit, בניא כדביא, hic verò, *filii mendaces*, quod tantundem valet. Græcorum verò interpretatio, υἱοὶ ψευδεῖς, ambigua est; quum hoc adjectivum Græcis utrumque, & *falsum*, & *mendacem*, significet. Syriacum autem interpretamentum sonare *filii falsi*, apparet è Novo Testamento, ubi ψευδόχριστοι, ψευδαπόστολοι, ψευδοπροφῆται, ψευδάδελφοι, dicuntur, בניא, משיחא דגלא אחא דגלא, שליחא דגלא, דגלא quomodo etiam quam γνῶσιν ψευδώνυμον vocat Apostolus, 1 Timoth. 6. 20. à Syro ידעתא דגלתא, dicitur.

7. Itaque, בנים כחשים non nobis tantum, sed & Interpreti Syro (consentiente etiam Castalione, qui & illud Esa. 57. vertit *progenies falsa*) sunt *filii falsi*, quod eodem redit cum Mosis לא בנים: quandoquidem hebraica ista phrasis, *negativam substantivis* præponens, plane respondet Græcæ illi nominum compositioni, qua substantivis ψευδο præfigitur. & hæc phrasis cum duabus illis supra memoratis in idem recidit: nihilque fere interest, verbi gratia, ψευδαδέλφων dicas, an ἀδελφὸν ἀνάδελφον, an ἀδελφὸν οὐκ ἀδελφόν. hoc tantum intercedit discriminis, quod duæ posteriores phrases sunt ποιητικώτεραι, ac proinde prima in oratione prosaicâ potius fuerint usurpanda. quare etiam recte fecerit, qui Mosis לא בנים verterit ψευδυίους: quod nomen cur minus probari debeat, quàm alia plurima ad eundem modum facta, causa nulla afferri potest. Eodem autem plane modo, quo Israelitæ hic à Mose vocantur לא בניו, Deus eos לא עמי vocat apud Hoseam cap. primo, versu nono.

8. Hæc est nostra sententia super isto Deuteronomii loco, quæ absque eo, ut ulla verbis Hebraicis vis inferatur, sensum parit valde perspicuum & emphaticum: quod magis etiam apparebit, si retentis quidem

quidem iisdem vocabulis, sed mutata paululum orationis facie, *verbum activum* resolvatur in *passivum*, & consequenter *nominativus* in *ablativum* convertatur, hoc modo: *Hi falsi filii, stirps prava & perversa, corrupti sunt suo ipsorum vitio.* quibus verbis docemur, vitiorum ac corruptelarum, quibus scatebant Israelitæ, quibusque à glorioso illo sanctitatis statu ad tantam nequitiam ac improbitatem degeneraverant, ut *populi sancti* & *filiorum Dei* magnificis appellationibus, quibus eos Deus honoraverat, plane indigni essent; propterea que iis amissis potius *gens nequam ac impia*, & *filii falsi* essent dicendi; omnem in ipsis culpam hærere, ac nullam omnino in Deo: quandoquidem ipse in omnibus actionibus operibusque suis integerrimus est, æquusque, verus, justus, rectus, atque ab omni noxa alienissimus: sicuti hæc Moses totidem verbis in eo versu, qui versum hic à nobis explicatum proxime præcedit, de eo prædicaverat. Hanc autem nostram expositionem, qua מומם cum שחת construimus, etiam Calvinus (solus ex omnibus Interpretibus quos vidi) agnovit, eamque non quidem in ipso textu interpretando exhibuit, sed in commentariis attigit atque approbavit, ita scribens, *Additur, id esse factum ipsorum macula. nisi magis placeat legere, corruptos fuisse suis maculis, ut ita macula pro vitio sumatur: quod libenter amplector.* Idem quoque causam, cur Israelitæ *fili non filii*, seu *falsi filii* vocentur, egregie ac nervose exponit, hisce verbis: *Ut temere gloriari desinant, dicuntur non esse filii, quia sunt degeneres, ideo-que divinitus abdicati, ne gradum honoris amplius retineant. hoc sensu Moses negat esse filios Dei, qui Deum patrem abnegaverunt.* Est autem isti Mosis de Israelitis querelæ persimilis hæc Salviani (extremo libro quarto de Gubern. Dei) de Christianis sui temporis, qui itidem filiorum Dei appellatione indignos se reddiderint: *Licet omnes admodum filii membra parentum esse videantur, non putandi tamen sunt membra eorum esse, à quibus cœperint affectu discrepare; quia morum degenerantium pravitate pereunt in talibus beneficia naturæ. Quo fit ut etiam nos, qui nos Christianos esse dicimus, perdamus vim tanti nominis vitio pravitatis. Omnino enim nihil prodest nomen sanctum habere sine moribus: quia vita à professione discordans, abrogat illustris tituli honorem per indignorum actuum vilitatem.*

CAP.

CAP. VI.

Tharsis *Hieronymo significat* mare. 2. *Eadem Chaldæi Paraphrastæ sententia; itemque R. Salomonis, qui tamen non omne mare, sed certum quoddam hoc vocabulo intelligit.* 3. *De* mari *etiam intellexerunt* Tharsis *multi ex Recentioribus Interpretibus; & nonnulli ipsorum, de* Oceano. 4. *Iosephus* Tharsis *exponit de* Tarso & Cilicia. 5. *Istam expositionem multi Interpretes amplexi sunt.* 6. *Aliorum opinio,* Tharsis *esse* Africam *aut* Carthaginem. 7. *Hieronymi rationes, quòd* Tharsis *significet* mare, *refelluntur.* 8. *Et contrarium, quòd certa aliqua urbs, aut regio, eo vocabulo significetur, variis argumentis probatur.* 9. *Nomen* Tharsis *duobus diversis locis, plurimum inter se dis-junctis, in Scriptura tribui; quod nonnulli Interpretes parum animadverterunt.* 10. *Tria indicia, per quæ indagetur, quæ regio aut urbs* Tharsis *fuerit.* 11. *Rationes, ob quas* Tharsis *non potest esse* Tarsus. 12. *Et quare nequeat esse* Cilicia; *aut* Africa, *vel* Carthago.

QUæ regio fuerit *Tharsis*, toties in Scripturis nominata, ac qua in parte terrarum collocata, hoc capite inquirere constituimus, quum diversissimæ super ea sententiæ reperiantur. Prima autem se offert eorum opinio, qui sibi persuaserunt, ne esse quidem regionis nomen omnino, sed mare eo significari. Hoc sensit Hieron. qui בת תרשיש Esa. 23. 10. vertit *filia maris*; & אניות תרשיש Esa. 23. 1. ac 60. 9. *naves maris*; similiterque 1 Reg. 22. 49. עשה אניות תרשיש *fecerat naves in mari.* & ita quoque eum sensisse, ubi Hebraicam vocem *Tharsis* retinuit, ex eo apparet, quod verba illa è Psal. 48. אניות תרשיש quæ ibi vertit *naves Tharsis*, in comm. ad Dan. 10. dicit idem valere ac *naves maris.* & quanquam Jerem. 10. ad illa verba *argentum de Tharsis affertur*, videtur inter hanc suam, alteram-que Josephi expositionem fluctuare, scribens, *Tharsis vel regio Indiæ est, ut vult Josephus, vel certe omne pelagus Tharsis appellatur*, itidemque Esa. 66. *Tharsis linguâ Hebræâ mare appellatur, &, ut aiunt, India regio; licet Josephus literâ commutatâ Tarsum putet nuncupari pro Tharsis urbem Ciliciæ, ad quam Jonas de Joppe fugiens ire cupiebat*: in isto tamen commentariorum Danielis loco fidentius agens, *Ionas*, inquit, *fugere cupebat non in Tarsum Ciliciæ urbem, ut plerique æstimant, literam ponentes pro litera, vel Indiæ regionem, sed absolute in pelagus.* eodemque modo

modo in comm. ad ipsum Jonam, *Hebræi Tarsis mare dici generaliter autumant —non igitur Propheta ad certum fugere cupiebat locum, sed mare ingrediens, quocunq; pergere festinabat.* Ast in comm. ad Esa. 2. 22. longius etiam progrediens, tradit Hebraicâ linguâ mare propriè *Tharsis* vocari; quando autem dicitur *jam* non hebraico sermone appellari, sed Syriaco. & quamquam ibi ex aliorum relatione loquitur, ac memorat duntaxat, quid ab Hebræis acceperit; non obscure tamen suum isti traditioni assensum præbet, quando in fine istius sermonis hæc scribit, *Melius est, Tharsis vel mare, vel pelagus absolute accipere: neque enim Ionas de Ioppe navigans ad Indiam poterat pervenire, ad quam illo mari non potest navigari, sed simpliciter ire in pelagus, & ad quascunque insulas pergere.* quin & causam istius appellationis ac cur mare *Tharsis* dictum sit, in quadam ad Marcellam epistola reddere conatur. quum enim dixisset, *Tharsis lapidem apud Hebræos Chrysolithum esse aut Hyacinthum,* subdit, *ita ipsum etiam mare appellari, quòd ceruleum sit, & sæpe, solis radiis percussum, colorem supradictorum lapidum trahat, & à colore nomen acceperit.*

2. Quod Hebræos facit istius expositionis autores id verè ab ipso dici, satis clare è Chaldæo Paraphraste deprehendere licet, qui plerisque in locis ita hanc vocem reddidit, ut Ezech. 38. 13. כחרי. חגרי ימא & Esa. 23. 1, 14. ac 60. 9. אניות תרשיש, נחתי ספיני ימא תרשיש (*Metonymice* naves de ipsis vectoribus ac nautis intelligens) idemque Ezech. 27. 25. pressius כספיני ימא. & Esa. 23. 6. ac 66. 19. pro תרשיש reposuit למדינת ימא, *in provincias maritimas,* sive *transmarinas,* ac Jerem. 10. 9. מתרשיש, מן ימא: necnon Jonæ primo, אניה, באה תרשיש —— למערק לימא לברוח, תרשיש למיזל עמהון בימא, לבוא עמהם תרשיש —— אלפא דאזלא לימא quibus locis addi etiam potest Esa. 2. 16. ועל כל אניות תרשיש, quod vertit, ועל כל דתבין בניכי ימא *ac super omnes qui habitant in insulis maris:* & Ezech. 27. 12. מן ימא מיתין כחורא תרשיש כחרהך. לגויך, *de mari important tibi merces.* Etiam R. Salomon hanc expositionem amplectitur. quippe ad verba illa Jonæ 1. לברוח תרשיש scribit, ים ששמה תרשיש והוא בחוצה לארץ ואמר אברח לי הים, *Tharsis est nomen certi maris extra Iudæam, per quod ille fugere cogitabat.* & in comm. quoque ad Esa. 2. & Ezech. 27. tantundem scribit, *Tharsis esse certi cujusdam maris appellationem;* quare Hier. ac Ionathani non in totum consentit, qui pro generali vocabulo habuerunt. Etiam LXX. Esa. 2. *Tharsis mare* reddiderunt, ועל כל אניות הרשיש καὶ ἐπὶ πᾶν πλοῖον θαλάσσης.

3. De

3. De Recentioribus etiam nonnulli hanc interpretationem fovent. ut Pagn. Psal. 48. & 72. (namque in reliquis locis ipsum hebraicum vocabulum *Tharsis* retinet) Lutherus, Zuing. Gallicæ Veteris autor, Osiander, Diodatus; itemque Tigurini, qui præterquam Esa. 2. 16. & 23. 1. & 66. 19. Ier. 10. 9. & Ezech. 27. 12, 25. (quibus in locis ipsum *Tharsis* servant) alibi semper de *mari* hoc vocabulum interpretantur, ut 1 Reg. 10. 22. *Classis marina erat Regi — ternis annis semel veniebat classis in mari.* — 1 Reg. 22. 49. *naves quæ per mare veniebant in Ophir.* ——— 2 Par. 9. 21. *Classis regis ibat in mari: ternis annis semel veniebat classis marina.* — 2 Par. 20. 36. *ut pararet naves quæ irent in mari*: & vers. 37. *neque potuerunt venire in mari.* & אניות תרשיש Psal. 48. 8. ac Esa. 60. 9. verterunt *naves marinas*: Esaiæ autem 23. 14. *naves maris.* ast Psal. 72. 10. מלכי תרשיש transtulerunt, *reges mediterranei maris.* Etiam Forerius, quanquam ad Esa. 23. 6. primò valde videtur dubitare de certitudine istius expositionis, quæ *Tharsis* facit *mare*; mox tamen ad versum 10. itemque Esa. 66. eam aperte amplectitur. & Stephanus plus uno loco (ut Esa. 23. 1, 14. Ezech. 27. 12.) huc inclinat, ut per *Tharsis* putet *mare mediterraneum* significari: idemque sibi placere, etiam Moll. ad Psal. 48. ostendit. Similiter Osian. hoc vocabulum intellexit, uti ex notis ejus ad 1 Reg. 10. & 22. 49. ac 2 Par. 20. itidemque Ionæ 1. apparet. Tremellius quoque ac Piscator de hoc numero sunt, ita tamen ut non quodvis mare simpliciter, sed *Oceanum* hac appellatione designari putent; quomodo & interpretantur semper, uno tantum alteroque loco excepto, ubi per *Tharsis* intelligunt Ciliciæ *Tarsum.* & ab ista urbe Oceanum accepisse nomen suum, *quia urbem illam maritimam suis undis alluat, & quia in littore Oceani commodissimo loco sita, celeberrimum habebat portum Tarsus, ita ut inde per Oceanum in varias regiones navigaretur*, Pisc. in notis suis ad Psal. 48. itemque ad Ezech. 27. & Jonæ 1. prodit; secutus nimirum (uti ipse ad Ezech. 27. fatetur) Mercerum, qui in lexico Pagnini scribit, *quòd Tharsis proprie significet Tarsum Ciliciæ metropolim, ita dictam à Tharsis filio Javanis: unde quia illic erat portus totius Orientis celeberrimus, è quo in Africam, Indiam, ac procul dissitas regiones navigabatur factum sit ut mare magnum hoc nomine designatum fuerit*: similia-que etiam Marin. & Schind. asserunt.

4. Sed majori Interpretum parti magis placet, ut *Tharsis* non sit nomen maris, sed certæ urbis aut regionis: in qua tamen assignanda non omnes idem sentiunt. Josephus, affinitate literarum ductus, putavit esse *Tarsum* Ciliciæ, uti apparet lib. 9. Antiq. cap. 11. ubi historiam Ionæ

narrans, ita ait, πλοῖον εὑρὼν καὶ ἐμβὰς εἰς Ταρσὸν ἔπλει τῆς Κιλικίας, *invento ac conscenso navigio, Tarsum Ciliciæ navigabat.* Ast. 1. Antiq. 7. dicit *Tharsis* esse ipsius regionis totiusque *Ciliciæ* nomen, quod postea immutatum, in primaria tamen urbe hæserit. Θάρσος δὲ Θαρσεῖς [ἐκάλεσεν] οὕτως γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ παλαιὸν ἡ Κιλικία· σημεῖον δέ· Ταρσὸς γὰρ παρ' αὐτοῖς τῶν πόλεων ἡ ἀξιολογωτάτη καλεῖται, μητρόπολις οὖσα, τὸ ταῦ πρὸς τὴν κλῆσιν ἀντὶ τοῦ θῆτα μεταβαλλόντων: *Tharsus nomen dedit Tharsensibus. sic enim olim appellabatur Cilicia: cujus rei indicium præbet, quod primaria ipsorum urbs ac metropolis Tarsus vocatur,* theta *in* tau *converso.* quare mirum videri potest, quod Hier. ad Dan. 10. (quem locum initio capitis posuimus) Iosepho tribuit quòd *Indiæ regionem*, aliis verò quòd *Tarsum* fecerint *Tharsis*; quem tamen locum quo minus de mendo suspectum habeamus cum Drusio (lib. 3. Obs. cap. 13.) facit alter consimilis locus in comm. ad Ierem. 10. itidem supra à nobis positus, ubi rursus dicit, quòd Iosephus putaverit *Tharsis* esse *Indiæ regionem*: quum tamen ipse in comm. ad Ionæ 1. agnoscat, quòd Ios. *Tarsum* habuerit pro *Tharsis*. quare aut sibi contradixit Hieron. aut potius utrobique verum dixit, Iosephusque existimavit, duo esse diversa loca, multumque à se dissita, quibus Hebræi nomen *Tharsis*, indiderint: quod tamen ex verbis Hier. ad Ierem. 10. nemo intellexerit, ubi ita loquitur, ut alterum horum tantum ipsi relinquens, alterum aliis attribuat.

5. Porro ad hanc opinionem, quæ *Tharsis* transformat in *Tarsum* multi passim adhæserunt, etiam de numero eorum, qui plerisque in locis aliter hanc vocem interpretantur: sicuti paulo ante vidimus Merc. Trem. Pisc. aliosque, qui per *Tharsis* ubique fere *mare* aut *oceanum* intelligunt, dicere tamen quòd urbs *Tarsus* primariò significetur hoc vocabulo, à qua *mare* nomen suum acceperit: quare etiam Jonæ primo *Tharsis* de *Tarso* Trem. ac Pisc. interpretantur: & Gen. 10. adnotat Trem. *Tharsis fuisse incolam Ciliciæ, ubi Tarsus sita est.* & Montanus, qui alibi semper cum Pagn. vocem hebræam *Tharsis* retinet, Esa. 23. 1. & 6. *Tarsum* vertit. Etiam Chald. Psa. 48. אניות תרשיש transtulit אלפיא דטרסים: & Abensra memorat Jonæ 1. Saadiam *Tharsis* de urbe *Tarso* accipere. Calvinus autem & Cast. itemque Anglicæ Veteris autor, sequentes id quod Jos. 1. Ant. 7. scribit, totius regionis, in quâ sita *Tarsos*, nomen olim *Tharsis* fuisse, ubique *Tharsis Ciliciam* interpretantur; adeo ut hanc expositionem etiam 1 Reg. 10. ac 22. & 2 Par. 9. ac 20. (quibus locis minime omnium quadrabat) Cast. retinuerit. ac Stephanus quoque ad Esa. 23. & Ezech. 27. eò propendet, ut *Tharsis* de *Cilicia* intelligendum putet. & Drus. comm.

ad

ad Ionæ 1. profitetur, se præ aliis omnibus maxime probare sententiam Iosephi, *Tharsis* de *Tarso* ac *Cilicia* exponentis : idemque etiam in notis ad fragm. Esaiæ 2. affirmat. sed & Borrhaus, ad 1 Reg. 10. scribit, *Tharsis esse Ciliciam, quod vetus nomen retinuerit celebris urbs, Ciliciæ Metropolis, Tarsus; à qua urbe mare Tarsicum sit appellatum.* similiterque Mollerus ad Esa. 23. 1. eorum approbat opinionem, qui à Tharsis filio Iavanis Tarsum Ciliciæ conditam existimant, atque inde factum, ut mare Ciliciam alluens dicatur mare Tharsis, quod ibi creberrimæ essent navigationes. postea autem synecdochice totum mare mediterraneum sic dictum, neque id tantum, sed ipsum quoque Oceanum.

6. Alii verò *Tharsis* in contrario potius littore quærendam putant, atque Africam eâ significari volunt. ita sentit Raschi (parum sibi constans, utpote qui alibi fere de *mari mediterraneo* interpretatur, uti supra monuimus) ad Psal. 48. ipsique præivit Chaldæus Paraphrasta (parilis inconstantiæ reus) qui 1 Reg. 22. 49. אניות תרשיש vertit ספינת אפריקא, similiterque Ierem. 10. 9. pro *Tharsis Africam* reddidit. Etiam Munst. in notis ad 1 Reg. 22. & Stephanus ibidem, ac 2 Par. 9. & 20. non alienos se ostendunt ab ea opinione, qua per *Tharsis Africa* intelligitur; ita tamen ut ipsi de ea parte Africæ intelligi velint, quæ ad Oceanum ortui hyberno obversa, regna hodie *Zophala* & *Mozambique* dicta continet : quum alteri illi de Africa ad mare mediterraneum sita potius intellexerint ; sicuti ex eo liquet, quòd Iarchi loco modò dicto populum ejus vocat שביני צור *vicinos Tyri*: quod tamen satis ἀγνωστικῶς dictum est, quum proximus Africæ tractus à Tyro longius absit, quàm ut viciniæ nomine affici possit, nisi si sub Africa etiam Ægyptus comprehendatur, quod non est usitatum. Istis, qui de *Africa* accensent *Tharsis*, accensendi etiam sunt Sept. qui tamen non universam ejus oram, neque magnum aliquem ibi tractum, sed primariam in ea urbem hoc nomine intelligunt, *Carthaginem*, non semper (namque & Hebraicam vocem persæpe retinent, & non rarò de *mari* eam interpretantur, uti supra diximus) sed aliquam multis in locis, ut Esa. 23. 1, 6, 10, 14. Ezech. 27. 12, 25. & 38, 13. Et inter Rabbinos quoque nonnullis hæc opinio placuit, uti constat ex Esraide ad Ionæ cap. 1. ubi scribitur quòd R. Mebaser *Tharsis* exposuerit de *Tune* sive *Tuneto*; quæ urbs non eadem quidem cum Carthagine, sed proxima tamen, atque ex ejus ruinis crevit. Sed & Hieron. sui oblitus, ac Sept. secutus, Ezech. 27. 12. *Tharsis Carthaginem* transtulit : & Mariana passim in scholiis ad Vetus Testam. hanc expositionem, qua per *Tharsis* intelligatur *Carthago* aut *Tunetum*,

tum, approbat. Iarchii quoque verba, paulo ante allegata, de Carthagine accipienda essent, si שכינין *colonos seu coloniam* interpretareris: quod facerem fidentius, si vocabulum istud uspiam alibi eodem sensu usurpatum meminissem.

7. Postquam aliorum de *Tharsis* opiniones commemoravimus, tempus est ut ad nostram de ea sententiam exponendam veniamus. Primo itaque loco minime omnium probabilia dicere eos existimamus, qui *Tharsis* non urbem aliquam aut regionem, sed *mare* significare arbitrantur. sane quæ duo ab Hier. ad stabiliendam hanc expositionem afferuntur, admodum sunt infirma. Primum, (quod è comm. ad Esa. 2. 22 excipitur) est, nisi *Tharsis mare* significet, Hebræos nullum habituros peculiare maris vocabulum, quum ים non ipsorum proprium sit, sed à Syris mutuatitium. hoc autem omni carere probabilitate, Drusius 9. Obs. 12. recte observavit, omnibusque hebraicæ linguæ vel levissime peritis liquidò constat. Alterum argumentum in comm ad Jonam adfert hisce verbis, *Non igitur Propheta ad certum fugere cupiebat locũ, sed mare ingrediens quocunque pergere festinabat. & magis hoc convenit fugitivo & timido, non locum fugæ otiose eligere, sed primam occasionem arripere navigandi.* ad quod nos reponimus, scriptum esse simpliciter, quod Ionas constituerit versus Tharsis abire seu aufugere, nullâ factâ festinationis aut timoris mentione. & si vel maxime properasset ac timuisset, eo tamen tempore, quod itineri ex Iudæa in Ioppen faciendo insumsit, satis otii invenire potuit ad certum profectionis sive fugæ suæ locum eligendum: præsertim cum tale consilium vel horæ momento capi possit.

8. Contrarium autem, & quòd *Tharsis* non *mare*, sed certum aliquem locum denotet, satis convincunt tria illa argumenta à Munstero (qui tamen ipse quoque Psal. 48. in eum lapsus est errorem, ut *Tharsis mare* transferret) ad Ionæ caput; allata (quæ ex eo etiam repetit Oleast. ad Esa. 2) 1. Quòd *Tharsis* adjectum habens *he locale*, ostendat Ionam & nautas ad certum locum contendisse: 2. Quum reliqui filii Iavanis, Geneseos 10. memorati, Cittim, Elisa, Dodanim, locis sive regionibus nomina dederint, consentaneum esse ut frater quoque eorum Tharsis tantundem fecerit, ac certo tractui, quem ipse insedit, appellationem de se reliquerit: 3. Psalmo 72. commemorari Reges Tharsis; non esse autem maris Reges, sed in terris Reges regnare. Hæc tria Munsteri argumenta firmiter satis conficiunt, *Tharsis* non pro *mari*, sed pro certa aliqua regione aut gente esse habendam. id quod planissimum etiam fit ex Ezech. 27. ubi quum sigillatim enumerentur nationes

nationes ac populi, cuibuscum commercia Tyrii exercebant, Tharsis in medio illo catalogo reponitur: sicuti & Esa. 66. 19. ac Ezech. 38. 13. inter alias gentes enumeratur. Quod autem argumentum ex *he locali* depromit Munsterus, id magis etiam confirmatur ex eo, quòd *præpositio* אל eandem vim habens, alicubi ipsi præponitur, 2. Par. 20. 37. ולא עצרו ללכת אל-תרשיש. quodsi Tharsis non locum, quo intenderetur cursus, sed pelagus per quod iretur, significaret, omnino alienus erat harum particularum usus, earumque vice *præpositio beth* adhibenda fuerat.

9. Postquam planum fecimus, non maris, sed certæ regionis ac gentis nomen esse *Tharsis*, nunc quænam ea sit, ac in quibus terræ plagis constituta, dispiciendum restat. Hic autem tenendum est, duas esse diversas terras, hac appellatione insignitas; ac *Tharsis* cujus in libris Regum ac Paral. mentio fit, ab ea, quæ in Prophetis memoratur, discrepare, easque haud parum invicem disjunctas esse: quod per se manifestissimum, à plerisque tamen Interpretibus non satis animadversum fuit, iisque graviter errandi occasionem præbuit, atque effecit ut in indagando hujus vocabuli significatu, aliunde sibi parum perspecto, magis etiamnum hallucinarentur. Facillime tamen, si animum advertissent, hoc discrimen potuissent deprehendere; quandoquidem ad priorem illam Tharsisam per Mare Rubrum ac Oceanum iter fuit, altera verò per Mare Mediterraneum adibatur. Prius illud patet ex iis, quæ in Iosaphati historia narrantur 1 Reg. 22. 49. & 2 Par. 20. 36. naves ab eo adeundæ Tharsisæ destinatas, in portu Ezion-gaber ædificatas fuisse; ubi etiam Salomon suas naves, quæ in Tharsisam proficiscerentur, ædificaverat. hæc autem urbs in terra Idumæa ad sinum Maris Rubri, quem pedibus Israelitæ ex Ægypto venientes transierunt, sita erat, sicuti ex 1 Reg. 9. 26. & 2. Par. 8. 17. discimus. naves autem ex isto sinu solventes Mare Mediterraneum haudquaquam adiisse, sed in Oceano cursum suum peregisse, omnibus vel levissima Geographiæ cognitione imbutis apertum est: ut satis mirari non possim Castalionem, qui istis quoq; in locis *Tharsis Ciliciam* vertit; quum in Ciliciam, Iudææ ac Phœniciæ finitimam, modica-que Maris Mediterranei navigatione ex propinquo adeundam, ex portu illo nullum iter pateat, nisi universam prius Africam circumvectis, totumque Mare Mediterraneum, quam longum est, emensis. & tamen eidem, imò pejori hallucinationi obnoxium videmus etiam Josephum, qui 9. Antiq. 1. scribit, naves illas à Josaphato extructas debuisse εἴς τε Πόντον πλεῖν, καὶ τὰ ἐπὶ Θρᾴκης ἐμπόρια, *in Pontum ac Thraciæ emporia navigare.* Fuit autem hæc

 Tharsisa,

Tharsisa, Oceano orientali adsita, binominis, utpote quæ etiam Ophira dicta fuit, sicuti ex Salomonis & Josaphati historia patet, ubi utroque hoc nomine una eademque ista regio indiscrete afficitur: id quod ex reliquis quoque locis clarum, præcipue apparet, si 1 Reg. 22. 49. cum 2 Par. 20. 36. contuleris. In Tharsisam verò, de qua Prophetæ, per Mare Mediterraneum navigationem fuisse, sicut aliis multis locis, præsertim ex Esa. 23. & Ezech. 27. depromtis, doceri potest, ita vel ex Ionæ historia abunde patet, qui cum in illam Tharsisam aufugere constituisset, Ioppen, portum in Phœniciæ littore situm, petiit, ibi-que navem cogitantem in Tharsisam invenit. Ex duabus autem hisce putamus posteriorem Tharsisæ nomen proprie ac primariò possidere; id-que ab ea in alteram illam, ob rationes postea dicendas, transfusum fuisse: quare in hac disquisitione, atque in indagando, quæ regio fuerit *Tharsis*, sepositâ Oceaneâ, eam de qua Prophetæ loquuntur, ac quæ Tyriorum commerciis nobilitata est, duntaxat ob oculos habebimus.

10. Tria itaque sunt, quæ manuducere nos debent ad id quod quærimus inveniendum; nominis affinitas negotiationis celebritas, situsque ad eam rem opportunitas; & metallorum, ferri, plumbi, stanni, præcipue-que argenti, abundantia. Mercaturâ celebrem fuisse Tharsisam, liquet ex Ezech. 38. 13. ubi סחרי תרשיש *mercatores Tharsis* memorantur; e-que Ezech. 27 ubi inter eas gentes, quibuscum Tyrus commercia sua exercebat, recensetur. ac fuisse ad mare sitam, neque Tyrios cum Tharsisiis (ut cum multis aliis earum nationum, quarum nomina Ezech. 27. legimus) per terram habuisse commercium, sed mari mercatores ultro citro-que commeare solitos, ex historia Ionæ, e-que tot locis, ubi *navium Tharsis* mentio fit, abunde liquet quare nihil nisi certum & verum de Tharsis scripsit David Kimchi in comment. ad Esa. 23. 1. ad verba illa, הילילו אניות תרשיש ita inquiens, נתנבא על צור שתחרב וחיתה עיר סחורה לפיכך קרא לנגד תרשיש שהיא על הים והיא עיר סחורה גם כן והיו באות הספינות תמיד מתרשיש לצור, *Prophetat de Tyro quòd vastanda sit: erat autem urbs mercaturâ celebris; ideo-que alloquitur Tharsisam, quæ itidem ad mare sita, ac mercaturâ celebris erat, navesque inter ipsam ac Tyrum assiduò commeabant:* qualia ibidem etiam à Munstero aliisque scribuntur. Quòd verò Tharsisa argento, stanno, plumbo, ferro abundaverit, apparet ex Ezek. 27. 12. ubi cum dictum fuisset, inter Tyrum ac Tharsisam commercium intercedere מרוב כל הון *in abundantia omnis generis bonorum*

[seu,

[seu, *pretiosarum mercium*] ista tantum quatuor metalla, neque alia præterea mercimonia, expresse nominantur; ad significandum, quòd inter reliqua omnia, quæ Tharsisâ Tyrum importari solebant, illa præcipua fuerint. Et de argento liquet præterea ex Jerem. 10. 9. כסף מרקע מתרשיש יובא וזהב מאופז, *argentum in laminas diductum ex Tharsis affertur, & aurum ex Uphaz*: quem locum non esse intelligendum de Tharsisa, cujus in libris Regum ac Paral. mentio, ex eo colligitur, quòd ea auri non minus quàm argenti ferax erat (uti ex 1 Reg. 10. constat) ideo-que, si de ea sermo erat, hæc duo non disparasset Propheta, neque post nominatam Tharsisam, unde argentum deferretur; aliam regionem, è qua aurum peteretur, assignasset. ast de altera ac notiori Tharsisa loquenti omnino id faciendum fuit, quum ex Ezech. constet, quòd ea tunc temporis aurum non miserit, aut saltem non in ulla notabili copia; quia alioqui, cum reliqua metalla commemoraret, quæ inde Tyrum afferri solebant, auri mentionem non omisisset.

11. Jam de tribus his notis sola prima, literarum ac soni vicinitas, *Tarso* Ciliciæ, quam propterea pro *Tharsis* multi Interpretes habuerunt, competit; reliquæ verò haudquaquam. Sane argenti, ulliusve alterius metalli venas in Cilicia reperiri, aut aliunde ea in ipsam tam copiose importari solita, ut iis non solum ipsa abundaret, sed & aliis regionibus ea rursus transfunderet, nulla literarum monumenta loquuntur. Sed & alterum, situm videlicet ad exercendam mercaturam opportunum, Tarso itidem defuisse, nonminus certum est. Nam quòd Mercerus in lexico Pagnini, Marinus, Drusius in notis ad fragm. Esa. 2. 16. Pisc. variis in locis, & Schind. tradunt Tarsum fuisse urbem maritimam, portu celeberrimo mercatuque nobilem; æque verum est, quàm quod itidem ex illis nonnulli tradiderunt, in Oceani litore sitam fuisse. Etenim uti longissimo intervallo ab Oceano semota, ita neque mediterraneo mari proxime adsita fuit, quippe urbs mediterranea, neque in ipsa ora, sed aliquanto interius sedem habens; uti certum est ex Plin. 5. 27. qui Tarson in Ciliciæ interioribus locat, aiens quoque, *Cydnum amnem Tarson procul à mari secare*. Et quanquam spatium inter ipsam & mare non valde magnum fuit, quinque duntaxat stadiorum (si emendata sunt exemplaria Strabonis, ita prodentis in Ciliciæ descriptione) satis magnum hoc est, ad adimendum ei urbis maritimæ nomen, atque ad ostendendum, quod portum maris nequaquam habuit. Namque interfluentis eam Cydni magnitudo haudquaquam talis fuit, ut portus vicem ipsi præstaret (sicuti videmus multa emporia nobilissima,

ma, quæ multis millibus à mari, flumina pro portu habent) quum is vix navigabilis fuerit; certe onerariarum ac magnorum navigiorum haudquaquam capax. Hoc excipere licet è Curtio, qui (lib. 3. cap. 4.) cum quidem *inclytum amnem* vocat, sed mox addit, *non spatio aquarum, sed liquore memorabilem*; itemque è Tibulli istis versibus lib. 1. Eleg. 7. (laudatis etiam à Dominico Mario Nigro Veneto in sua Geographia)

At te Cydne canam, tacitis qui leniter undis
Cæruleus placidis per vada serpis aquis:

& clariùs etiam è Solino, qui cap. 51. scribit, *tumere eum vere, quum nives solvuntur: reliqua anni parte tenuem esse.* Strabo etiam hoc non obscure docet, qui Tarsum non longius à Cydni ostiis locans, quàm modò diximus, fontes ejus non procul Tarso dissitos scribit, τὴν ἀρχὴν ἔχων ἀπὸ τοῦ ὑπερκειμένου τῆς πόλεως Ταύρου, *initium capiens à Tauri jugis supra urbem sitis:* rursusque, ac expressius, ἅ τε δὴ τῆς πηγῆς οὐ πολὺ ἄνωθεν οὔσης, *quum fons ejus non procul inde absit.* in tam brevi autem spatio non est ut ullum flumen tantam acquirat magnitudinem, quæ navigiorum capax sit. sed & alveum ejus ita describit, ut vel ex eo satis appareat, eum haudquaquam navigabilem esse, τοῦ ῥείθρου διὰ φάραγγος βαθείας ἰόντος, εἶτ' εὐθὺς εἰς τὴν πόλιν ἐμπίπτοντος, ψυχρόν τε καὶ τραχὺ τὸ ῥεῦμά ἐστι, *quum flumen per profundam convallem eat, ac post parvum spatium in urbem cadat, frigidum atque asperum est fluentum.* Dicit quidem locum, ubi mari committitur Cydnus, λιμνάζειν, ἔχοντα καὶ παλαιὰ νεώρια, καὶ τὸ ἐπίνειον τὴν λίμνην τῆς Τάρσου, *stagnare, habentem antiquitus navalia, quod stagnum tunc quoque Tarsensibus navibus stationis vicem præberet.* sed aliud est, habere navale & stationem, quò qualiacunque navigia aut navigiola subduci quomodocunque possint; aliud justum portum, exercendæ splendidæ mercaturæ idoneum.

12. Sed & si *Tharsis* non de *Tharso*, sed de ipsa regione, in qua Tarsus, ac de *Cilicia* intelligas, eædem difficultates manent, non modò ea de metallis, sed & altera ista. quippe in universa Ciliciæ ora portus nullus, præter Corycum, & Celenderim, qui uterque in deteriore regionis tractu, inque Cilicia Aspera situs, non valde ampli aut insignes, neque magnopere unquam frequentati, aut navibus celebres fuerunt; quod vel ex oppidorum iis oppositorum parvitate atque tenuitate constat. quare etiam alterum horum, putà Celenderin, plerique Geographi ne memoratu quidem dignum duxerunt. sed neque amnem Calycadnum, (quem Strabo scribit ad Seleuciam Trachrotin, urbem satis amplam & opulentam, navigabilem fuisse, ἀνάπλουν ἔχειν, quod & Ammianus lib. 14. de eo testatur) usquam legimus, magnarum navium

capa-

capacem, celebrem negotiatoribus receptum præbuisse. Quare illorum opinio, qui *Tarsum* aut *Ciliciam* pro Tharsis habent, admitti non potest, quanquam nominum similitudine subnixa. Qui verò *Africam* aut *Carthaginem* putant esse *Tharsis*, quum ne hoc quidem argumentum à suis partibus habeant, (non enim credo Leoni Africano, qui *Tunetum* dicit Arabicè *Tharsis* appellari) neque aliud quidquam adferant, quo sententiæ suæ fidem faciant, præter nudam conjecturam; multo minus audiri merentur. nam si propterea *Carthago* putanda est esse *Tharsis*, quia classe ac navibus valuit (quod solum affertur ab Agellio ad Psa. 48. aliisque) nihil obstat quin eodem jure Athenæ, Corinthus, Byzantium, Massilia, aliæque urbes quamplurimæ pro Tharsis possint haberi.

CAP. VII.

Tharsis *esse* Tartessum; *quod primò astruitur ex nominum vicinitate.* 2. Tartesson *non esse eandem cum* Carteja, *sicuti Veterum Recentiorumque multi existimarunt.* 3. & 4. Tartesson *positum fuisse ad ostia Bætis fluvii, emporium celeberrimum: unde alterum pro opinione nostra argumentum desumitur.* 5. *Quatuor illorum Metallorum, quæ Ezechiel* Tharsisa *Tyrum importari dicit, abundantia in Hispania.* 6. *Hinc quoque confirmari nostram opinionem, quod* Tarsis *sit* Tartessus. 7. *Ipse quoque ager Tartessicus istis metallis abundavit.* 8. *Etiam illud Ezechielis dictum, quod* Tarsisâ *exportetur* רוב כל הון, *eximiè quadrare in* Tartessum. 9. *Tyriis commercii jura intercessisse cum Tartessiis, probatur firmis conjecturis.* 10. *Idipsum expressis veterum Autorum Testimoniis confirmatur.* 11. *Narrationem Diodori, de immensa argenti copia, quam* Tartesso *olim reportaverint Phœnices, non esse omnimodo fabulosam, ut prima fronte possit videri.* 12. *Salustium ac Arrianum, qui Tyrios* Tartessum *deduxisse coloniam produnt, videri non de hac* Tartesso, *sed de Gadibus locutos.* 13. *Epilogus istius dissertationis, qua ostensum fuit,* Tartesson *pro* Tharsis *esse habendam.*

QUum nequaquam probabilis sit eorum opinio, qui *Tharsis* faciunt *Africam* aut *Carthaginem*, utpote nudæ conjecturæ innixa; uti neque eorum, qui pro *Tarso* aut *Cilicia* habent, quandoquidem ex tribus illis notis, ad hujus rei investigationem facientibus (de quibus para-

ragrapho decimo præcedentis capitis dictum fuit) unica duntaxat, sola nimirum nominum affinitas, in *Tarso* reperitur; alia urbs aut regio circumspicienda, quam pro *Tharsis* habeamus. Ego itaque existimo, *Tharsis* esse *Tartessum*; quam opinionem etiam Forerius ad Esa. 23. 10. attigit, sibi-que non displicere ostendit. *siquis tamen diceret,* inquit, *Tharsis esse Tartessum in Hispania, unde Phœnices infinitam multitunem auri & argenti olim deferebant, cum vox consentiat, mihi non absurdam afferre sententiam videbitur.* Bene dicit, vocem consentire; quippe quæ non æque magnam modò, sed & majorem cum Tartesso, quam cum Tarso cognationem habet. namque ut utrique commune est, quòd primam vocis literam *th* in *t* mutant (quæ literæ in ipsa quoque Hebraica lingua solent permutari, sicuti ex תעה apparet, pro quo טעה interdum scribitur) ita Tarsus alterum ex duobus *sin* abjicit (namque *os* syllaba est duntaxat nominis formativa, minime-que essentialis) quum Tartesus sive Tattessus utrumque retineat, sed priore in *t*, vice *th* (itidem ac in primore nominis litera) converso; cujusmodi conversio minime nova est in Orientalibus linguis: quum ingens sit multitudo vocum, quæ in Hebraica lingua *sin* habentes, illud in *th* mutant, quando in Syriacam migrant. & Græci quoque abundant vocabulis, quæ per *sigma* ac *tau* promiscue scribuntur: quod & in Germanica lingua frequentissimum est, ut vocabula, quæ in una dialecto per *s* scribuntur ac pronuntiantur, in alia per *t* pronuncientur ac scribantur. In nominis igitur affinitate non modò pares iis sumus, qui ex *Tharsis Tarsum* fecerunt, sed etiam superiores; siquidem literam unam radicalem, quam nos leviter ac consueto modo immutatam retinemus, illi in totum & absque ulla compensatione abjiciunt: & de vocalibus quoque secunda, cujus in Tarso nullum vestigium, nobis integra remanet, quum *chirik* & *eta* eandem fere vim habeant, ac passim inter se commutentur. Reliqua verò duo, quæ Tarso aut Ciliciæ nulla ex parte quadrant, uti planum fecimus, in Tartessum evidentissime competunt, sicuti nunc demonstrabimus.

2. Tartessi situm fuisse ad mercaturam exercendam accommodatissimum, facile agnoscet, quisquis verum ejus locum cognitum habuerit. Sed in hoc nonnullæ sunt tenebræ; quandoquidem urbs hæc priscis temporibus florentissima ac celeberrima, postea ita intercidit, ut jam olim, atque ante multa secula, de ejus sede dubitatum sit, ac vero parum consentanea multi autores de ea tradiderint. Quippe multis persuasum fuit, Cartejam urbem olim Tartesson dictam fuisse:

quæ

quæ urbs, (uti Liv. l. 28. c. 30. tradit) *in ora Oceani sita est; ubi primum è faucibus angustis* [Herculei sive Gaditani freti] *panditur mare*: nimirum ad radices Calpes montis, qui freto imminens, atque Africanum Abylam ex adverso aspiciens, urbi isti nomen suum quoque communicavit; utpote quæ Calpe quoque ac Calpia, & interdum conjunctim Calpe Carteja, necnon Garpia & Carpessus, dicebatur; sicuti Valesius in notis ad Excerpta Nicolai Damasceni, ex Strabone, Stephano, Itinerario Antonini, & ipso Nicolao observat. Hanc opinionem invenimus apud Pomp. Melam, *In eo que Carteja; aliquando, ut quidam putant, Tartessus*: & apud Pausaniam, 2 Eliacorum, Εἰσὶ δ' οἱ Καρπίαν Ἰβήρων πόλιν καλεῖσθαι νομίζουσι Ταρτησσὸν, *sunt qui Carpiam Hispaniæ urbem putent olim Tartesum dictam fuisse*: itidemque apud Strabonem lib. 3. Ἔνιοι δὲ Ταρτησσὸν τὴν νῦν Καρπηΐαν ὀνομάζουσι, *quidam Tartessum vocant eam urbem, quæ nunc Carteja dicitur.* Plinius verò fidentiùs (lib. 3. cap. 1.) *Carteja, à Græcis Tartessos dicta*, atque ad eundem fere modum Appianus, in Ibericis, Καὶ Ταρτησσός μοι δοκεῖ τό τε εἶναι πόλις ἐπιθαλάττιος, ἣ νῦν Καρπησσὸς ὀνομάζεται, *puto Tartessum tunc dictam, esse urbem illam maritimam, quæ nunc Carpessus nominatur.* Sed & jam olim non defuerunt, qui ita sentientes reprehenderent, ac Eratosthenem ab Artemidoro reprehensum memorat Strabo (lib. 3.) asserentem, τὴν συνεχῆ τῇ Κάλπῃ Ταρτησσίδα καλεῖσθαι, *regionem Calpæ vicinam, Tartessiacam vocari*; & nuper Cl. Salmasius, in elaboratissimis ad Solinum commentariis, sententiam istam à vero alienam esse perspicue demonstravit.

3. Revera igitur alio loco, aliquammultum à Carteja sive Calpe dissito, Tartessus quærenda est; nimirum in parva quadam insula, quam ex una parte mare, ex reliquis duo Bætis fluvii ostia includunt. Quanquam enim nunc uno tantum ore in Oceanum exit fluvius iste, aliter tamen olim fuit, uti ex Strabonis lib. 3. constat. Εἶτ' αἱ ἐκβολαὶ τοῦ Βαίτιος διχῆ σχιζόμεναι· ἡ δ' ἀπολαμβανομένη νῆσος ὑπὸ τῶν στομάτων, ἑκατὸν, ὡς δ' ἔνιοι, πλειόνων σταδίων ἀφορίζει παραλίαν, *postea sunt ostia Bætis in duas partes scissa: insula autem, quæ intra ea continetur, comprehendit oram centum stadiorum, secundùm alios verò plurium.* In ea insula fuisse urbem Tartesson, ex aliorum relatione memorat eodem libro Strabo, δυοῖν δ' οὐσῶν ἐκβολῶν τοῦ ποταμοῦ, πόλιν ἐν τῇ μεταξὺ χώρᾳ κατοικεῖσθαι πρότερόν φασιν, ἣν καλεῖσθαι Ταρτησσὸν, ὁμώνυμον τῷ ποταμῷ, *cum flumen duo habeat ostia, urbem in medio ipsorum sedem habuisse dicunt, quæ fluvii cognominis, Tartessus vocabatur.* & hanc opinionem esse veriorem, idem Cl. Salmasius variis rationibus autorumque testimoniis

meniis planum facit. Fuisse autem hunc situm ad navigationem atque mercaturam exercendam quàm maxime opportunum, & per se apertum est, & præterea ex eo quoque colligi potest, quòd Hispalis ad idem flumen quingentis stadiis (i.e. 60. millibus aut 20. leucis) à mari celeberrimum hodie-que emporium est, & jam olim fuit, inde à primorum Cæsarum temporibus; ut videatur in collapsæ Tartessi locum atque fœlicitatem successisse.

4. Jam Tartessum, sicuti situ fuit ad exercendam negotiationem peropportuno, ita fuisse quoque emporium celeberrimum atque florentissimum, quandiu ipsa stetit; ex testimoniis antiquorum autorum certò constat. Quippe Herodotus lib. 1. cap. 163. Phocæenses aiens primos Græcorum ναυτιλίῃσι μακρῇσι χρησάμενοι, *longinquis navigationibus usos*, mox inter longinqua illa loca, quæ ipsi adierint, Tartessum quoque nominat, καὶ τόν τε Ἀδρίην, καὶ τὴν Τυρσηνίην, καὶ τὴν Ἰβηρίην, καὶ τὸν Ταρτησσὸν οὗτοί εἰσιν οἱ καταδέξαντες, *Adriam, Hetrusciam, Hispaniamque, & Tartessum hi aperuerunt.* Idemque rursus lib. 4. cap. 152. memorans Samios quosdam mercatores, quum Ægyptum peterent, valida tempestate abreptos, Ἡρακλέας στήλας διεκπερήσαντας, ἀπίκοντο ἐς Ταρτησσόν, *Columnas Herculis transvectos, Tartessum pervenisse*, subjungit, τὸ δὲ ἐμπόριον τοῦτο ἦν ἀκήρατον τὸν χρόνον τοῦτον, *emporium hoc erat ea tempestate florentissimum*: aiens porro multas ac divites merces inde ab iis asportatas, unde maximum lucrum fecerint, ἄριστα ἀπονοστήσαντες οὗτοι ὀπίσω, μέγιστα δὴ Ἑλλήνων, τῶν ἡμεῖς ἀτρεκίην ἴδμεν, ἐκ φορτίων ἐκέρδησαν, *adeo ut inde reversi, plurimum lucrati sint ex mercimoniis inde advectis, plus quàm Græci illi, de quibus certi quid nobis compertum est.*

5. Porro uti situs, & mercaturæ opportunitas atque celebritas manifeste suffragantur nostræ assertioni, qua *Tarsis* facimus *Tartessum*; ita & alterum χρήματα, à rebus inde exportari solitis desumtum, nihilo secius in eam competit. atque uti de metallis prius dicamus; omnia illa quatuor, ab Ezechiele memorata argentum, stannum, plumbum, ferrum, in Hispania provenire, atque jam olim ibi copiose effodi solita, passim veteres memoriæ loquuntur. Quippe Diodorus lib. 5. ait apud Hispanos esse μέταλλα θαυμαστά, *fodinas summe uberes*, uti auri & æris (quorum cum aliis mentionem quare non fecerit Ezechiel, nunc haud vacat inquirere) ita & argenti, eosque ἄργυρον κάλλιστον καὶ πλεῖστον κατασκευάζοντας, μεγάλας λαβεῖν προσόδους, *optimum ac copiosissimum argentum conficientes, magnos reditus percepisse.* ac de stanno ibidem scribit, id in multis Hispaniæ locis provenire, γίνεται δὲ καὶ καττίτερος

καθίτερον ἐν πολλοῖς τόποις τῆς Ἰβηρίας. ac Strabo peculiariter id provenire scribit ἐν τοῖς ὑπὲρ τὴν Λυσιτανίαν βαρβάροις, *apud Barbaros ultra Lusitaniam constitutos*, inque ipsius Lusitaniæ parte septentrionali, ἐν δὲ τοῖς Ἀρτάβροις, οἳ τῆς Λυσιτανίας ἔσχατοι εἰσὶ πρὸς ἄρκτον, ἐξανθεῖν ἀργυρίῳ, τὴν γῆν καθιτέρῳ, *apud Artabras, qui Lusitanorum ultimi sunt ad Septentriones, terram argenteo stanno efflorescere.* ibidemque ex Polybio refert, apud Carthaginem novam ditissima fuisse argenti metalla, adeo ut 40. hominum millia in iis perpetuo operarentur. montem quoque illum, è quo Bætis profluit, argenti metallis ita abundare, ut inde *Argentei* appellationem invenerit, ὃ καλοῦσιν Ἀργυροῦν, διὰ τὰ ἀργυρεῖα τὰ ἐν αὐτῷ. Quòd verò reliqua quoque duo, ferrum & plumbum habuerit Hispania, testatur Mela, *Viris, equis, ferro, plumbo, ære, argento, auro-que tam abundans, &c.* Similiterque de ferro Solinus, *argentum vel aurum si requiras, habet; ferrariis nunquam deficit:* Itidemque Silius lib. 1.

Atq; atros chalybis fœtus humus horrida nutrit.

Et de plumbo scribit Strabo, Castulone (quod est conventus Carthaginensis oppidum) ἴδια εἶναι μέταλλα μολίβδου ὀρυκτοῦ, *peculiares esse secturas plumbi fossilis.* Justinus quoque lib. ultimo scribit, *ferri materiam in Hispania præcipuam esse;* & *Gallaciam, uti minio ac auro ditissimam, ita æris quoq; ac plumbi uberrimam* prædicat. His autoribus accedit etiam Plinius, cujus testimonium de argento habemus lib. 33. cap. 6. *Reperitur [argentum] in omnibus pene provinciis, sed in Hispania pulcherrimum:* de ferro, lib. 34. cap. 14. *Metallorum omnium vena ferri largissima est. Cantabria maritima parte, quam Oceanus alluit, mons prærupte altus, incredibile dictu, totus ex ea materie est:* de stanno & plumbo, ejusdem libri cap. 16. *Candidum plumbum certum est in Lusitania gigni, & in Gallæcia:* & mox, *Non fit in Gallæcia nigrum, quum vicina Cantabria nigro tantum abundet.* libri autem tertii capite tertio extremo, de omnibus illis simul ac semel loquens, sic inquit: *Metallis plumbi, ferri, æris, argenti, auri, tota ferme Hispania scatet.* & rursus libri quarti cap. 20. dicit omnem illam septentrionalem Hispaniæ plagam, quæ inter Pyrenæum, Oceanum, ac Durium amnem jacens, Vardulos, Cantabriam, Asturiam, & Gallæciam complectitur, *refertam esse metallis auri, argenti, ferri, plumbi nigri albi-que.*

6. Quod si quis dicat, Quid hæc omnia ad Tartessum? respondemus, morem illum semper fuisse in quacunque regione, ut merces omnes exteris expetitas, quibus ipsa alicubi abundat, ad celeberri-

mum in ea emporium undique convehantur. quare etiam & alia pretiosa, & metalla, quibus ullus Hispaniæ tractus abundabat, Tartessum veluti ad communem mercatum comportata fuisse, pro certo habendum est. & si per illa tempora Massiliæ ac Narbone stanni Britannici forum exercebatur, admodum longinquo ac difficili pedestri itinere eò devectum, quum Mercatores illud ex Britannia navibus non ulterius quàm ad proximam oram portarent (quod à Strabone lib. 3. strictim indicatum, à Diodoro lib. 5. in descriptione Britanniæ, iterumque postea in rebus Hispanicis, amplius declaratur) quidni Hispani quoque metalla sua equis ac curribus undique Tartessum importaverint? sed & commodiori longe vecturâ, ac navibus, id maxima ex parte facere potuerunt, tum opportunitate multorum ac magnorum fluminum (quum præter ipsum Bætin tres alii ingentes ac celeberrimi amnes, potiorem Hispaniæ partem pervadentes, omnes in id mare cadant, ad quod sita erat Tartessus) tum maris ipsius, quod undique fere Hispaniam alluit; quum multæ Hispanicæ regiones, supradictis metallis abundantes, maritimæ fuerint, ac vel in Oceani, vel in Mediterranei ora sitæ. Meritò igitur quicquid metallorum aliarumve mercium uspiam in Hispania proveniebat, ad nobilissimum hoc emporium ab indigenis comportatum, ibique cum mercatoribus permutatum fuisse credimus.

7. Sed præterea propriis quoque omnium istarum rerum copiis ipsa per se Tartessus abundabat, ipsique in vicino ac veluti domi suæ omnia ista nascebantur. Quippe Tartessica regio, sic dicta à primaria urbe, atque ab interfluente amne, qui urbi cognominis, itidem Tartessus dicebatur (καὶ τὴν χώραν, inquit Strabo, καλεῖσθαι Ταρτησσίδα φασὶν, ἣν νῦν Τουρδοῦλοι νέμουσι), *iidemq; aiunt regionem quoq;, quam nunc Turduli incolunt, Tartessidem dictam fuisse*) à quo etiam posteriore ævo, quum ille Bætis diceretur, Bætica fuit appellata, hodie Andaluziæ nomen gerens, metallorum ipsa est uberrima procreatrix, uti nos docet Strabo, dicens montes illos, quorum perpetuum dorsum ad septentrionale Bætis latus protenditur, modò propius ad eum accedens, modò longius ipsum relinquens, μετάλλων πλήρεις εἶναι, *metallis plenos esse*: plurimumque argenti reperiri in tractibus Ilipæ ac Sisaponis utriusque, Veteris & Novi; quæ omnia sunt Bæticæ oppida. sed inprimis insigne in hanc rem est alterum ejusdem autoris testimonium, quod hic totum, etiamsi longiusculum, ascribimus: Τοσούτοις δὲ τῆς προειρημένης χώρας ἀγαθοῖς κεχορηγημένης, οὐχ ἥκιστα ἄν τις ἀποδέξαιτο τὸ περὶ τὰς μεταλλείας εὐφυές· ἅπασα μὲν γὰρ μεστὴ τῶν τοιούτων ἡ τῶν Ἰβήρων χώρα· οὐ πᾶσα δ᾽ εὔκαρπος οὐδ᾽ εὐδαίμων οὕτως,

καὶ

καὶ μάλιστα ἡ τῶν μετάλλων ἐυπορία· Σπάνιον δ᾽ ἐν ἀμφοτέροις ἐυτυχεῖν· Σπάνιον δὲ καὶ τὸ τὴν αὐτὴν ἐν ὀλίγῳ χωρίῳ παντοίοις πληθύνειν μετάλλοις· ἡ δὲ Τουρδιτανία, καὶ ἡ προσεχὴς αὐτῇ, λόγον οὐδένα ἄξιον καταλείπει περὶ τῦν-δε τὴν ἀρετὴν τοῖς ἐπαινεῖν βουλομένοις· ὄυτε γὰρ χρυσὸς, ὀυκ ἄργυρος, ὀυδὲ δὴ χαλκὸς, ὀυδὲ σίδηρος ὀυδαμοῦ τῆς γῆς ὄυτε τοσοῦτος, ὄυθ᾽ ὄυτως ἀγαθὸς ἐξή-τασται γεννώμενος μέχρι τινὸς, *Quum autem prædicta regio tot bonis instructa sit, non inter postrema ibi prædicanda est metallorum feracitas. Tota quidem iis scatet Hispania: sed non omnis est ita fertilis ac opulenta, præcipue-que quæ metallorum copiam habet. rarum autem est, in utroq; fœlicem esse; & rarum quoq;, ut eadem in parvo tractu abundet omnis generis metallis: Turdetaniam verò, & conterminam regionem nemo ex dignitate satis laudaverit, quantum ad hanc dotem attinet. quippe nec aurum, nec argentum, sed neq; æs aut ferrum, usspiam terrarum aut tam copiosum, aut tam bonum provenire, hactenus compertum fuit.*

8. Quandoquidem autem *Tharsisâ* non metalla tantùm, sed & רוב כל הון, i.e. *ingentem aliarum quoq; pretiosarum mercium copiam* Tyrum afferri solere dicit Propheta Ezechiel, videndum an & hoc in *Tartessum* quadret. sane adeo, ut in nullum totius terrarum orbis locum magis: cujus rei testem iterum exhibemus Strabonem, in iis quæ de Turdetania scribit. est autem *Turdetania*, sicuti ipse declarat, nihil aliud quàm ipsa *Bætica*, *Tartessica* antiquis temporibus, uti modò monuimus, appellata. Sic igitur ille, libro tertio, è quo & superiora omnia depromta sunt. Ἀυτὴ μὲν ὄυν ἡ χώρα μετρίως ἐστὶν ἐυδαίμων· ἡ δὲ ἐφεξῆς πρὸς ἕω κειμένη καὶ νότον, ὑπερβολὴν ὀυκ ἀπολείπει πρὸς ἅπασαν κρινομένη τῆς οἰκουμένης, ἀρετῆς χάριν, καὶ τῶν ἐκ γῆς καὶ θαλάττης ἀγαθῶν· ἀυτη δ᾽ ἐστὶν ἣν ὁ Βαῖτις διαρρεῖ ποταμὸς ——— καλεῖται δ᾽ ἀπὸ μὲν τῦ ποταμοῦ, Βαιτικὴ, ἀπὸ δὲ τῶν ἐνοικούντων, Τουρδιτανία, *Hæc igitur regio sic satis dives est. ast quæ ipsi proxima est ad Meridiem & Orientem, omnium toto orbe est excellentissima, si præstantiam soli spectes, ac bonorum terrâ mari-que provenientium. Est autem hæc ea, quam Bætis secat fluvius, ab eo dicta Bætica, ab inhabitantibus autem Turdetania.* Plinius quoque similia de ea scribit (lib. 3. cap. 1.) *Bætica cunctas provinciarum diviti cultu, & quodam fertili ac peculiari nitore præcedit.* Sane tam fœlix ac fertilis regio non potuit quin multis ac pretiosis mercibus abundaret, quas in alias regiones mitteret. Et hoc diserte dicit Strabo, qui de hac Bætica fertilitate mox rursus loquens, plurima inde bona in exteras oras exportari solita narrat: Ἡ Τουρδιτανία θαυμαστῶς ἐυτυχεῖ· παμφόρου δ᾽ ὄυσης αὐτῆς, ὡσαύτως δὲ καὶ πολυφόρου, διπλασιάζεται τὰ ἐυτυχήματα

ταῦτα

ταῦτα τῷ ἐκκομισμῷ· τὸ γὰρ περιττεῦον τῶν καρπῶν ἀπεμπολεῖται ῥᾳδίως τῷ πλήθει τῶν ναυκληρίων. ***Turdetania maximis commodis abundat. & quum omnium rerum sit fertilissima, duplicantur commoda ista per exportationem. quidcunque enim iis de proventibus superfluit, facile venundatur ob multitudinem navigiorum.*** ac mox iterum, τὴν δ' ἀφθονίαν τῶν ἐκκομιζομένων ἐκ τῆς Τυρδιτανίας ἐμφανίζει τὸ μέγεθος καὶ τὸ πλῆθος τῶν ναυκληρίων, ***ingentem vim eorum quæ è Turdetania exportantur, indicat navium magnitudo ac multitudo.*** Sed & accuratum texit earum rerum catalogum, quæ è Bætica exportari solebant; quem sane huc ascribere non gravabor, quia velut commentarius est illorum Ezechielis verborum, quæ initio hujus paragraphi posuimus. sic igitur de iis scribit, Ἐξάγεται δ' ἐκ τῆς Τυρδιτανίας σῖτός τε καὶ οἶνος πολὺς, καὶ ἔλαιον οὐ πολὺ μόνον, ἀλλὰ καὶ κάλλιστον· καὶ κηρὸς δὲ, καὶ μέλι, καὶ πίττα ἐξάγεται, καὶ κόκκος πολὺς, καὶ μίλτος· τά, τε ναυπήγια συνιστᾶσιν ἐνταῦθ' ἐξ ἐπιχωρίας ὕλης, ἅλες τε ὀρυκτοὶ παρ' αὐτοῖς εἰσὶ — οὐκ ὀλίγη δὲ οὐδ' ἡ ἐκ τῶν ὄψων ταριχεία — πολλὴ δὲ καὶ ἐσθὴς πρότερον ἤρχετο, νῦν δ' ἔρια μᾶλλον — καὶ ὑπερβολή τις ἐστὶ τοῦ κάλλους — ὑπερβολὴ δὲ καὶ τῶν λεπτῶν ὑφασμάτων, ἄφθονος δὲ καὶ βοσκημάτων, καὶ κυνηγεσίων δαψίλεια. ***Exportatur è Turdetania plurimum frumenti ac vini, itemque olei optimi, necnon cera, mel, & pix: prætereaque magna vis cocci & minii. naves etiam ibi ex materia in loco nata ædificantur. Salem quoque habent fossilem; ac salsamenta plurima conficiunt. Multam quoque vestem olim mittebant; nunc verò lanam potius, eamque pulcherrimam: & magnam insuper copiam pannorum optimorum. Pecore itidem & venatione plurimum abundat.***

9. Hisce, quæ hactenus dicta sunt, rite perpensis, dubitare nemo amplius potest, quin *Tharsis* sit eadem cum *Tartesso*; quum præter nominis convenientiam, etiam ea, quæ à Sacris Scriptoribus, præcipueque Ezechiele, de ea memorantur, ita exacte in eam quadrent. Superioribus verò rationibus auctarii loco addi etiam potest; minime probabile esse, quòd Ezechiel, tam diligenter populos sigillatim recensens, cum quibus commercia Tyrii agitabant, omittere voluerit Tartessios, ea tempestate post ipsam Tyrum negotiatores toto orbe celeberrimos, ac nobilissimo emporio famosos. Quin enim inter Tyrios & Tartessios commercii jura intercesserint, ambigi non debet. Ut enim Tartessii Phœniciam ac Tyrum non accesserint (id quod tamen eos fecisse, valde verisimile est, atque ex Esa. 23. 10. satis aperte colligi potest) Tyrios Tartessum non navigasse quis credat, qui sciat eos, summos navigandi ac negotiandi magistros, non modò omnes per mare mediterraneum oras ac regiones, etiam remotissimas, familiariter frequentasse; sed & per

per fretum Herculeum in ipsum Oceanum exivisse, urbes-que in ejus littore condidisse; unamque earum, Gades inquam, non nisi paucis passuum millibus ab ipsa Tartesso discretam. Quanquam igitur nihil præterea proditum esset, satis tamen certum ex his foret, Tyrios Tartessi commercio usos fuisse.

10. Sed & præterea expresse id à veteribus Autoribus affirmatur. Etenim is, qui libellum περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων (qui inter Aristotelis opera circumfertur) composuit, minime recens Scriptor, id testatur hac historiola: Τοὺς πρώτους τῶν Φοινίκων ἐπὶ Ταρτησσὸν πλεύσαντας λέγεται τοσοῦτον ἄργυρον ἀντιφορτίσασθαι, ἔλαιον καὶ ἄλλον ναυτικὸν ῥῶπον εἰσάγοντας, ὥστε μηκέτι ἔχειν δύνασθαι μήτε καταδέξασθαι τὸν ἄργυρον, ἀλλ' ἀναγκασθῆναι ἀποπλέοντας ἐκ τῶν τόπων, τά τε ἄλλα πάντα ἀργυρᾶ, οἷς ἐχρῶντο, κατασκευάσασθαι, καὶ δὴ καὶ τὰς ἀγκύρας πάσας, *Qui primi Phœnicũ navigaverunt Tartessum, dicuntur tantum argenti sibi comparâsse, permutatione olei aliarumque rerum non magni pretii, ut navibus omne recipere ac continere nequeuntes, cogerentur inde abscedentes, & omnem supellectilem, & totas anchoras ex argento fabricari.* Phœnices Græci non tantum Palæstinos illos, sed & progeniem ipsorum, Carthaginenses ac Pœnos, vocant. sed illos potius quàm istos hic intelligendos, discimus ex Diodoro, eandem historiam sic narrante lib. 5. τῆς τούτου χρείας ἀγνοουμένης παρὰ τοῖς Βαρβάροις, τοὺς Φοίνικας ἐμπορίαις χρωμένους ἀγοράζειν τὸν ἄργυρον μικρᾶς τινος ἀντιδόσεως ἄλλων φορτίων· διὸ δὴ τοὺς Φοίνικας μετακομίζοντας εἴς τε τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ τἄλλα πάντα ἔθνη, μεγάλους περιποιήσασθαι πλούτους· ἐπὶ τοσοῦτο δὲ τοὺς ἐμπόρους διατεῖναι τὴν φιλοκερδίας, ὥστε ἐπειδὰν, κατάγομων ὄντων τῶν πλοίων, περιττεύῃ πολὺς ἄργυρος, ἐκκόπτειν τὸν ἐν ταῖς ἀγκύραις μόλιβδον, καὶ ἐκ τοῦ ἀργύρου τὴν ἐκ τοῦ μολίβδου χρείαν ἐναλλάττεσθαι, *Quum usum ejus ignorarent Barbari, Phœnices mercaturam exercentes, argentum coemisse permutatione mercium minime pretiosarum. Itaque Phœnices id devehentes in Græciam, Asiam, omnesque alias gentes, magnas opes sibi comparasse; ac lucri aviditatem eo usque extendisse, ut quum navibus ad plenum oneratis multum adhuc argenti superesset, plumbum ancharis detraherent, in-que ejus vicem argentum substituerent.* Dicens eos argento omnem Græciam atque Asiam replevisse, satis aperte ostendit, se de Palæstinis Phœnicibus loqui; quandoquidem Carthaginenses, licet & ipsi negotiationibus multum dediti essent, non tamen adeo, ac Tyrii, omnes illas oras peragrabant.

11. Obiter verò ex ista historia discere etiam licet, quare Jeremiæ 10. Tartessus potissimum nominetur, unde argentum afferetur.

Quanquam enim multæ etiam aliæ regiones, in quas ex Phœnicia per mare mediterraneum navigatio patet, argenti venas habebant; nulla tamen ipsarum tantam ejus copiam mittebat ac Tartessos; quæ idcirco præcipue nominanda fuit. Satis quidem clarum est Diodorum, alterumque illum scriptorem, rem, uti in talibus fieri solet, in majus auxisse, ac narrationem istam nimis hyperbolice tractasse. Causa tamen non est, quin putemus historiam, ab iis narratam, esse veram universim, atque in utraque parte; quòd & immensam argenti copiam repererint, qui Tartessum negotiandi causa primi adierunt; & quòd vili pretio id ab incolis nundinati sint. Quantum ad posterius; fidem id facile inveniet apud eos, qui navigationes ab Europæis intra hoc sesquiseculum susceptas in remotas illas ac recens patefactas regiones legerit: quandoquidem ii ad multas delati sunt gentes barbaras, à quibus & pretiosissima metalla, & lapillos aliaque summæ apud nos autoritatis, minutis ac sæpe ludicris plane mercibus redemerunt; idque non initio modò, sed & diu postea: donec nimia nostrorum hominum aviditas eos suorum bonorum intelligentiores redderet. Altera verò istius historiæ pars, de immensa argenti copia, per se αὐτόπιστον est, siquis consideret quàm multis ac quàm uberibus argenti fodinis per ea tempora Hispania abundaret; de quibus & nos superius nonnihil diximus, & plura videri possunt apud Diod. lib. 5. (qui multus in eo est, ut Hispanicarum argenti venarum summam ubertatem præ iis, quæ in aliis Europæ partibus inveniuntur, lectori repræsentet) & Strabonem lib. 3. qui inter alia tradit ex Rerum Carthaginensium scriptoribus, ὅτι Καρχηδόνιοι μετὰ τοῦ Βάρκα στρατεύσαντες καταλάβοιεν φάτναις ἀργυρέαις καὶ πίθοις χρωμένους τοὺς ἐν τῇ Τουρδιτανίᾳ, *quòd Pœnorum exercitus, Barcam Ducem sequutus, invenerit Turdetanos præsepibus atque doliis argenteis utentes.*

12. Porro non commercia tantùm fuerunt Tyriis cum Tartesso, sed & coloniam postmodum in eam deduxerunt, eamque novo nomine Gadir appellaverunt, si audimus Salustium, secundo histor. *Tartessum Hispaniæ civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gadir habent*: itemque Arrianum, lib. 2. de gestis Alexandri, Ὡς τόν γε ἐν Ταρτησσῷ πρὸς Ἰβήρων τιμώμενον Ἡρακλέα — δοκῶ ἐγὼ Τύριον εἶναι Ἡρακλέα, ὅτι Φοινίκων κτίσμα ἡ Ταρτησσὸς, καὶ τῷ Φοινίκων νόμῳ ὅ τε νεὼς πεποίηται τῷ Ἡρακλεῖ τῷ ἐκεῖ, καὶ αἱ θυσίαι θύονται, *Herculem, qui Tartessi ab Hispanis colitur, puto eundem esse cum Tyrio, quum Tartessus à Phœnicibus condita sit, & Phœnicum ritus templum Herculi illi constructum sit, ac sacrificia peragantur.* Ego tamen existimaverim, eos non de vera Tartesso loqui, &

neque

neque de Carteja (quam jam olim à multis pro Tartesso habitam, supra diximus) sed de Gadibus; quandoquidem Plinius diserte tradit (lib. 4. cap. 22.) insulam illam à Romanis Tartessum appellatam fuisse. Sane Arrianum non de alio loco intelligi debere, quàm de urbe illa atque insula, quæ Romanis Gades dicta, hodie Hispanis Cadis & Calis appellatur, clarum est ex iis, quæ de Herculis cultu atque delubro commemorat. Quippe Gadibus Tyrii magnificum Herculi templum extruxerunt, quod deinceps per multa secula, atque in dissitis etiam regionibus famosum fuit; uti & ex aliis autoribus constat, Mela lib. 3. cap. 6. Appiano Ibericis, Macrobio 1. Saturn. 20. Philostrato lib. 4. (quos omnes quatuor autores citat in hanc rem Dausquëius ad lib. 3. Silii, initio) & præcipue ex Diodori libro quinto, ubi fuse de eo agitur: Quum in nulla alia Hispaniæ urbe celebre ejusmodi Herculis templum fuerit.

13. Et hæc quidem de *Tartesso* urbe, quam nos pro *Tharsis* habemus, & de rationibus, quare ita sentiendum putemus, dixisse sufficiat: quibus auctarii loco adjici etiamnum potest; quod sicuti in Scriptura mentio fit Regum Tharsisæ (ut Psa. 72. 10.) ita externi Scriptores Tartessi Reges memorant; quod inter alios facit Herodotus lib. 1. cap. 163. qui ita de eo Rege scribit, ut satis appareat, eum non urbi tantum, & proximis circum agris, sed & amplæ regioni imperavisse, opibusque affluentissimum fuisse.

CAP. VIII.

Tartessi nomen Ophiræ secundariò impositum; & qua ratione id factum fuerit. 2. אניות תרשיש *non modo* naves Tartessiacas *significat, sed & generalis est appellatio grandiorum onerariarum.* 3. *Quo respectu alia corbitæ vocatæ fuerint* naves Tartessiacæ. 4. *Græcam quoq; ac Latinam linguam non ignorare talem navium appellationem, qua genticum nomen pro generali usurpetur.* 5. *Difficultates circa versum* 8. *Psalmi* 48. *ubi* ברוח, *non* כרוח *(ut nonnulli volunt) legendum, testimonio Masoræ atque omnium Veterum Interpretum firmatur.* 6. *Duæ diversæ expositiones istius versiculi refelluntur.* 7. *Desiderari hic* notam similitudinis; *quam* ellipsin *satis frequentem esse, multis exemplis docetur.* 8. Admissâ *hac* ellipsi, *duobus adhuc modis exponi posse istum versiculum, non valde*

tamen inter se discrepantibus. 9. *Nostra istius versus expositio.* 10. *Euri venti summa violentia in plagis Orientis, & crebra ab eo naufragia.*

OPhiræ, Indicæ regioni, Tartessi seu Tharsisæ nomen secundario inditum, idque ab altera illa ac Europæa in ipsam derivatum, supra capitis sexti paragrapho decimo monuimus. Ita autem se rem habere, & Tartessum Hispanicam proprie ac primario ita dictam, ex eo colligi potest, quòd ubi duobus locis eadem appellatio communis est, verisimilius est eam primariò competere ipsi, quæ eam tantùm, quàm illi, quæ & aliam præterea obtinet. Præterea quum reliqui filii Javanis plagas mundi, Asiæ ad Occidentem sitas, insederint; nequaquam probabile est, hunc solum in contrarias Orbis partes profectum, in ultimo Oriente sedes sibi quæsivisse: sed veritati magis consentaneum, eum in Hispaniam perrexisse, ibi-que Bæticam regionem sibi ad inhabitandum delegisse; cui uti & primario ejus fluvio, ac præcipuæ in ea urbi, nomen suum imposuerit. Sane facilius quis crediderit, Tyrios Hispaniæ ac Bæticæ, quàm Indiæ cognitionem prius habuisse; proindeque eos Indiam potius de Bætica, ob nonnullam inter utrasque convenientiam, quàm Bæticam de India cognominasse. In quo autem sita fuerit illa convenientia, disquisitione dignum est. Videntur autem duo potissimum esse, quæ duabus illis regionibus communia, Tyrios moverint, ut unius nomine alteram quoque participaverint; longinquitas, & metallorum ubertas. Quum enim ante repertam Indicam navigationem Tartessos esset remotissima ac ultima regionum, quas Phœnices mari adibant, & maximam argenti aliorumque metallorum copiam mitteret: id movere vulgum potuit, ut Ophiræ, quando prima ejus notitia haberi cœpta est, idem vocabulum imponeret, quia & ipsa longissime à Syria dissita erat (siquidem eundo illuc & redeundo integrum triennium naves impendebant) & pretiosorum metallorum maximam vim suppeditabat. Et fortassis una tantùm ac prior de hisce rationibus eos ad hanc appellationis communicationem impulerit; sicuti videmus nostris hisce temporibus, quum novus (ut vocatur) Orbis primò detectus esset, Indiæ nomen ipsi vulgo impositum (quod & mansit postea) nihil ob aliud, quàm quia longissimo intervallo ab Europa disjunctus erat, æque ac primaria illa & Orientalis India: quæ cum esset remotissima regionum ad id tempus cognitarum, hoc solum sufficere putaverunt nostri homines, ut Americam quoque, & ipsam procul admodum (quanquam in contrario mundi cardine) dissitam, hoc nomine insignirent.

2. Por-

2. Porro quum multis in locis S. Scripturæ memorentur אניות תרשיש, sciendum quod ista phrasis non id tantum, quod videtur prima fronte, significet, sed latius aliquanto pateat. Primariò quidem sign. *naves Tartessiacas* aut *Ophiriticas* (prout de hac aut illa Tharsis sermo fit) nimirum naves, quæ vel ad illarum regionum incolas & mercatores pertinent, atque ab iis in externas oras negotiandi causâ mittuntur; vel quas aliarum regionum mercatores ad illas partes destinant, ad exercenda cum incolis ipsarum commercia, atque ad merces divitiasque ἐγχωρίες inde revehendas. Posteriori modo ista vocabula aperte sumuntur & alibi, & 1 Reg. 22.49. עשה אניות תרשיש ללכת אופירה, ubi אניות תרשיש significat naves, profectioni in Tartessidem Ophiriticam destinatas; quare 2 Par. 20.36. in eadem historia pro אניות תרשיש dicitur אניות ללכת תרשיש similiter pro eo quod 1 Reg. 10.22. scriptum est אני תרשיש למלך בים *Rex habebat naves Tartessiacas in mari*, 2 Par. 9.21. legimus, אני למלך הלכות תרשיש *Rex habebat naves euntes in Tartessidem.* Sed præter primarium hunc ac principalem istius phraseos usum, alium præterea in ea agnosco, ut non illas tantum naves denotet, quæ Tartessiorum sunt, aut Tartessiacæ navigationi destinatæ, sed & alias quaslibet, figurâ duntaxat & magnitudine iis pares, ad quascunque tandem oras proficiscantur, & licet in Tartessidem nunquam missæ aut mittendæ fuerint. Sane Esa. 2.16. & Psal. 48.8. (ut alios nunc locos omittamus, de quibus fortasse tantundem dici posset) aptior videtur generalis illa acceptio, quàm si pressius de navibus Tartessiacis, proprie ita dictis, locos illos intelligamus. Istic igitur, atque in similibus locis, existimo אניות תרשיש commode transferri posse *onerarias grandes*; cujusmodi nimirum esse solent illæ, quæ in longinquas terras dimittuntur, qualesque inter Tyrum ac Tartessum commeare solitas rationi consentaneum est: præsertim quum aliunde constet, Phœnices grandium ac pulcherrimarum navium dominos fuisse: unde illud Ischomachi apud Xenophontem in Oeconomico, Κάλλιστην ποτὲ καὶ ἀκριβεστάτην ἔδοξα ἰδεῖν σκευῶν τάξιν, εἰσβὰς ἐπὶ θέαν εἰς τὸ μέγα πλοῖον τὸ Φοινικικόν. *Pulcherrimum olim & exactissimum armamentorum ordinem videre visus sum, cum ingentem navem Phœniciam ingressus essem.*

3. Fortassis autem appellatio illa non tam à navibus illis desumta fuerit, quæ ex Phœnicia Tartessum mitti, quàm quæ à Tartessiis in Phœniciam aliasque remotas regiones ablegari consueverant; utpote quæ præ cæteris aliarum gentium navibus aliquid peculiare haberent,

iisque tum magnitudine, tum firmitate ac structuræ elegantia præstarent. Quod enim de Bæticis sui temporis navibus memoriæ prodidit Strabo, eas insignis atque extraordinariæ molis & capacitatis fuisse, ὁλκάδες γὰρ μέγισται παρὰ τούτων πλέουσι (quò etiam pertinet, quod de Gaditanis, qui in eodem tractu, atque in Bæticæ ora, vicini ei loco, ubi olim fuerat Tartessus, memorat, οὗτοι εἰσὶν οἱ ἄνδρες οἱ τὰ πλεῖστα καὶ μέγιστα ναυκλήρια στέλλοντες, εἴς τε τὴν καθ᾽ ἡμᾶς θάλατταν, καὶ εἰς τὴν ἐκτὸς, *isti homines omnium plurima ac maxima navigia mittunt, tam in Mediterraneum mare, quàm in Oceanum)* idem prisco etiam illo ævo obtinuisse, non improbabiliter suspicari possumus. & conjecturam hanc manifeste firmat Esa. 2. 16. è quo loco clarum est, naves Tartessiacas magnitudinis ac pulcritudinis minime vulgaris fuisse. & quanquam ibi אניות תרשיש non in pressiori intellectu, sed latiùs accipimus, id tamen probationis hujus vim haudquaquam infringit; quum ratio postulet, ut dotes, in quibus appellatio aliqua fundata est, non minus conspicuæ sint in eo, quod eam primariò obtinet, quàm in eo, quod seriùs ac velut adoptione in eandem familiam venit, atque prioris similitudine nomen suum est adeptum. & ad id, quod nos hic dicimus, digitum videtur intendisse etiam Euthymius, comm. ad Psal. 48. *Tharsis loci nomen est, ubi conspicuæ atq; excelsæ naves fabricari consueverunt.*

4. Quod autem אניות תרשיש non eas tantum naves significet, quæ Tartessiorum erant, aut Tartessum negotiandi ergo adibant, sed & alias quasvis, ad Tartessiacarum exemplar fabricatas, non est cur quispiam miretur, quum ejusmodi locutio non sit aliis quoque linguis insueta, & Græcis Romanisque usurpata fuerit. Ita enim, quum Samii tempore Polycratis novum quoddam navigii genus excogitassent; omnes postea naves eodem modo etiam alibi ædificatæ, *Samanæ* appellatæ fuerunt, uti discimus ex Plutarcho in vita Periclis. Similiter Romani *Liburnicas* appellaverunt omnes naves, factas ad similitudinem earum, quas Liburni commenti erant primi, atque in familiari usu habebant: qua de re Appianus (laudatus etiam Bayfio, in tractatu accurato De re navali) ita loquitur in Illyrico, Ἐγένοντο Λιβυρνοὶ γένος ἕτερον τῶν Ἰλλυρίων, οἳ τὸν Ἰόνιον καὶ τὰς νήσους ἐλῄστευον ναυσὶν ὠκείαις τε καὶ κούφαις, ὅθεν ἔτι νῦν Ῥωμαῖοι τὰ κοῦφα καὶ ὀξέα δίκροτα, Λιβυρνίδας προσαγορεύουσι, *Alia Illyriorum gens fuerunt Liburni, qui in mare Ionium ac insulas piraticam exercebant navigiis velocibus ac levibus; unde etiam nunc Romani leves atq; celeres biremes appellant Liburnicas.* Vegetius lib. 4. cap. 33. aliam tradit istius rei originem, ita tamen ut

ut in summa consentiat, *Romanorum Principes, quum Liburnorum naves iis visæ essent cæteris aptiores, ad earundem instar classem texuisse, similitudine & nomine usurpato.* Quomodo igitur Græci *Samænas*, ac Romani *Liburnicas* appellaverunt certa navigiorum genera, indito nomine ab iis regionibus ubi ea primitus inventa atque ædificata, & plurimum in usu fuerunt; ita credibile est Hebræos *Tartessiacas* vocasse omnes grandiores atque insigniores onerarias (quales Latini *corbitas* appellant) quia talibus Tartessii præ reliquis populis utebantur, aliisque exemplum dederant naves ejusmodi fabricandi. Atque hanc istius phraseos si non originem, saltem vim atque usum vidit etiam Forerius, qui in comm. ad Esa. 2. 16. scribit, *Naves Tharsis dicebantur naves magnæ, longinquis navigationibus aptæ:* quale quid & Esa. 23.1. annotavit. similiterque Calv. ad Psal. 48. *Hoc loco dicuntur* naves Tharsis *naves magnæ, quales esse solebant eæ, quibus navigabatur in Tharsis.*

5. Inter eos locos ubi אניות תרשיש in generaliori intellectu accipi debeat, nominavimus Psalmi 48. versum 8; quem non erit alienum paulo accuratius hic perpendere, quum nonnullam habeat difficultatem, non in ipsis verbis (quæ hujusmodi ברוח קדים תשבר אניות תרשיש valde plana sunt) sed habito respectu ad seriem orationis atque ad præcedentia, cum quibus hæc videntur parum cohærere. quippe vers. 6. ac 7. dixerat David, Reges, qui contra populum Dei fœdus inierant, injecto divinitus pavore, perculsos atque attonitos obstupuisse, & contremuisse; doloribusque, quales sunt parturientis, eos correptos fuisse. cum istis autem quomodo conveniat hic versus, qui iis proxime subjungitur, id verò non satis liquet; præsertim si תשבר habeatur non pro *tertia fœminina*, quæ ad רוח referatur, sed pro *secunda masculina*, qua Propheta Deum alloquatur, quod majori Interpretum parti. Sept. Chald. Hier. Pagn. Munst. Calv. Trem. Osian. Piscatori, aliisque multis placuit. Certe Cast. adeo importunam putavit ejus insertionem ut nullam ejus rationem habuerit, eumque plane præterierit; nimiâ sane ac non tolerandâ temeritate, & quam ipsum & correxit in secunda editione, ubi eum apposuit sic conversum, *Quomodo Eurus frangit naves Cilicas*, pro ברוח legens כרוח, per *caph* loco *beth*. & sane cum illa lectione omnia essent planiora, orationisque series clarius cohæreret: quare etiam Zuing. Tigurini, acsi ita scriptum esset in Hebræo, reddiderunt, *Quomodo quum Noti procella marinas naves comminuit*: *Quomodo ventus Orientalis confringere solet marinas naves.* sed alteram lectionem, per *beth*, non modò

codicum

codicum Hebræorum consensus firmat, sed & Veterum Interpretum, Græci, Syri, Chaldæi, Hieronymi, qui omnes quatuor ita verterunt, ut appareat eos ***beth***, non ***caph***, hic legisse : ἐν πνεύματι βιαίῳ· בקדים תקיף : ברוחא עשינתא : ***in vento urendinis*** : quibus adjungere etiam licet Aquilam & Symmachum, quorum alter ἐν ἀνέμῳ καύσωνι, alter δι' ἀνέμου βιαίου transtulit. Sed & Masoræ testimonio vera lectio amplius stabilitur : quippe ea hic adnotat ברוח קדים bis inveniri, hîc, & Exod. 14. 21 : ubi absque controversia legendum per ***beth***, quum sensus consistere non possit, si per ***caph*** legatur. & ad illum Exodi locum Masora parva itidem notat ברוח קדים bis inveniri; quod verum non esset, si hic aliter quàm per ***beth*** legeretur. prætereaque Ierem. 18. vers. 17. ad כרוח קדים parva Masora notat, eas dictiones sic conjunctas non alibi extare; quod secus foret, si hic Psal. 48. quoque כרוח קדים scriberetur. Quum igitur de vera hujus loci lectione certissimo constet, non pro libitu eam immutare, sed aliam ejus exponendæ rationem inire debemus.

6. Sicuti autem improbamus Cast. Zuing. & Tigurinos, qui ברוח in כרוח mutant; ita neque iis accedere possumus, qui verbum verbo reddentes, totam rem in integro relinquunt, neque difficultati illi, de qua modò dicebamus, medentur (ut probum Interpretem decet) apertiori translatione : quod fecerunt longe plurimi, videlicet & illi omnes, quos modò dicebamus תשבר habere pro secunda masculina, & alii præterea multi ibi à nobis haud nominati. Quanquam sane hic nulla talis est difficultas, ac proinde haud aliter vertendus hic locus, quàm ipsi verterunt, si vera est aut expositio R. Salomonis (qui hæc ***allegoricè*** dicta putat, ita ut per Eurum פורענות הב"ה ***ultio divina***, per אניות תרשיש autem הרשעים ***impii*** intelligi debeant) aut altera, cujus commeminit Chrysost. quòd nimirum historice atque ad literam hæc accipienda sint de copiis hostilibus in mari, per quod navibus contra Judæos veniebant, tempestate dis-jectis ac obrutis, ναυλικῷ χρησάμενοι στόλῳ, καὶ παραγενόμενοι ἐκ μακρᾶς τινὸς καὶ ἀλλοτρίας χώρας, ὥσπερ τινὶ πνεύματι βιαίῳ τῇ ὀργῇ τοῦ Θεοῦ πάντες ἀπώλοντο, ***classe advecti ex peregrina & longinqua regione, irâ Dei tanquam violento vento omnes perierunt*** : id quod arrisit Osiandro, qui sic hunc versum παραφράζει, ***Siqui hostes per mare veniant ad opprimendum regnum Judæ, & ad evertendam urbem sanctam, tu tamen prius eas naves in ipso mari per tempestates confringes, quam ad littus appulerint.*** Sed neutra harum expositionum probabilis videtur. prior quidem, quia

tum

tum רוח קדים tum אניות תרשיש nusquam alibi in tota Scriptura ita absolute usurpantur in *metaphorico* illo sensu, quem Jarchi iis tribuit; eumque non adeo commode, ita ex abrupto, recipere queunt. posterior autem, ob rationem à Bucero allatam his verbis, *Nusquam legimus hostes Israelis per mare venisse, ut navium eorum confractio hic commode narraretur:* cui rationi addi etiam altera potest, quod אניות תרשיש non tam naves longas sive actuarias, qualibus ad bellum proficisci copiæ militares solent, quàm onerarias sive mercatorias significat, quæ ad vehendum militem rarius adhibentur.

7. Melius igitur est, ad reddendum sensum apertum, & tollendam dictam difficultatem, ut statuamus hic desiderari notam similitudinis, cujus defectum & aliis multis in locis observare est. eorum nonnulli adducuntur à Drusio in tract. de literis *bichlam*, atque à Glassio lib. 4. Philol. Sac tract. 1. observ. 3. quibus addantur etiam isti: Mich. 3. 12. ציון שדה תחרש Sept. *σιὼν ὡς ἀγρὸς ἀροτριωθήσεται*: Hier. *Sion quasi ager arabitur*: Kimchi, כשדה תחרש.— Psal. 119. 119. סיגים: Hier. *quasi scoriam*: Esraid. חסר כ"ף — Deut. 28. 23. והיו שמיך — נחשת והארץ — ברזל Onkelos, ויהון שמיא — חסינין כנחשא וארע׳ — תקיפ׳ כברזל Esraides, נחשת כנחשת וכן ברזל — Cant. 2. 15. עיניך יונים, Esraides, כעיני יונים — Cant. 7. 4. עיניך ברכות, Sept. *οἱ ὀφθαλμοί σου ὡς λίμναι*. Syr. עיניכי איך ימכהא Hieron. *oculi tui sicut piscinæ*.— Thren. 4. 7. ספיר גזרתם, Esra. כאלו נגזרו מספיר. —— Jobi 7. 9. כלה ענן, Sept. *ὥσπερ νέφος ἀποκαθαρθὲν*. Symm. *καθάπερ ἀναλωθεῖσα νεφέλη*. Syrus, איך דסיפא עננא. Chaldæus, הכמא דפסק חננא Hier. *sicut consumitur nubes*. Job 11. 12. ועיר פרא אדם יולד. Græc. *βροτὸς ἢ γεννητὸς γυναικὸς ἴσα ὄνῳ ἐρημίτῃ*. Hieron. *tanquam pullum onagri se liberum natum putat*. Raschi כעיר פרא. Esraides, כמו עיר — 2. Sam. 1. 21. בלי משיח. Hier. *quasi non esset unctus oleo*: Kimchi, כאילו לא היה משוח: similiterque R. Esaias; necnon Raschi, נעשה כאילו לא נמשח — Psal. 68. 14. כנפי יונה נחפה בכסף, Targum דדמיא ליונתא: Kimchius, תהיו לבנים כבנפי יונה שהדמה כאילו נחפה בכסף, Esraid. אתם לבנים כמו יונה — Psal. 14. 4. אכלו לחם. Esraides כאילו אכלו לחם: Kimchi, כמו שיאכלו הלחם Raschi, כאוכלי להם אשר נדמה להם לחם: Symm. *ὡς ἄρτον*: Hieron. *ut cibum panis*. —— Esa. 60. 9. בראשנה. Syrus, איך דבקדמיתא. iisque adjungatur etiam בכור שורו Deut. 33. 17. de quo lib. 3. cap. 1. §. sexto locuti sumus.

8. Quomodo igitur in omnibus istis locis, ita hic quoque similitudinis nota deesse censenda est. eâ autem extrinsecus assumtâ, duo

exurgunt sensus (parum tamen invicem discrepantes) prout verbum תשבר pro *masculino* aut *fœminino* habetur. namque si fuerit *secunda persona masculina*, atque ad Deum referatur, mens horum verborum ista erit, *Sicuti vento subsolano frangis naves Tartessiacas* [*ita eos frangebas*, sive, *ita fracti fuerunt.*] Ita hunc locum exponit Calvinus *Non secus afflictos & exitio demersos fuisse Ecclesiæ hostes, ac Deus subitis procellis Ciliciæ naves in profundum dejicit* : similiterque Anglica Genevensis, [As] with an east wind thou breakest the ships of Tharsis, so were they destroyed : neque aliter Belgica in scholiis, quum in textu ipso presse ac κατὰ πόδα verterit. Quodsi תשבר sit fœmininum, atque nomen רוח respiciat, tunc altera hic subest ellipsis, nimirum *relativi* אשר, ac sensus à priori aliquantulum diversus efficitur : quod tamen non omnibus illis Interpretibus, qui ita hæc verba capiunt, videtur; quum fere eandem sententiam, ac priores, hinc excudant. Diod. sic transfert : [*Furono rotti come*] *per lo vento Orientale*, [*che*] *rompe le navi di Tharsis.* itidemque alter Italus [*Eglino furono dissipati come*] *dal vento d'Oriente*, [*il quale*] *fracassa le navi di Tharsis* : & Gallica Vetus, [*Ils ont esté dissipez comme*] *par le vent d'Orient*, [*qui*] *despece les navires de la mer.* Sed & Chrysost. accommodans se ad eos Interpretes, qui תשבר cum רוח construunt, consimilem affert expositionem, ταυτὸν γέγονεν, ὥσπερ ἂν εἰ στόλου πολλοῦ ναυτικοῦ συνειλεγμένου, πνεῦμα ἐμπεσὸν χαλεπὸν συντρίψειε πάντα τὰ πλοῖα, &c. *idem evénit, acsi magnâ classe conductâ, validus ventus irruens omnes naves frangeret* : ac mox rursus, ὥσπερ τὰ πλοῖα Θαρσεῖς ἄνεμος χαλεπὸς ἐμπεσὼν συνέτριψε πολλάκις, οὕτω δὴ τὰ πλήθη ἐκεῖνα διετάραξεν ὁ Θεός, *ubi aliquanda naves Tharsis validus ventus irruens frangit, ita copias illas disturbavit Deus.*

9. Mihi profectò rectius videtur, ut תשבר sit *fœmininum*, atque ad רוח referatur, sed ita ut totum hoc membrum תשבר אניות תרשיש sit duntaxat *expletivum* atque *epitheti* vicem gerat, appositum ad insignem Euri violentiam evidentius ob oculos ponendam; priora autem verba ברוח קדים cohæreant cum initio præcedentis versus רעדה אחזתם quod hic ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum sit; ut duorum horum versuum iste sensus atque nexus fit : *Ibi apprehendit eos tremor, dolorq́, veluti parientis: tremor, inquam, apprehendit eos, acsi concussi essent vento subsolano cujus tanta est violentia, ut in mari maximas quoq́, ac firmissimas naves frangat.* Ita hæc nobiscum exponit Kimchius, כאילו הוכו ברוח קדים עוה שתשבר אניות תרשיש *acsi percussi essent vento Euro violento, qui solet frangere naves Tharsis* :

sequun-

sequunturque eum Genevenses, [*comme*] *par le vent d'Orient, qui brise les navires de Tharsis.* Bucerus autem, quanquam nobiscum sentit, quantum ad posterius membrum (de quo sic ipse, *subaudiendum hic* אשר *ut istud*, franget naves Tharsis, *sit descriptio virtutis hujus venti*) prius tamen aliquanto aliter capit, non de tremore hostium, sed de ipsorum dissipatione, *Vates, propter vehementissimam illam hostium consternationem atque disjectionem dicere voluit, velut per Eurum ventorum tempestuosissimum fuisse disjectos & dissipatos.* atque ut ita exponeret, inductus fuit illis Jerem. 18. 17. כרוח קדים אפיצם. sed ratio non est utrobique eadem. ibi enim *dispergendi* seu *dissipandi* verbum expresse additur. hic verò quum nulla ejus vel in ipso versu, vel in præcedentibus aut sequentibus mentio fiat, durius fuerit, illud extrinsecus assumere. Interim locus Jeremiæ non parum facit ad hunc illustrandum, quum ex eo quoque appareat, quanta fuerit in illis regionibus Euri venti violentia (quæ ex Jobi 27. 21 etiam clarissime percipitur) cujus violentiæ ratione, ejus hic mentionem injecit Propheta; quod & à Mollero rite observatum. quare bene sane Sept. verterunt ἄνεμον βίαιον, habito magis ad sensum quàm ad ipsam vocem respectu, longe melius quàm Hier. qui *ventum uredinis* vertit, valde aliene; quia licet ista quoque in illis tractibus una sit de hujus venti proprietatibus, ut sata lædat ac deurat, ejus tamen mentio minime hic est opportuna. Eam verò Euri violentiam ut amplius declararet Psalmista, adjecit, ut diximus, membrum istud תשבר אניות תרשיש q. d. acsi in illos irruisset Subsolanus, vehementissimus ille ventorum, cujus tanta est violentia, ut non ab alio plura naufragia efficiantur.

10. Esse autem Eurum in illis regionibus præ cæteris ventis navifragum, præterquam ex hoc loco, etiam ex illo Ezech. 27. 26. רוח הקדים שברך בלב ימים clare percipitur: itemque ex Act. 27. 14: ubi ventus, quo excitata fuit sævissima illa 14. dierum tempestas, copiose in eo capite descripta, qui-que ἄνεμος τυφωνικὸς, i. e. *ventus vorticosus ac procellosus* à S. Luca indigitatur, propria appellatione vocatur εὐροκλύδων, q. d. *Eurus undosus.* Et ab externis quoque Scriptoribus discere licet, Eurum in mari mediterraneo ventum esse præ cæteris tempestuosum (qualis fere in his maribus est Caurus) ac Ovidius 11. Metam. sævissimam illam Tempestatem, qua Ceycis navis fracta ac submersa fuit, ab Euro concitatam narrat,

Quum mare sub noctem tumidis albescere cœpit
Fluctibus, & præceps spirare valentius Eurus, &c.

Similiter Silius, decimo Punicorum,

Sic Lagea ratis, vasto velut insula Ponto
Conspecta, illisit scopulis, ubi nubifer Eurus
Naufragium spargens, &c.

uti & libro sexto,

Tartareus turbo, atq; insano savior Euro
Spiritus erupit. ——

CAP. IX.

Versum dicimum capitis 23. Esaiæ pessime transtulerunt Græci: Vera hebraici textus lectio suffragiis Syri, Chaldæi, & Hier. stabilita. 2. & 3. *Variæ interpretationes prioris hemistichii,* עברי ארצך כיאר בת תרשיש. 4. *Refutatio istarum expositionum.* 5. *Per* כיאר *non posse hic intelligi celeritatem, ut plerique volunt; quia comparatio cum flumine exundante, vel cum flumine simpliciter, non celeritatem sign. Hebræis, sed copiam & multitudinem.* 6. *Et quia per* יאר *non quivis fluvius, sed Nilus peculiariter significatur.* 7. *Nostra interpretatio istorum verborum,* עברי ארצך בת תרשיש. 8. *Verbum* עבר, *uti hic, ita alibi sæpe significare* proficisci, pergere; *& crebram esse in Hebræo sermone* ellipsin particulæ motum ad locum significantis, *(qualem nos hic statuimus) exemplis docetur.* 9. *Quid per* כיאר *hic significetur. Duriores comparationes hebraico sermoni familiares.* 10. *Comparationes ab aqua, mari, fluctibus, æque ac à fluviis, omnes copiam & abundantiam Hebræis denotant.* 11. *Trem. ac Pisc. ex parte, Musculus autem in totum nobis de sensu istius hemistichii consentit.* 12. *Sensus* τȣ̃ כיאר *à Iarchio & Kimchio attributus, probabilis quidem, alteri tamen à nobis allato postponendus.* 13. *In posteriore hemistichio istius versus, Esa. 23. 10.* כי אין מזח עוד, *à Syro* מזח *male pro* participio *habetur.* 14. *Aliorum Interpretum unanimis consensus in hujus hemistichii interpretatione.* 15. *Qui sensum ejus omnes pariter ignorarunt.* 16. מזח *hic significare* munimentum, *idem quod* מעוז *versu 14. quæ ipsa vox ibi atque alibi sæpe, parum intellecta à majore Interpretum parte.* 17. *Sensus istius hemistichii amplius declaratur.* 18. *Tyrus* מזח *dicta ob munitissimum ipsius situm.* 19. *Qui idem fuit tempore Nebuchadnesaris, ac tempore Alexandri Magni. Quo sensu Esa. 23. 4.* מעוז הים *appelletur.*

Priusquam

PRiusquam à *Tharsis* sive *Tartesso* discedimus, enucleare statuimus versum decimum capitis 23. Esaiæ, qui ita se habens, עברי ארצך כיאר בת תרשיש כי אין מזח עוד, non satis certum est, quomodo exponi debeat; præsertim quoad prius hemistichium, ob singularem fere in eo vocum ambiguitatem. Sept. ut alibi creberrime, ita hic quoque mirifice hallucinati sunt, totumque versum ita infœliciter transtulerunt, ut vix vestigium Hebræi textus repræsentaverint: ἐργάζου τὴν γῆν σου, καὶ γὰρ πλοῖα οὐκέτι ἔρχεται ἐκ Καρχηδόνος, *cole terram tuam, non enim naves amplius veniunt Carthagine.* pro עברי per *resch* legerunt עבדי per *daleth*: cætera verò quomodo legerint, vix divinari potest. Sed veræ lectioni, quam codices Hebræi nobis exhibent, non modò Hier. (qui & in commentariis adnotat, *Editionem Sept. in hoc loco multum à cæteris Interpretibus, & ab ipso Hebraico discordare*) ac Chald. sed & Syrus confirmat, qui omnes ad verbum ita legerunt, quomodo nos hodieque legimus; quod ex ipsorum interpretamentis apparet: *Transi terram tuam, quasi flumen, filia maris, non est ultra cingulum tibi.* גלי מארעיך כמא נהרא ערוקי למדינת ימא לית תקוף עוד *Verbum* ערוקי, ut solet, de suo inseruit; ac בת תרשיש vertit מדונת ימא (quomodo etiam solitarium nomen תרשיש vertit Esa. 66. 19.) ac מזח non ζώνα, ut Hier. sed ex *metaphorico* significatu, in quo hic sumitur, תקיף transtulit. Syrus מזח ne habuit quidem pro *nomine* omnino, sed pro *participio*, cui *pronomen* de suo addidit (quod & Hier. fecit alio modo) לות תוב דדחק לכי, *non est amplius qui te impellat*: reliqua verò valde pressè reddidit, עברי ארעכי איך נהרא ברת תרשיש

2. Hier. uti apparet, עבר in vulgatiore significatione accepit, ac consequenter ארצך pro *accusativo* habuit, & בת תרשיש pro *vocativo*: quod etiam fecerunt Zuing. Pagn. Cast. (qui vertit *peragra*) Forer. Musc. Osia. Luth. Genev. & Anglica nova. & hi בת תרשיש habentes pro *vocativo*, putant ipsam Tyrum ita appellari; quod putavit & R. Salomon, cui rationem etiam ejus appellationis (sed falsam, atque à falso vocis *Tharsis* intellectu petitam) apponit, בת תרשיש צור היושבת בים תרשיש, similiterque Mollerus, *filia maris*, i. e. *Tyrus, seu cives urbis Tyri, qui nunc in mare habitatis.* Alii cum Chaldæo putant ארצך esse *ablativum*, subaudiendo *præpositionem mem* ante ipsum; & בת תרשיש in *accusativo* capiunt, atque ad Tyrum (æque ac priores, quibus בת תרשיש est *vocativus*) sermonem dirigi rentur. Ita Munst. & Calv. *Transi de terra tua ad filiam Tharsis:*

 eodem-

eodemque modo Italus, Gall. vetus, & Valera. Stephanus quoque atque Oleaster, quanquam ארצך pro *accusativo* habuerunt, idem tamen cum istis senserunt, utpote sic interpretati, *transi terram tuam ad urbem Tharsis:* quomodo etiam Gall. vetus reddidit. iisque Mariana quoque consentit, necnon David Kimchi, qui hæc verba sic παραφράζει, עברי ארצך וגלי משם לבת תרשיש כלו' לעדת תרשיש ובת תרשיש חסר ל' השימוש, *transi terram tuam, inde-que emigra, ad filiam Tharsis, id est, ad multitudinem Tharsis. ante* bath Tharsis *deest* lamed *ministeriale.*

3. Quantum ad vocem כיאר, quam Hier. & Osia. *tanquam flumen,* Tig. Musc. & Calv. *instar fluminis,* Cast. *ritu fluminis,* ambigue transtulerunt, eam Pag. Mont ac Ole. pro *accusativo* habent, *tanquam fluvium, rivum;* similiterque Forer. qui locum hunc sic interpretans, *Pertransi patriam tuam, quasi rivum, filia Tharsis,* eum mirifice exponit, acsi propheta per *terram* sive *patriam Tyri* voluisset ipsum mare intelligi (*quia marinis transvectionibus tota dedita,* ac filia maris *hic vocetur;* quod posterius argumentum esse nihili, apparet ex iis quæ capite septimo diximus) quod jubeatur transire, sicut flumen transitur; *filia maris cum sis transi mare, perambula patriam tuam, &c.* neque multo aliter sensit Mariana, qui ista Vulgatæ verba, *transi terram tuam quasi flumen,* sic explicat, *cives tuos transfer, quasi mare esset flumen, ne moras nectas.* ita etiam Zuinglius, *Transi terram tuam quomodo flumen transitur:* & Esraides quoque, præter alteram expositionem, de qua mox dicemus, etiam hanc proponit ut minime improbabilem, עברי ארצך כמעבר היאר, *transi terram tuam, sicuti trajicitur flumen:* similiaque etiam ab Oleastro dicuntur. Alii verò existimant כיאר esse *nominativum,* ita ut illud, *transi tanquam flumen,* eam vim habeat, acsi diceretur, *transi sicut fluvius transit;* putantque hac similitudine indicari celeritatem fugæ, ad quam Tyrios hortetur Propheta. ita Stephanus, *instar fluminis, id est, celerrime, antequam te occupet hostis.* Mollerus, *Iubet Tyrum se quàm velocissime instar fluminis aliò recipere, & migrare ad vicinos.* Osia. *Tu velociter per terram tuam, quam habes in continente, abibis in exilium.* & hanc expositionem Mariana quoque alteri admiscuit, verbis illis *ne moram nectas;* ac mox apertius, & seorsim *velociter ut aquæ fluminis fuge.* Drusius etiam, 4. Observ. 14. istis addi potest: quibus omnibus præivit Abenesra, qui כיאר exponit מהרה מהרה כרוץ היאר, *celeriter, sicuti currit fluvius;* eamque expositionem etiam Kimchi adducit secundo loco, כמו היאר שעובר במהרה *sicuti fluvius, qui velociter transit.* Lyranus verò iis de celeritate consentiens,

tiens, addit præterea perennitatem sive assiduitatem, *quasi flumen)* *i.e. ad modum fluminis continuè & velociter currentis.*

4. Hæ omnes expositiones habent quod illis objici possit, ac quare admitti non debeant. Sane quantum ad illos pertinet, qui עברי ארצך vertunt *transi terram tuam*, illi ferri non possunt; cuum *transire* vel *peragrare terram* nequeat significare *excedere* vel *aufugere è terra*: de fuga autem ac emigratione sermonem hic esse, evidens est, cunctique fere Interpretes fatentur, atque etiam non pauci de ipsis, qui hæc ita interpretantur. Sed neque altera expositio, qua ארצך accipitur pro מארצך, stare potest; quia cum Hebrææ linguæ consuetudine pugnat ista phrasis, neque ullus præterea in tota Scriptura extat locus ubi verbum *motum de loco* significans nudo nomini jungatur, ista *præpositione* non expressâ. Qui בת תרשיש de Tyro intelligentes in *vocativo* capiunt, redarguuntur à vera vocis תרשיש significatione, quum planum sit, Tyrum nullo modo posse vocari *filiam Tartessi*, nisi si ut in אניות תרשיש, ita hic quoque תרשיש *appellative* sumeretur, ut *multitudo* (id denotat בת in hujusmodi locutionibus) *Tartessiaca* significaret *multitudinem negotiationibus deditam instar Tartessiorum*: quod mihi quidem non fit verisimile, quum ob alia, tum quia בת *multitudinem* non quamcunque, sed *aboriginum ac indigenarum* significat. quare etiamsi אנשי תרשיש de mercatoribus quibusvis, ac non Tartessiacis, dici posset בת תרשיש tamen nequiret de aliis, quàm qui revera, & origine ac patria Tartessii sunt, intelligi. Sed neque ita exponi valet בת תרשיש, quomodo alteri exponunt; tum quia ista expositio per se corruit, sublato fundamento cui innititur, quod ארצך positum sit pro מארצך; tum quia בת nunquam ipsam terram sive regionem, sed populum ac cives significat.

5. כיאר nemo pro *accusativo* habet, nisi qui ארצך eodem modo accipit; quare non est ut contra hoc plura dicamus: quum jam diximus, ארצך non posse hic esse *accusativum*. Qui verò hac similitudine velocitatem indicari putant, bene facerent, si probarent Scripturam alibi ita loqui; quod neque faciunt neque facere possunt. Sicuti enim comparatione fluminis angusti *celeritas simul ac impetus* declaratur Esa. 59. 19. (qua de re nos libri primi cap. 2. multa diximus) ita quoties vel flumini simpliciter, vel flumini exundanti aliquid confertur nihil aliud nisi *multitudo & copia* eo denotatur; uti comperiet, quisquis attente perpenderit locos illos libro ac capite dicto à nobis indicatos; quibus addi etiam potest Esa. 48. 18. ויהי כנהר שלומך

pro-

prosperitas tua fuisset instar fluvii, ubi non tam de *perennitate* loquitur Propheta (sicuti nonnulli putaverunt) quàm de *abundantia*, uti recte monuit Kimchi, ד״ל כמימי הנהר שהם רבים *id est, sicut aquæ fluminis, quæ multæ sunt*: neque aliud in mente habuit Jonathan, כנהר ita circumloquens, כשפע נהר פרת, *sicut exundatio fluvii Euphratis*. & idem quoque senserunt Recentiorum plerique, Tigur. (qui verterunt, *redundaret instar fluvii pax tua*) Munst. Cast. Maria. itemque Calv. qui hunc locum sic enarrat, *tibi longe uberrima bonorum omnium copia fluxisset*: similiterque. Musc. *Esset sicut fluvius pax tua*, i.e. *copiosa & jugi pace pariter ac justitia fruereris per fluvium quippe & fluctus maris nihil aliud, quàm copiam & abundantiam exprimere voluit*. & ante omnes istos Hieron. *Fuisset sicut flumen pax tua, & justitia tua sicut gurgites maris*) *abundantiam omnium rerum copiamq; significans*. Et ita externos quoque Scriptores ista comparatione usos comperio, atque *aquarum fluvii* imagine summam rerum copiam indicasse. Plut. in tract. περὶ πολυφιλίας. Ὅσσον ὕδωρ κατ' Ἀλιζόνος, ἢ δρυὸς ἀμφὶ πέταλα, τοσοῦτον πλῆθος εὑρήσεις ἁμαρτημάτων ἐν τῷ βίῳ, *Quantum aquæ est in Alizone fluvio, aut circum quercus folia, tantam multitudinem peccatorum invenies in vita*: quod testimonium geminum est, quum & Plutarchus hac collatione ita utatur, & poetam, cujus hexametrum usurpat, idem fecisse appareat. similiter Æschylus Supplicibus, Κακῶν δὲ πλῆθος ποταμὸς ὡς ἐπέρχεται· & locus quoque ille Amos 8.8. ——ועלתה כיאר כלה eundem habet sensum; sicuti alio loco (controversum enim est, & à multis longe aliter capitur) demonstrabimus.

6. Quodsi vel maxime Scriptura similitudine à fluviis petitâ *incitationem ac pernicitatem* interdum soleret adumbrare, hic tamen locum illa expositio non haberet quandoquidem in textu non כנהר sed כיאר scriptum est: יאר autem non est generale nomen ut נהר & נחל, sed Nilo peculiariter attribuitur, & rarissime aut nunquam de ullo alio fluvio usurpatur, sicut & *plurale* ejus יארים de variis alveis & canalibus, in quos scinditur Nilus, solummodo dicitur. nam quod Hieron. in comm. ad hunc locum dicit, יאר significare *rivulum* (unde porro excudit hanc istius membri explicationem, *sicuti* יאר *facile transitur pede, ita & tu terram tuam in captivitatem ducta transibis*) id fidem non meretur. Jam Nilus valde lenis ac placidus Ægyptum secat (sicuti libri primi capite secundo è Plinio diximus) propetereaque ipsius mentio ad significandum id, quod illi volunt, minime omnium fuisset accommodata, sed pro eo vel generale vocabulum נהר aut נחל, vel

vel rapidi alicujus fluvii nomen adhibere debuisset propheta, si celeritatem hic in animo habuisset.

7. Ego itaque existimo, Prophetam hic alloqui negotiatores omnes exteros, mercium permutandarum ergo Tyri pro tempore degentes, qui significentur per, בת תרשיש non quòd ea appellatio ad cujusvis nationis mercatores pertineat, sed quia nominatis præcipuis (quales ibi erant Tartessii, tum numero, tum dignitate; quod etiam animadvertit, atque ad 13. hujus capitis versum adnotavit Kimchi, רוב האניות הים בתרשיש והסוחרים היו באים משם באניות ללכת לצור או לצידון *plurimæ naves erant in Tharsis, quibus Mercatores inde veniebant Tyrum ac Sidonem*) etiam reliqui subintelliguntur. Jam quomodo versu 6. ipsos Tyrios hortatus fuerat Propheta, ut relictis patriis sedibus, in longinquas oras, ac ad ipsam Tartessum aufugientes, venturæ calamitati ac perniciei se subtraherent; ita hic omnibus istis mercatoribus exteris suadet, tempestive excedant Tyro (ne diutius morati, atque obsidione ejus intercepti, excidio ipsius involverentur) atque in suam quisque patriam se recipiant; id quod vocibus illis עברי ארצך significatur.

8. עבר enim idem hic valet, quod Latinis *pergere, proficisci, se conferre, abire, discedere,* quomodo bis præterea hoc ipso capite sumitur, versu 6. עברו תרשישה, Sept. ἀπέλθετε εἰς Καρχηδόνα, & vers. 11. כתיים קומי עברי, Sept. καὶ ἐὰν ἀπέλθῃς εἰς Κιτιεῖς. Pro *abire* vel *pergere* sumitur etiam Num. 22.26. Jos. 10.29, 31. 1 Reg. 19.19. in quibus omnibus locis Græci itidem ἀπέρχετο verterunt (quomodo etiam Hieron. 1 Reg. 19. transtulit *inde profectus*) itemque 2 Paral. 21.9. ubi iidem ᾤχετο verterunt: necnon 1 Sam. 27.2. 2 Sam. 16.9. Jos. 6.7. Esth. 4.17. in quorum locorum primo Hieron. *abire,* in altero *vadere,* in reliquis *ire* reddidit. Quantum verò ad omissionem τοῦ *lamed* vel *el* ante ארצך, ad significandum *motum ad locum*, eam quoque non esse inusitatam, vel ex verbis illis è proximo versu modò adductis, כתיים קומי עברי, ubi ante כתיים similiter desideratur, satis apparet. & plurima passim exempla occurrunt, ubi nomina cum verbis *motum ad locum* significantibus constructa, neque *el* aut *lamed* præfixum habent, neque *he* in fronte aut tergo (quæ litera eandem ibi cum *lamed* aut *el* vim habet) de quibus paucula hic apponimus: Prov. 18.8. ירדו חדרי בטן Hieron. *perveniunt usque ad interiora ventris* Thren. 2.1. השליך משמים ארץ Hieron. *projecit de cælo in terram.*—— Jer. 20.6. ובבל תבואא, Hieron. *in Babylonem venies.*— 1 Sam. 20.6. לרוץ בית לחם, Hier. *ut abiret in Bethlehem.*—

Cant. 1. 4. הביאני המלך חדריו Hieron. *introduxit me Rex in cellaria sua.*——Exod. 4. 19. לך שוב מצרים Hier. *vade & revertere in Ægyptum* — 2 Par. 8. 3. וילך שלמה חמת, Hieron. *& abiit in Emath* : & 18. 3. התלך עמי רמות Hieron. *veni mecum in Ramoth.*—Deut. 33. 19. עמים הר יקראו Hieron. *populos ad montem vocabunt.* Psal. 11. 1. נודו הרכם, Hieron. (omisso affixo) *transvola in montem*, & ita Jos. 10. 29. (quem locum paulo ante alia occasione allegabamus) *ellipsis* ista est cum ipso hoc verbo עבר, æque ac in hoc alteroque hujus capitis Esaiæ loco ויעבר——ממקדח לבנה. Itaque ארצך positum hic est pro לארצך vel אל-ארצך.

9. Quantum ad כיאר attinet, puto eo significari, quod multitudinem mercatorum omnem Tyro simul excedere jubeat Propheta, q.d. sicut ingentem aquæ multitudinem Ægypto invehit ac superfundit Nilus annuâ illâ suâ inundatione (ad quam respici in hac comparatione, vel ex Amos 8. 8. colligi potest) ita vos omni multitudine patriam repetite, & confertim ac agmine facto abscedite. Et sic fere eadem similitudo usurpatur Jerm. 46. 8. מצרים כיאר יעלה ubi recte Mariana, *Quum eâ sint multitudine, ut quasi flumina terras tegant.* Nobis quidem Europæis dura est ista locutio, ut *abite instar Nili* dicatur pro *abite confertim ac magno agmine, cujus multitudo referat quodammodo multitudinem aquarum Nili Ægyptum inundantis*; sed Hebraico sermoni duriores ejusmodi comparationes satis sunt familiares. Ita videmus 1 Reg 4. 29. sapientiam, prudentiam, ac intellectus capacitatem, marino sabulo comparari ad *magnitudinem* earum exprimendam (ויתן אלהים חכמה לשלמה ותבונה הרבה מאד ורחב לב כחול אשר על שפת הים) qua comparatione in nostris linguis nihil insolentius dici potest.

10. Et ne ab aquis discedamus, illa in hoc ipso Propheta similitudo, cap. 11. vers. 9. כי מלאה הארץ דעת את-יהוה כמים את-ים מכסים si ad verbum reddatur, *Repleta est terra cognitione Domini, sicut aquæ mare operiunt*, durissima videbitur; quum ipse sensus (quem breviter ac probe sic explicat Mariana, *scientia erit copiosa ut aqua*) nequaquam sit durus, si verbis ad nostrum loquendi morem accommodatis efferatur, *Tantum cognitionis Dei est in terra, quantum aquæ est in mari*; vel, *Terra tam plena est cognitione Domini, quàm mare plenum est aqua.* Idem judicium esto de sequentibus : Thren. 2. 13. גדול כים שברו *destructio ejus magna est ut mare* (cui simillime dixit Æschylus ἅλις ἄβυσσον πέλαγος. & Eurip. κακῶν πέλαγος, de quibus locis Erasm. in Proverbio Mare malorum)

Psal.

Psal. 88. 18. *terrores tui circumdederunt me sicut aqua.*—Iobi 3. 24. ויתכו כמים שאגתי *effusæ sunt querelæ meæ instar aquæ.*—Iobi 27. 20. תשיגהו כמים בלהות, *apprehendet eum consternatio sicut aqua.*— Amos 5. 24. ויגל כמים משפט וצדקה כנחל איתן. *Decurrat jus instar aquæ, & justitia instar torrentis validi.*—Esa. 66. 12. הנני נוטה אליה כנהר שלום וכנחל שוטף כבוד גוים *Derivaturus ad eam sum prosperitatem ut flumen, & opes gentium ut amnem exundantem.*—Ezech. 26. 3. והעליתי עליך גוים רבים כהעלות הים לגליו *immittam in te gentes multas, sicut mare immittit fluctus suos.* Ista, inquam, omnia sic nude prolata, non modò duriora, sed & obscuriora sunt nostris hominibus, adeo ut vix quispiam, nisi Hebraici sermonis consuetudini assuefactus, intellecturus sit, *copiam* tantùm atque *exuberantiam* iis denotari; unde etiam non pauci Expositores in iis percipiendis, atque enarrandis erraverunt, ea-que aliorsum deflexerunt, quum revera nihil aliud nisi *magnitudinem* atque *abundantiam* significent.

11. Porrò in hujus loci expositione Trem. (quem Pisc. ac Belg. sequuntur) consentit nobis, nisi quantum ad כיאר attinet, quod minus probe, eodemque modo ac Lyranus, cujus expositionem §. 8. dedimus, explicat, *indesinenter & cito, ut rivus à natura fertur secundo alveo.* Sed & בת תרשיש valde aliené exponit (inductus nimirum in errorem ab ea opinione sua, quòd *Tharsis mare* significet) *navis Oceani*; & tamen recte vidit sensum sub iis verbis comprehensum, dicens in scholiis, *apostrophen esse ad mercatores exteros*: sicuti etiam Piscator, qui nihilo melius vertit, *filia Oceani*, explicat, *vos populi qui per Oceanum navigatis Tyrum,* satis bene (si pro *oceano* dixisset *mare*) ad sensum, non ad verba ipsius Prophetæ, in quibus nulla *maris* mentio. Priora autem verba probe, & ita fere uti nos facimus, illi exponunt, Trem. *remea in terram tuam*; Pisc. *redi in terram tuam*: quanquam mallem pro *remea* vel *redi* dixissent *abscede* vel *proficiscere*; quod exactius responderet verbo Hebraico, quum alioqui res eodem recidat. Etiam Abenesra duo ista vocabula ad mentem nostram exposuit, עברי אל-ארצך ברחי אל-מקומך, *perge in terram tuam, fuge in patriam tuam*; cui expositioni alteram deinde minus congruam, supra à nobis memoratam, subjungit. Musculus autem de toto hoc loco plane idem nobiscum sentit non modo quod per בת תרשיש mercatores Tharsis, Tyri negotiantes, & per כיאר multitudo ipsorum intelligi debeat, sed & quod per עברי ארצך (quæ tamen verba prave interpretatur, *transi terram suam*) jubeantur patriam suam

 petere.

petere. ita enim scribit: *Alloquitur Tarsum —— erat istis populis dubio procul præ cæteris cum Tyriis multum commercii, quare illos etiam singulariter alloquitur. Transi terram tuam.)* i. e. *relicta Tyro trajice ad terram tuam. Instar fluminis) notat multitudinem Tharsensium, qui Tyrum negotiationum gratia frequentare solebant, quorum recursus ad propria esset instar fluminis.*

12. Similitudinem autem istam כיאר R. Salomon ita exponit, uti neque nobiscum, neque cum alteris istis concordet, כיאר הזה שעולה ומתפשט *sicuti Nilus qui exundans diffunditur*; quod Kimchi amplius diducens, sic proponit, כיאר—יש מפרשים כיאר מצרים שיוצא ממקומו ומתפשט כן תצאי ממקומך אנה ואנה, *Sunt qui* כיאר *exponant, sicuti Nilus Ægyptius exiens alveo suo, se diffundit, ita tu exiens de sedibus tuis, huc illuc [dispergaris.]* & hanc explicationem Mollerus quoque amplexus est, ita tamen ut illam cum altera conjungeret, *Futurum significat, ut cives hujus urbis non multo post desertâ patriâ hinc inde in varias regiones se diffundant, & passim loca ubi latitent quærant —— Diffunde te in varias terras, quas navigiis antea invisebas —— Similitudo præterquam quòd velocitatem fugæ significat, sumta videtur à fluvio exundante, qui longe lateq; in omnes angulos se diffundit.* Hæc expositio si non ad Tyrios ipsos (de quibus isti בת תרשיש male intellexerunt) sed ad negotiatores exteros Tyri degentes dirigatur, qui moneantur huc illuc se diffundere, atque in suam quisque regionem se recipere, sicuti Nilus, tempore exundationis suæ, in omnem Ægyptum quaquaversum se diffundit; nequaquam est improbabilis. Mihi tamen, consideranti morem Scripturæ, ac linguæ Hebrææ, atque tot alios locos, in quibus petita ab aquis & fluviis similitudo copiam ac multitudinem designat, altera expositio, à nobis allata, potior videtur.

13. De posteriore hujus versus hemistichio, כי אין מזח עוד, deque ejus expositione atque sensu concordant omnes fere Interpretes, solo Syro excepto, qui putavit מזח esse *participium hiphil* à verbo זחח sive זוח, cujus *futurum niphal* יזח legitur Exod.28.28 & 39.20. quod Sept. χαλᾶσθαι, *laxari*; Hier. priori loco *separari*, altero (valde laxe) *laxa fluere & moveri* reddidit; Chald. אתפרק, Syrus, verò עבר. quare הזיח in *hiphil* significaret *sejungere, separare*, quod satis multum differt à דחק, *impellere*, quo verbo Syrus hic usus est. sed sive הזיח *sejungere* exponas, sive *impellere*, nullus ipsi hic locus est, quum ista verba, *Non est qui te amplius impellat*, vel *dispellat*, alienissima sint à scopo Prophetæ, qui Tyro non firmitatem ac stabilitatem promittit, sed excidium interminatur.

14. Itaque

14. Itaque מזח non pro *participio* habendum cum Syro, sed pro *nomine substantivo* cum reliquis Interpretibus cunctis; qui unaniniter decernunt, *cingulum*, (quod illa vox proprie sign. quomodo-que eam Hier. Tig. Calv. verterunt; etiam Trem. ac Pisc. conf. militer *zonam* interpretatis) *metaphorice* hic positum, de *robore* ac *viribus* interpretandum: quod etiam sensit Kimchi (qui hoc membrum sic παραφράζει כי אין לך עוד חוזק בארצך *quia nullas amplius vires habes in terra tua*) itemque R. Salomon, qui & rationem reddit hujus locutionis, כל אזור לשון חוזק, *cingulum* [*metaphorice sumtum*] *semper habet significationem virium.* quod Jarchii dictum esse verum, cum ex aliis locis, tum 1 Sam. 2. 4. Psal. 18. 33, 40. ac Psal. 65. 7. satis apparet. & Jobi quoque 12. 18. non alio respectu *cinguli* seu *zonæ* fit mentio, quanquam ibi verba contrarium prima fronte præ se videntur ferre; quod & multis Interpretibus imposuit, eosque à vero istius loci intellectu transversos rapuit: qua de re alibi dicentur plura. Et quum per *cingulum* hic *vires ac robur* intelligi, communis ferat opinio, ideo nonnulli Interpretes directe ita transtulerunt: Pagn. *quia non est fortitudo ultra:* Musc. *nihil est roboris amplius.* Ste. *quia non sunt vires amplius tibi:* Munst. *quum non sit amplius fortitudo in terra tua:* Cast. *non jam est robur.* Forerii verò expositio, dicentis, per ablationem cinguli significari *nuditatem* seu *spoliationem*, quasi diceret Propheta, *Adnatandum jam apta es, discincta es, transi mare, transnata mare mediterraneum. quasi rivulum quempiam*, uti plane singularis est, ita & omni probabilitate caret, neque aliud habet fundamentum, quàm pravam istorum verborum עברי ארעך בת תרשיש, interpretationem; quare non est operæpretium illi refutandæ immorari.

15. Quanquam autem vim vocabuli מזח sic satis hic perceperunt plerique Interpretes, ac viderunt etiam, *ellipsin* hic esse τοῦ לך, pauci tamen aut nulli sensum hujus membri אין מזח עוד assecuti sunt, impediti nimirum falsa opinione, quòd בת תרשיש de ipsa Tyro dicatur; quare putant hic per אין מזח עוד significari, quòd Tyrus viribus ad se defendendam destituta sit. Hier. *Quod infert* [*non est cingulum ultra tibi*] *quem sensum habeat, apertius Symmachus docet* [*non poteris ultra resistere*] *i. e. non habebis vires, nec accinctos ad pugnandum lumbos tuos, ut possis adversariis contra ire:* similiterque Mariana, *non sunt tibi vires ad resistendum:* neque multo aliter Osiander, *Nec ullæ vires erunt tibi amplius, per quas rebus tuis possis consulere.* Sed & Trem. ac Pisc. quanquam recte viderunt, Prophetam verbis illis, בת תרשיש non Tyrum aut Tyrios, sed mercatores exteros Tyri negotiantes alloqui, comma

tamen hoc in eundem cum reliquis sensum exponunt; quod ut facere possint, non לך *tibi* cum illis (quod ipsorum translatio non ferebat) sed לה *ipsi* subaudiunt: Trem. *plane infirma est Tyrus, nulla sunt amplius vires illi, nulla latera, quibus accingatur, aut seipsam confirmet.* Pisc. *nulla zona est amplius, sc. Tyro. i. e. Tyrus amisit omnem tum gloriam, tum potentiam suam.*

16. Ego sicuti cum Trem. ac Pisc. sentio, Prophetam hic non ipsos Tyrios, sed Tartessios aliosque mercatores Tyri negotiationem exercentes alloqui; ita aliis potius assentior in eo, quòd לה non לך subaudiendum putant, idque quia sensus (quem mox exhibebimus) id exposcit; quum alioquin ipse sermo atque Hebraici idiomatis leges non repugnent, quin tam hoc quàm illud extrinsecus assumi queat. Per מזח autem non *vires* aut *robur*, ut isti omnes, neque tamen rem valde diversam, *munimentum* inquam, *munitionem*, seu *locum egregie contra vim munitum* intelligimus: uti מזח idem hic valeat, quòd versu 14. מעוז quæ ipsa vox ibi à plerisque Interpretibus haud recte intelligitur, aut exprimitur. Quippe Hier. Pagn. Munst. Ole. verterunt *fortitudo:* Tig. *robur:* Cast. *potentia:* quum revera non aliud ibi significet, quàm *munitionem*, quomodo verterunt For. Trem. ac Pisc. Græcis quoque similiter interpretatis ὀχύρωμα· idemque etiam Chaldæus fecit, nisi quòd *numerum singularem* in *pluralem* perperam mutavit, — מחוזי תוקפכון *loci vestri fortes.* Syri autem interpretamentum ܥܘܫܢܐ ambiguum est, aliàs *robur* & *fortitudinem*, aliàs *locum fortem ac munitum* significans. cæterùm non hic tantùm, sed & alibi sæpissime, & bis præterea in hoc ipso capite (vers. 4. & 11.) ita in hac voce מעוז peccavit major Interpretum numerus; quæ quum sæpissime ita sumatur, ac nos hic sumendam censemus, pro *munitione*, sive *loco natura vel arte munito* (ut non male putaverit Forerius, in comm. ad hunc versum Esa. 23. 14. hanc esse primariam istius vocabuli significationem; quod & Mercero in lexico Pagnini arrisit) solent tamen illi, non minus in istis locis, quàm in aliis, *vires*, *robur*, *fortitudinem*, aut *potentiam* transferre: ut minus mirum sit, si vim vocis מזח (quæ idipsum non primariò, sed *metaphorice* tantùm significat, præterea-que alibi nuspiam sic usurpatur) hoc loco parum assecuti sunt. Cæterum uti nomen מזח nomini מעוז, ita & totum hoc membrum, אין מזח עוד כי, membro isti, כי שדד מעזכם, respondere existimo: quum non insolens sit Prophetis in hujusmodi prædictionibus, ad majorem sermoni suo emphasin conciliandam, talibus repetitionibus uti, eandemque rem sæpius, modò sub iisdem vocabulis, modò sub diversis, inculcare: cujus rei & alibi passim,

&

& in hoc ipso capite aliquot exempla habemus, super id de quo nunc agimus.

17. Itaque אין מוח עוד exponendum, *non est vobis amplius munitio*: i. e. Tyrus, ubi antehac, dum commerciorum causâ ibi hæreretis, tutissimi eratis contra omnes incursiones, ac contra omnem vim hostilem, brevi non erit amplius, sed in hostium potestatem cadet, atque ab iis exscindetur (namque אין עוד hic, idem valet cum שדוד vers. 14.) quare maturè inde fugite, atque in patrias vestras abite, ne Tyri deprehensi, ejus ruinâ involvamini: siquidem omnis in ea multitudo tempore expugnationis neci mandabitur. id quod fuse exequitur Ezechiel, cap. 27. vers. 27. & 34. ubi dicit כל קהלה *omnem cœtum ejus* interfectum iri בתוכה *in medio ejus*. neque modò אנשי מלחמתה *juventutē ejus bellicam*, sed & מלחיה חבליה מחזיקי בדקה *nautas ejus, gubernatoresque, ac fabros nauticos*, &, quod præcipue huc facit ערבי מערבך *frequentantes mercatus ejus, qui ibi negotiabantur, ac commercia exercebant.* è quibus Ezechielis verbis dilucet, summa ratione Esaiam hortari exteros mercatores, ut relicta Tyro sese fugâ excidio ejus subducant, neque in perniciem suam fidant firmitati ejus, utut munitissima atque inexpugnabilis videretur: quia firmitas ejus obstatura non erat, quin tandem eâ hostes potirentur.

18. Hic est istorum verborum, כי אין מוח עוד, genuinus sensus, eorumque cum præcedenti hemistichio nexus: in quibus quod Tyrus dicitur navium atque mercatorum ibi morantium munitio fuisse (quod & vers. 14. repetitur, ut diximus) id nemo mirabitur, qui legerit, quæ de munitissimo ejus situ obvia sunt apud historicos. quippe & operibus firmissima erat, & mari undique cincta, utpote in parva insula sedem habens, atque 4. stadiorum freto à continente discreta: quod utrumque Arrianus lib. 2. breviter sic exprimit, Καὶ γὰρ μέγα ἔργον ἡ Τύρου ἡ πολιορκία ἐφαίνετο· νῆσός τε γὰρ αὐτὴ ἡ πόλις ἦν, καὶ τείχεσιν ὑψηλοῖς ὠχύρωτο, *Tyri obsidio summopere difficilis apparebat. quippe & insula erat ipsa urbs, ut præaltis muris communita.* Curtius quoque utrumque non minus eleganter quàm breviter depingit istis verbis, *Muros turresque urbis præaltum mare ambiebat.*

19. Loquuntur quidem isti de Tyro, qualis erat tempore Alexandri. sed eundem quoque ejus situm fuisse tempore imperii Babylonici; & post excidium, quod ab iis passa est, non in nova sede, sed in pristinis vestigiis excitatam atque reædificatam fuisse, pro certo habendum est. quippe Ezechiel capitibus 26, 27. & 28. apertissime significat, tum quoque, itidem ac tempore Alexandri, eam mari cinctam, atque

que in inſula locatam fuiſſe, ſitum illi attribuens בְּמַעֲמַקֵּי מַיִם, *in profundo aquarum*, בְּתוֹךְ הַיָּם *intra mare*, atque (quod aliquoties repetit) בְּלֵב יַמִּים *in ipſo maris gremio*. & Eſaias hoc ipſo capite 23. bis (verſ. 2. & verſ. 6.) eam אִי i. e. *inſulam* vocat, eodemque reſpectu eam (verſ. 4.) מָעוֹז הַיָּם appellat, quod non vertendum ἡ ἰσχὺς τῆς θαλάσσης, cum Græcis, ſive *fortitudo maris* cum Hier. Pagn. Tig. Munſt. neque *robur maris* cum Zuinglio, aut *marina potentia* cum Caſt. ſed cum For. Trem. ac Piſc. *munitio maris*, vel potius, *munitio marina*, i. e. munitio etiam aliunde quidem, ſed à mari præcipuam firmitatem habens; ſive, uti Mariana explicat, *eadem, quæ munitiſſima erat, & mari cincta*: quem ſenſum in iis verbis etiam pervidit Forerius, dicens quòd Propheta *Tyrum vocat maritimam munitionem, quòd locus eſſet arte & natura munitiſſimus, & undique mari allueretur.* Kimchi autem, qui Tyrum putat dici מָעוֹז הַיָּם, quia היתה מעוז כל הערים שהם לחוף הים *erat munimentum omnium urbium ad littus maris ſitarum*, ſenſum Prophetæ parum aſſecutus eſt. de quo ne amplius dubitemus, facient iſta Ezechielis cap. 26. verſ. 17. נושבת מימים העיר ההללה אשר היתה חזקה בים היא ויושביה *quæ ſedem habebat in mari, urbs inclyta; quæ cum habitatoribus ſuis firmiſſima erat in mari*: quæ verba, itidem de Tyro prolata, poſſunt eſſe inſtar commentarii ad iſta Eſaiæ, quibus Tyrus מעוז הים vocatur. Iſtis teſtimoniis addi poteſt etiam Joſuæ 19. 29. ubi Tyri mentio quum leviter fiat, tamen inſigne hoc *epitheton* עִיר מִבְצָר ipſi apponitur, acſi præcipue atque præ aliis urbibus, quarum plurimæ ſatis munitæ abſque ulla ejuſmodi adjectione in iſto libro memorantur, illo digna eſſet: itemque ea, quæ Ezech. 29. 18. dicuntur de ſumma difficultate, quam in expugnanda Tyro invenit Nebuchadnezar, & de ingentibus laboribus ac ærumnis, quas excercitus ejus in eo opere perpeſſus eſt.

E quibus omnibus cum appareat, Tyri eundem ſitum eandemque firmitatem fuiſſe priſcis temporibus, & quando à Nabuchodonoſore obſeſſa fuit, ac poſtea tempore Alexandri; patet, quare Eſaias hujus 23. cap. verſ. 14. eam vocet navium ac mercatorum munimentum; & conſequenter, quare hic verſu 10. dicatur iiſdem navibus ac mercatoribus, non amplius ſtare munimentum ſive munitionem ipſorum.

CAP. X.

In vertendis illis verbis Esa. 53. 8. מעצר וממשופט לקח *aliquot errores commissi à Sept. Syro, Chaldæo, & Hieronymo veræ Hebraici textus lectioni suffragantibus.* 2. *Syri interpretamentum vocis* חבושיא עצר, *& Chaldei* עצר יסורין *ac Hier.* angustia, *eodem fere recidunt: & multi Recentiorum istud vocabulum similiter vertunt.* 3. *Aliis* עצר *hic* locum detentionis *aut* carcerem *denotat.* 4. *Hieronymo aliisq́ multis* לקח *hic vim habet* eripiendi *&* liberandi, *& comma hoc ad tempus Resurrectionem Christi insecutum pertinet. Aliis verbum hoc significat,* rapi, pertrahi, duci ad supplicium. 5. *Nostra sententia, comma hoc ad Passionem Christi pertinere, &* לקח *habere significatum* tollendi de medio, *quod & aliis nonnullis visum fuit. verbum illud eodem modo sumi Ezech.* 33. *vers.* 4, 6. *& Jer.* 15. 15. 6. *Pro, inquam admodum significationem,* tollendi & auferendi, לקח *persæpe obtinet.* 7. *Vocabulum* עצר *nequaquam de* carcere *hic posse accipi. qui* angustiam *exponunt, iis videri favere Psal.* 107. 39. מעצר רעה ויגון, *ubi permulti talem significatum ei attribuunt; quum alii* potestatem *seu* tyrannidem *denotare velint. nobis verò neutrum placere, sed de* cœtu *seu* multitudine *vocem istam intelligi.* 8. *Quam expositionem firmamus ex Jerem.* 9. 2. עצרת בוגדים. 9. *Eodem modo, ac Psal.* 107. *etiam hic* עצר *de* cœtu *seu* multitudine *accipiendum; quod nobiscum fecit etiam Zuinglius, qui alioqui mirifice* מעצר *vertit* indictâ causâ: *quod interpretamentum, ejusque ratio, examinatur.* 10. Præpositionem מן *hic significare* [illegible], *ut alibi plus semel. totius commatis* מעצר וממשפט לקח, *vera interpretatio ac sententia. per* cœtum *hic denotari multitudinem Judæorum in Christi necem conspirantium.* 11. *Id quod Evangelistarum verbis prolixè declaratur.* 12. *Amplius explicatur, quare* Cœtus *hic meminerit Propheta, inque eam rem aliquot loci ex Actis Apostolorum advocantur.* 13. *Quid sibi velit* ממשפט לקח, *ac quare* Iudicii *hic meminerit Propheta. tantundem, ac in hoc commate dicitur, summatim expresserunt omnes* 4. *Evangelistæ* 14. *Veram istius commatis sententiam attigit etiam Hieron. in comment. eandemq́ prolixius expressit Forer. sed cum aliqua aberratione.* 15. *In altero istius hemistichii membro,* ואת-דורו מי ישוחח, *vocabulum* דור *nonnullis* sobolem, *plerisque* ætatem *seu* durationem & æternitatem *significat.*

 16. *Utraq;*

16. Utraq; ista expositio redarguitur. τὸ דור *hic ipsos homines significari: quæ significatio isti dictioni perquam familiaris. verbum* ישוחח *declaratur.* *17. Hoc comma esse exclamationem in facinorosam Judæorum multitudinem, qui Christum à Pilato ad supplicium expoposcerunt.* *18. Stephanum ac Forerium nobis in ista expositione consentire. nullum esse in Latina lingua vocabulum, quod τὸ* דור *in isto intellectu exacte respondeat: sed seculum proxime eo accedere.*

IN illustri illa de Servatore nostro Iesu Christo Prophetia, Esaiæ capite 53. comprehensa, aliquammulta sunt vulgo haud satis intellecta, de quibus unum alterumque impræsens excutere decrevimus, puta prius hemistichium versus octavi, & initium versus duodecimi. Hemistichium illud è versu octavo ita se habet, מעצר וממשפט לקח ואת-דורו מי ישוחח cujus membrum admodum incuriose Sept. verterunt, ἐν τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη, *In humilitate judicium ejus sublatum est*: quæ interpretatio stare nullo pacto potest, nisi ut משפטו pro וממשפט rescribatur, & מעצר in diversissimam vocem בעני aliamve quampiam, commutetur. Quod autem Actorum 8.33. iisdem verbis hic locus allegatur, quibus Sept. eum verterunt, id haud satis firmum est pro ipsorum erratis patrocinium; quum Spiritus sancti scopos ibi fuerit non tam singula Hebraici textus verba repræsentare, aut exactam ipsius interpretationem exhibere, quàm sensum ex tota pericocha exurgentem ad præsens negotium accommodare; ad quod accurata singularum vocum pensiculatio haud usque adeo est necessaria: ideoque imperfectior etiam versio in tali casu Allegantis scopo inservire potest: qua de re tota olim in peculiari super ipsa tractatu, ante aliquot annos edito, copiose à nobis actum fuit. Porro genuinæ Hebraici textus lectioni non modò Chaldæus suffragatur, מיסורין ומפורענו יקריב גלותנא (quæ interpretatio licentior in reddendo verbo לקח. priora duo vocabula stricte exprimit) sed & Syrus, (transpositis duntaxat duabus prioribus dictionibus; cujusmodi transpositiones & alibi sæpius usurpat) מן דינא ומן חבושי' אתדבר ac Hieronymus, *De angustia & de judicio sublatus est.*

2. In reddenda voce עצר prima fronte plurimũ inter se videntur variasse isti tres Interpretes. quippe Syriaca vox, חבושיא, primariò quidem significat *inclusionem* (quæ sola significatio ipsi à Ferretio attribuitur) aut *conclusionem*; quomodo & verbum חבש, in multis Novi Testamenti

Testamenti locis pro *Includere, Concludere*, συγκλείειν, κατακλείειν, ac similibus, usurpatur. sed præterea non rarò metaphoricum habet intellectum, ac plane idem valet, quod latina vox hic ab Hieronymo in transferendo עצר usurpata; uti liquet ex Rom. 8.35. 2 Cor. 6.4. & 12.10. in quibus locis Syrus Interpres, חבושיא, reposuit pro Græco στενοχωρία, id est, *angustiis*, quomodo illam vocem Interpres Vetus in omnibus istis locis vertit. Sicuti autem Syrus ac Hieron. in transferenda dictione עצר inter se concordant, ita & Chaldæus utrisque consentit; siquidem inter *angustias* & *afflictiones* parvum omnino est discrimen: *afflictiones* autem denotat nomen יכורין ab ipso hic adhibitum. Sed & inter Recentiores non pauci vocabulum עצר eodem pacto, ac isti tres fecerunt, interpretantur. Musculus quidem & Oecol. eadem voce, ac Hieronymus, hic usi sunt. Tremellius autem, qui *coarctationem* vertit, in scholiis id ita explicat: *Coarctationis nomine omnes angustiæ, injuriæ, contumeliæ, verbera, mala deniq; omnia intelligenda sunt, quæ tum à Judæis, tum à gentibus perpessus est.* Lutherus vertit **angste**: Gall. vet. *destresse*: Genev. *la force de l'angoisse*: & Diod. *distretta*, quod in Notis exponit, *Quelle angoscie è pene che soffe iva.* atque istis addi potest Pisc. qui cum עצר Tremelliana voce *coarctatio* transtulerit, id aliquanto aliter declarat, de *angustia illa animi atq; anxietate, quæ orta fuerat ex sensu iræ Dei, &c.* quomodo etiam Belgæ suum **angst**, i.e. *angustia*, explicant, **Van die helsche benauthept, die Christus in den hof te Getsemane, doch insonderhept aen het cruys, gevoelt heest**, i.e. *De angustia illa infernali, quam Christus in horto Getsemane, præcipueq; in cruce, sensit, &c.*

3. Ast major Novitiorum Interpretum pars עצר *carcerem* interpretantur, Munsterus (qui amplius in notis ait, עצר proprie esse *retentionem*, hic autem capi pro *loco retentionis*) Calv. Schind. Val. Ital. Anglica utraque, Rivetus: quibus accensendi Steph. & Cast. qui *vincula* verterunt: itemque Pagn. Marin. Oleast. Maria. qui *clausuram*; qua voce eos voluisse carcerem intelligi apparet. & Oleast. ac Mariana, uti & Pagn. in Dict. id aperte profitentur. Videntur autem isti secuti Kimchium, qui in Diction. עצר hujus loci exponit, מקום שהיה עצור שם *locum in quo detinebatur*, quibus verbis *carcerem* ab eo designatum putant; quum tamen ex subjectis verbis, רמז הוא על הגלות, & ex commentariis ipsius ad hunc locum, מעוצר הגלות שהיה נעצר שם *ex detentione exilii, in quo detinebatur*, liqueat, eum aliud sibi voluisse, & *locum detentionis* simpliciter eo significasse: quomodo fere etiam Raschi hanc vocem exponit.

העוצר שהיה עצור בידם, *detentio qua detinebatur in ipsorum potestate*: similemque vim isti voci attribuit etiam Esraides, qui tamen in alium sensum eam detorquet, utpote existimans hic esse ἓν διὰ δυοῖν, & מעצר וממשפט dictum pro מעצר משפט ac משפט idem hic valere, quod alibi שפטים i.e. *pœnas & vindictas* (quæ etiam Chaldæi ac Iarchii fuit opinio) ita nimirum προσθεὶς ζῶν hoc membrum. השם לקחו מעצר והוא היה עצור במשפט משפט נקמות *Deus cepit ipsum ex detentione, quippe qui detentus fuerat in judicio vindictæ*: ad quam mentem quodammodo etiam Genevenses, in margine, עצר interpretantur, *ce qui le tenoit serré.*

4. Porro Hieron. מן interpretans *de*, & לקח *sublatus est*, hæc ita exponit, ut non ad tempus Passionis, sed ad Resurrectionem & Glorificationem Christi pertineant: *significat quod de tribulatione atq; judicio ad Patrem victor ascenderit*: istamque interpretationem & expositionem sequuntur etiam Calv. (nisi quod *ex* pro *de* substituit) & Oecol. de quibus prior ita hunc locum enarrat, *Docet sublatum*, i.e. *ereptum esse è carcere, & judicio vel damnatione, & deinde in summum honoris gradum evectum*: alter verò sic, *Christus, qui tanta passus, in resurrectione de violentia crucifigentium evasit.* similiter Munst. *Vinctum autem ducebant Christum ad Iudicem. sed & de sepulcro custodibus munito, sublatus fuit, & judicium mortis per Pilatum datum in resurrectione evasit.* Etiam Schindlerus, vertens, *Ex carcere & judicio sublatus est*, ad Christum è mortuis excitatum hæc refert: id quod faciunt quoque de Vernaculis Italus, Ang. vetus, Genev. Diodatus & Belgæ: quibus addi potest Pisc. in eo tantum à cæteris dissidens, quod in ipsa cruce, & mox ab expiratione Christi, istius rei initium statuit: *E coarctatione (i.e. angustia illa animi, &c.) & judicio, (sc. Dei, seu æterna damnatione, quam propter peccata nostra sensit ad tempus &c.) sublatus est, i.e. ereptus, quum scilicet dixit, Consummatum est, Patriq; spiritum suum reddidit.* Sed & Pagn. ac Munst. eodem modo ac Hieron. hæc transferunt; similiterque Luth. Val. Gall. vetus, & Angl. nova. & expositioni Hieronymi inhærent quoque Borrh. & Osian. itemque Oleast. qui לקח reddit, *acceptus est.* Et talem isti verbo significationem etiam Rabbini, Jarchi, Esraides, & Kimchi, (qui totum hoc caput detorquent ad Israelitas in exilio degentes) attribuunt, ac לקח pro *eripi & liberari* hic positum volunt. Ast Forerius longe aliter לקח vertit *pertractus est*; verbo לקח eandem vim hic attribuens, quam habeat Prov. 24.11. לקחים למות, quod ipse vertit, *qui per-*

pertrahuntur ad mortem, & Hier. *qui ducuntur ad mortem*. Videtur autem Forerius secutus Tigurinos, qui vertunt, *raptus est*; quomodo etiam in illo Proverbiorum loco verterunt, *qui rapiuntur ad mortem*. eosdemque secutus est & Musculus, *abripietur*: & Cast. *ductus est, scilicet ad supplicium*. atque istis consentit quoque Syrus, qui transtulit אתדבר, quod cum *duci, agi, assumi*, aliaque congenera multa significet, interdum de *ductione ad supplicium* (æque ac latinum *duci*, & græcum ἄγω) peculiariter dicitur; quare etiam illud לקחים למות idem Interpres ita reddidit לאילין דמתדברין למותא sicuti quoque in hoc ipso 53. capite Esaiæ, vers. 7. לטבח יובל, transtulit לנכסת' אתדבר: cujusmodi exemplum etiam Jerem. 11. 19. occurrit.

5. Ego istis, qui comma hoc ad tempus Passionis Christi referunt, accedendum potius existimo, quàm Hieronymo aliisque, qui de Resurrectione ac statu gloriæ intelligunt. Hieronymianam tamen verbi לקח interpretationem, quam istorum, amplecti malim, sed sub diversissimo sensu, ita ut *sublatus est* significet non ἤρθη, ut Hier. reliquique ipsum secuti voluerunt, sed ἀνῃρέθη, id est, *de medio sublatus est*, quomodo id explicat Mariana: *De angustia) scilicet carceris. De judicio) quo sc. pronuntiatum est contra eum. Sublatus est) de medio. q. d. Quum primum est captus, continuo judicatus est & eccisus.* videtur autem Mariana istam expositionem transcripsisse è Stephano, qui comma illud ita interpretans, *A vinculis & a sententia sublatus est de medio*, subjungit, *Statim postquam vinctus fuit, & condemnatus à Pilato, actus fuit in crucem.* etiam Rivetus *sublatus est*, exponit de occisione Christi, & idem valere vult, ac *è vita sublatus est*. atque ad hanc mentem verbo *tolli* hic usus est etiam Trem. *Per coarctationem & per judicium tollitur:* necnon Zuinglius, *Indictâ causâ citra-que judicium tolletur.* similiter etiam Anglica vetus, in margine, he was taken away by distresse and by iudgement; ac Pisc. in scholiis, *Sublatus est) Hebraice, acceptus est: quod potest etiam aliter exponi, nempe quod per angustiam illam & judicium Dei sublatus sit è medio, seu è vita.* Necui autem mira aut insolens videatur ista verbi לקח significatio, sciat id intellectu plane eodem usurpatum ab Ezechiele, capite 33. verbis istis è versu quarto, ותבוא חרב ותקחהו, rursusque versu sexto, ותבוא הרב ותקח מהם נפש, atque ibidem iterum, —הוא בעונו נלקח: quibus locis לקח eam vim habere; de qua nos hic agimus, & per se clarum est, & magis etiam apparet è versibus octavo ac nono, ubi בעונו ימות dicitur, pro בעונו נלקח versus sexti: quare recte Mariana, in scholiis ad versum sextum, Hieronymi

tulerit de eis animam, explicat per *occiderit aliquem* : similiter Ierem. 15. 15. ——אל לארך אפך תקחני, *ne lentitudine seu longanimitate tua me de medio tollas, id est, nolito lentitudine tua inimicis meis opportunitatem præbere me de medio tollendi*. Ita locum hunc mecum intellexit Calv. *Ne in prorogatione vel prolongatione iræ tuæ tollas me* : & Munst. *ne tollas me in longanimitate tua* : ac Cast. *noli me tua lentitudine tollere* : quibus accenseri potest Trem. *pro longanimitate tua ne intercipito me* : ac Pisc. (qui præpositionem, ל, haud recte vertit) *ne post dilationem iræ tuæ abripito me* : itemque Gall. vet. *ne m'oste point* : Gen. *ne me ravi point* : Diod. *non rapirmi*. omnibus autem istis apertius Kimchi, אל תמיתני ; & Ste. *non in longitudine iræ tuæ tollas me de medio* : necnon Bel. **en neemt my niet wech in uwe lankmoedicheyt** : atque Angl. utraque, **Take me not away.**

6. Sunt & alii multi loci, in quibus לקח non quidem *tollere de medio*, sed *tollere* seu *auferre* significat : quæ significatio alteri isti adeo affinis est, ut diversæ linguæ unicum duntaxat habeant vocabulum, qua utramque exprimant. Ita sumitur hoc verbum Gen. 5. 24. לקח אתו אלהים, Luth. **nam ihn Gott hinweg**, Ang. vet. **God took him away** : Bel. **Godt nam hem wech.** — Gen. 30. 15. המעט קחתך את-אישי ולקחת גם את-דודאי בני : Calv. *nunquid parum est quod abstuleris virum meum, ut auferas etiam*, &c. Trem. *an parum est te abstulisse virum meum, ut auferas etiam*, &c. Gen. *est ce peu de chose que tu m'ayes osté mon mari, si aussi tu ne m'ostes*, &c. Ang. no. **wouldst thou take away.** — Gen. 42. 36. ואת-בנימן תקחו : Hier. & Trem. & B. *auferetis* : Ang. no. **and ye will take us away** : Belg. **nu sult gy us wechnemen.** — 1 Sam. 21. 6. ביום הלקחו (quo loco לקח usurpatur ἐκ παραλλήλω cum הכיר) Munst. *Eo die quo illi auferebantur* : Tig. & Maria. *amovebantur* : Luth. **des tages da er die weggenomen hatte** : Val. *el dia que los otros fueron quitados* : Angl. utr. **the day that it was taken away** : Gall. vet. *au jour mesme qu'on ostoit ceux la* : Belg. **ten daege als dat wechgenomen wierdt.** 1 Reg. 19. 4. קח נפשי, Cast. *aufer hanc animam* : Val. *quita mi anima* : Ang. no. **take away my life.** — 2 Reg. 2. 3. יהוה לקח את-אדניך. Val. *Iehova quitera a tu Senior* : Ang. **the Lord will take away** : Belg. **dat de heere uwen heere wechnemen sal** : atque ita ibidem versu decimo, ubi rite verterunt hoc verbum Pagn. Cast. Val. Belgæ; ut & alii nonnulli. Job 1. 21. יהוה נתן ויהוה לקח Græc. ἀφείλατο· Hieron. & Latini omnes (præter Ariam & Trem.) *abstulit* : similiterque Vernaculi plerique. — Job. 12. 20. וטעם זקנים

וקנים יקח, Symm. ἀφαιρῶν, Syrus, שקל: Hier. *doctrinam senum auferens*: Tigur. *judicium aufert senibus*: Cast. *sensum senibus aufert*: Pisc. *judicium senum aufert*: ita quoque Cajet. Luth. Gall. vetus, Ang. utraque, Belgica. — Prov. 1. 19. את-נפש בעליו יקח. *Aufert* [*avaritia*] *animam* [*i.e. vitam*] *ipsa praeditorum*: *i.e. vitam ipsis adimit*. Munst. (quem Tig. & Jans. sequuntur) *Animam tollit ab iis qui eam habent*. Cast. *Ut ei, in quo est, vitam adimat*. Ste. *Vitam possidentium ipsum* [*lucrum*] *aufert. vel, Vitam domini sui auferunt* [*divitiae*] In eundem sensum, sed durius Tremellius, *Quaestus animam eorum, qui dediti sunt ipsi, intercipit*. Mercerus verò vertit quidem haud bene, *Animam dominorum illius capiet*; sed rite explicat, *Lucrum eorum, qui ipsi avidius inhiant, animam seu vitam eripit*. — Psal. 31. 14. לקחת נפשי זממו Hier. *Ut auferrent animam meam cogitaverunt*. Ste. *De anima mea tollenda cogitaverunt*. Cast. *Vitam mihi eripere conantium*. Esa. 57. 13. יקח הבל —— כלם: Oecol. Cast. Pisc. *auferet*; similiterque Luth. Genev. Diod. Belg. — Hos. 4. 11. זנות ויין ותירוש יקח לב ubi לקח per *auferre* transtulerunt Hier. Pagn. Munst. Calv. Merc. Pisc. Drus. Riv. itidemque Gall. utraque, Val. Ang. utr. & Belgae: ubi obiter notetur, in לב esse *ellipsin affixi*, ac positum id pro לבבם (uti sequenti versu התעה pro התעם) quod nemo Interpretum in textu expressit praeterquam Chal. qui יקח licentius ὁμοιοῦν, שלך ומטעי ית לבהון Gall. vet. *leur ostent le ceur*: & Ang. vet. take away their heart. — Hos. 13. 11. אתן לך מלך באפי ואקח בעברתי Hier. Cast. Drus. *auferam*: Merc. Riv. *abstuli*: atque ita Luth. Gall. utr. Val. Ang. utr. Belgae. Atque istis exemplis addi etiam illa possent, ubi לקח constructum cum *ablativo personae* (interventu *particularum* מן, מיד, מעל & מאת) sign. ἀφαιρεῖν, *auferre, eripere*, ut 1 Reg. 11. 35. Psal. 51. 13. Esa. 49. 24. Jonae 4. 3. Ezech. 24. 16. Mich. 2. 9. & commode quoque *auferendi* significatum tribuas huic verbo Esa 52. 5. לקח עמי חנם, quomodo etiam id ibi interpretantur Hier. Pagn. Munst. Olea. Calv. Pisc. Angl. utr. & Belg. quanquam nec illi improbandi sunt, qui לקח ibi vertunt *abducere* (quod fecerunt Zuing. Oecol. Tig. & Luth.) quum & sensui loci ista significatio probe quadret, & לקח alibi quoque plus semel pro *abducere* sumatur.

7. Quantum ad vocem עצר nullo modò probare eos possum, qui eam *vincula* interpretantur, quum iste intellectus ab hac *radice* sit alienissimus; nisi si improprie *vincula* pro *carcere* dixerunt. sed nec *carceris* quoque significationem ipsi inesse puto; & si vel maxime inesset, praesenti tamen loco ea minime conveniret: Quum Dominus noster

Jesus

Jesus Christus, de quo omnis hic sermo est, in carcere nunquam fuerit, ideo-que de ipso dici non possit, ipsum è carcere liberatum, aut è carcere ad supplicium fuisse ductum. quod autem Oleaster, ad vitandam istam inconvenientiam, *carcerem* hic exponit de *sepulchro, De carcere) scilicet sepulchri, qui clausus videbatur* (quo videtur etiam propendere Munst. uti è verbis ipsius §. 4. allegatis colligere licet) ingeniosum quidem est, sed infirmum, nulloque ex S. Scriptura exemplo subnixum, ut *carceris* appellatione *sepulchrum* indigitetur. Verisimilior est eorum interpretatio, qui עצר hic *angustiam* sive *afflictiones* denotare volunt, idque ob locum illum Psal. 107. 39. וימעטו וישחו מעצר רעה ויגון ubi in isto intellectu hoc vocabulum accipitur à magna Interpretum parte. quippe Græci id reddunt θλίψις· Chal. אניקא: Hier. Tig. Mol. *angustia*: Symm. συνοχῇ· Trem. Pisc. Buxt. *coarctatio*: Diod. *distrette*: Marin. *constrictio*: atque ab eadem mente Zuin. *vis*: Cast. *necessitas*: Calv. *dolor*. Sed ego iis assentiri non possum, qui עצר ita hic exponunt, multoque minus Esraidæ, cui עצר hic est *constrictio uteri & sterilitas* (quod amplectuntur etiam Buc. & Cajet.) aut Kimchio, qui עצר denotare vult, ממשלת אחרים שתהיה עליהם והם יהיו שוחחים תחתיהם; quanquam ista expositio multos invenit approbatores. etenim Kimchium secuti Pagn. & Merc. in dict. verterunt *potestas*: Steph. Arias, Val. Osian. Ital. *tyrannis*: Munst. *imperium tyrannicum*: Musc. Maria. Ang. utr. *oppressio*: Gall. vet. *subjection*: Belg. verdrucking: eademque etiam mens fuit Lutheri, qui alioqui licenter admodum atque laxe hunc versum transtulit. Mea autem opinio est, עצר hic denotare *cœtum* seu *multitudinem*, ita ut רעה & יגון sint *genitivi*, & quidem *collective* positi: *Præ cœtu malorum & dolorum*, i. e. *præ multitudine dolorum & malorum agminatim ingruentium*. & nobiscum hic facit Syrus, qui eodem modo atque nos עצר per סוגאא, interpretatur. זערו ואתמככו בסוגא' דבישתא ודדוונא.

8. Innititur autem nostra hæc expositio, loco isti Jerem. 9. 2. כלם מנאפים עצרת בוגדים, quo in loco עצרת (congener τῷ עצר vocabulum, solaque inflexione atque generis diversitate ab eo differens) haud dubie pro *cœtu* seu *multitudine* ponitur. nimis enim frigida est Tremellii ac Pisc. interpretatio, qui עצרת hic accipientes in ea notione, quam habet Levit. 23. 36. Num. 29. 35. Deut. 16. 8. &c atque *ellipsin τοῦ beth* statuentes, vertunt, *Interdicti die perfide agunt*; quasi diceret Propheta, *Judæos ne ipsis quidem diebus, qui festi erant Domino, integram fidem conservasse*. nihiloque felicius collimavit Moses

Kimchius,

Kimchius, qui, referente filio ipsius in comm. ad hunc locum, עצר voluit significare מלכות, *regnum*. Sed veram istius vocis expositionem, modò à nobis allatam, maxima Interpretum pars magno consensu dederunt. quippe Græci verterunt σύνοδος· Syr. כנושתא: Chal. כיעת: Raschi, כנכיות Hier. Pagn. Tig. Munst. Schind. *cœtus*: Osia. *colluvies*: Oecol. & Calv. *conventus*: Val. *congregation*: Ital. & Gal. utr. *compagnia*, *compagnie*: Luth. & Belg. ein hauff, een hoop: Diod. *raunanza*: Ang. utr. assembly: quibus addantur Zuinglius & Cast. qui in eandem mentem, sed minus accurate, verterunt, *concio*, *caterva*, & ipse Kimchi, patri suo haudquaquam subscribens, in Diction. locum hunc Ieremiæ inter ea exempla refert, ubi עצרת sign. קבוע אנשים ואסיפתם במקום אחד *hominum congregationem, eorumque collectionem in unum locum*; sicuti in comment. quoque habet quæ eodem spectent. Atque ab ista significatione, quam in præsenti Ieremiæ loco obtinet nomen עצרת, fluit altera illa, qua de publicis ac solennibus populi cœtibus seu conventibus dicitur, qui per dies feriatos habentur; sicuti à secundo hoc significatu promanat tertius, quo עצרת usurpatur de ipso tempore, de-que ipsis solennitatibus atque feriis, quæ cogendis ejusmodi cœtibus sive conventibus dicatæ sunt: quomodo apud Græcos quoque & conventus tales, & tempus celebrandi ipsos, unâ eâdemque πανηγύρεως appellatione afficiuntur.

Isti, qui עצר in præsenti Esaiæ loco *angustias* exponunt, nihil habent, quo istam expositionem stabiliant, præterquam locum istum Psa. 107. 39. quum nusquam alibi vel ipsum verbum עצר, vel ullum ipsius derivatum, quicquam tale significet. sed ibi quoque nudam duntaxat conjecturam sequuntur, qui עצר *angustias* vel *afflictiones* volunt denotare; quum nos, qui de *cœtu* seu *multitudine* exponimus, valde probabili ratiocinationi, & minime ambiguo cognati proximique vocabuli suffragio innitamur. Itaque istis quoque dimissis, qui עצר hic apud Esaiam *angustiarum* aliumve consimilem intellectum assignant: ego eandem ei significationem tribuo, quam in verbis illis è Psal. 107. citatis ipsi vendicavi. Et consentientem hic habemus Zuinglium; quanquam sane nemo, versionem ipsius inspiciens, id putaverit: quippe mirifice מעצר vertit *indictâ causâ*. sed in scholiis seipsum ita explicat, ut dicat, עצר ad verbum significare, *sine cœtu*, quod ipse verterit *indictâ causâ*, quia *mos erat apud quosdam, celebribus comitiis capitis reos judicare*. quod *præpositionem mem* vult significare *absque* (non modo hic, sed & in proxima voce, ממשפט, quam vertit, *citra judicium*, quomodo eam quoque verterunt secuti ipsum Tigurini; qui מעצר mirabi-

mirabiliter transferunt, *absque dilatione*) hoc aliquammultis exemplis, ubi similiter ea vox usurpatur, defendere potest. sed ut, *sine cœtu*, significet, *indictâ causâ*, contortum nimis est, ac longe petitum. Quanquam enim causæ rerum capitalium ad populum interdum agebantur, non apud Romanos modò aliosque populos, sed & apud ipsos Hebræos (uti quum ex aliis Scripturæ locis, tum ex Num. capite 35. versibus 12, 24, & 25. apparet) valde tamen durum est & inconveniens, ut *sine cœtu* dictum sit pro *non data agendi ad cœtum, sive populum, & causa dicendæ potestate:* quod universim verum, multo magis locum habet, relatum ad illa tempora, quibus Dominus Iesus Christus mortem pro nobis passus est; quando apud ipsos quoque Romanos sublata jampridem erat ista consuetudo, causas capitales alias-ve apud Populum disceptandi; multo-que magis apud Iudæos, Romanorum subditos, quibus per ea tempora omnis plane potestas, causas ejusmodi cognoscendi, ac judicia capitalia exercendi, erat ademta, sicuti omnibus ex Iohan. 18. 31. notum est.

10. *Præpositionem mem* (quæ Zuinglio secius intellecta, in causa fuit, ut quum vim vocis עצר probe perspexisset, à vero tamen hujus loci sensu plurimum aberraret) ita hic accipio, ut Græco ὑπὸ respondeat, ac *causam agentem* denotet; quomodo eam intellexit etiam Tremellius, qui proinde non *de* vel *ex*, ut reliqui fere omnes, sed *per* interpretatur: *Per coarctationem & per judicium tollitur.* Istum autem usum, quem nos illi *particulæ* hic tribuimus, etiam alibi ipsa præstat, ut Gen. 9. 11. ולא יכרת כל-הבשר עוד ממי המבול: *non amplius exscindetur omne genus animantium per aquas diluvii.* —— Psal. 18. 9. גחלים בערו ממנו, *Prunæ ab ipso succensæ sunt:* Hieron. *carbones accensi sunt ab eo.* — Psa. 88. 6. והמה מידך נגזרו, Symm. *αὐτοὶ ὑπὸ τῆς χειρός σου ἐξεκόπησαν.* — Esa. 28. 7. תעו מן השכר, *à potu inebriante in errorem inducti sunt*, ויחל מן היורים, *& sauciatus est à sagittariis*, 1. Par. 10. 3. נחר מפח מאש. Ier. 6. 28. *follis igne adustus est.* Itaque comma hoc, מעצר וממשפט לקח interpretor, *De medio sublatus est à cœtu & judicio*, vel, *per cœtum & judicium*: ubi per *judicium* intelligo cognitionem judiciariam, & quæstionem à legitimo Iudice habitam, sententiamque ab ipso pronunciatam. *cœtum* autem accipio de multitudine populi Iudaici, qui nefario impetu in Christi necem concitati, non modo tanquam spectatores ad judicium de capite ipsius habitum summa frequentia concurrerunt, sed & scelerata importunitate judicem ad ipsum condemnandum perpulerunt, injustamque ulti-

mi supplicii Christo irrogandi sententiam veluti ab invito extorserunt.

11. Atque ita Esaias dicto isto, מעצר לקח breviter semel atque aperte indicavit, quod Evangelistæ prolixe narrant de conspiratione cœtus ad perdendum Iesum Christum, atque de medio tollendum; nimirum universam Iudæorum multitudinem, (ἅπαν τὸ πλῆθος, Luc. 23. 1.) id est, principes sacerdotum & turbas (τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς ὄχλους, Luc. 23. 4.) sive principes sacerdotum, & magistratus ac plebem (τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς ἄρχοντας, καὶ τὸν λαὸν, vers. 13.) in Christi necem conjuratos, ipsum vinctum ad Iudicem Pilatum abduxisse, (δήσαντες αὐτὸν ἀπήγαγον, καὶ παρέδωκαν αὐτὸν Ποντίῳ Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι, Matth. 27. 2.) ac coram ipso acerbe & capitali crimine accusatum, quod invenissent ipsum διαστρέφοντα τὸ ἔθνος, ἀνασείοντα τὸν λαὸν, ἀποστρέφοντα τὸν λαὸν (Luc. 23. 2, 5, 14.) ab eo ad mortem depoposcisse. qui cum intelligeret, ὅτι διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτὸν, (Matt. 27. 18. Mar. 15. 10.) atque ipsis declarasset, se nulli noxæ ipsum affinem invenire (ἐνώπιον ὑμῶν ἀνακρίνας, οὐδὲν εὗρον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ, ὧν κατηγορεῖτε κατ' αὐτοῦ, οὐδὲν ἄξιον θανάτου ἐστὶ πεπραγμένον αὐτῷ) ideoque ipsum liberare vellet, atque ad eam rem uti subsidio istius consuetudinis, noxæ capitalis reorum unum in festo dimittendi; proposita ipsis optione, Christum an Barabban latronem dimitti vellent, Christum ad mortem ac crucem postulatum ab universo cœtu (λέγουσιν αὐτῷ πάντες, Σταυρωθήτω, Matth. 27. 22. Ἀνέκραξαν παμπληθεὶ, λέγοντες, Αἶρε τοῦτον, ἀπόλυσον δὲ ἡμῖν τὸν Βαραββᾶν, Luc. 23. 18. quo in loco, uti & Ioh. 19. 15. ἆρον plane idem valet, ac hic apud Esaiam לקח: idque non semel, sed iterum, quum Pilatus ipsis obsistere conaretur, οἱ δὲ πάλιν ἔκραξαν, Σταύρωσον αὐτὸν, Mar. 15. 14. οἱ δὲ ἐπεφώνουν, λέγοντες, Σταύρωσον, Σταύρωσον αὐτὸν, Luc. 23. 21. Ἐκραύγασαν πάλιν πάντες, λέγοντες, Μὴ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν Βαραββᾶν, Ioh. 18. 40.) iterumque ac tertio, quanquam enixius tendente contra Pilato, ipsosque ad meliorem mentem revocare conante (Οἱ δὲ περισσῶς ἔκραζον, λέγοντες, Σταυρωθήτω, Matth. 27. 23. Οἱ δὲ ἐπέκειντο φωναῖς μεγάλαις, αἰτούμενοι αὐτὸν σταυρωθῆναι· καὶ κατίσχυον αἱ φωναὶ αὐτῶν καὶ τῶν ἀρχιερέων, Luc. 23. 23.) Et quum Pilatus, videns se non posse voluntati multitudinis resistere, quin malam ab ipsis gratiam iniret (ἰδὼν ὁ Πιλάτος, ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον θόρυβος γίνεται, Matth 27. 24) coram ipsis solenni cum ceremonia protestatus esset, omnem in ipsis culpam hæsuram, si Christus innoxius periret, ἀθῶός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου τούτου. ὑμεῖς ὄψεσθε) ab universo populo acclamatum ipsi esse (ἀποκριθεὶς πᾶς ὁ λαὸς, εἶπε, vers. 25.) se sanguinem Christi in

ſuaac liberorum ſuorum capita recipere (τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, Matth. 27. 25.) & quum nihilo minus Pilatum adhuc vacillantem viderent, atque abſolvendo Chriſto proniorem, interminatos ipſi eſſe Cæſaris iram, niſi Chriſtum condemnaret (οἱ Ἰουδαῖοι ἔκραζον, λέγοντες, Ἐὰν τοῦτον ἀπολύσῃς, οὐκ εἶ φίλος τοῦ Καίσαρος, Ioh. 19. 12) quibus omnibus ægre tandem victus Pilatus, eum, cujus innocentiæ toties teſtimonium perhibuerat (Ioh. 18. 38. & 19. 4, 6) ipſorum poteſtati permiſit, atque in ipſorum gratiam morti crucis adjudicavit.

12. Ex iſta Evangeliſtarum narratione liquido apparet, quare in prædicenda Chriſti paſſione atque morte, in-que aſſignandis proximis ipſius cauſis, non Iudicii tantum meminerit Eſaias, ſed & Cœtus; quum Cœtûs æque magnæ fuerint partes in ipſius condemnatione, ac ipſius Iudicis; imò etiam majores: ſiquidem ad condemnandum Chriſtum deſcendit Iudex non impulſus modò à Cœtu, ſed & quodammodo coactus, ac non niſi poſt longam & vehementem reluctationem; ut proinde ipſi Cœtui potius, quam Iudici (qui veluti miniſter fuit Cœtûs in iſto negotio, atque ad ipſorum voluntatem ſeſe accommodavit) aſcribenda fuerit Chriſti condemnatio. Sane Apoſtolus Petrus, ad Cœtum paucis poſt diebus verba faciens, non dubitavit ipſos diſerte facere Chriſti interfectores, non aliter quam ſi ipſi per ſe eum de medio ſuſtuliſſent: Τοῦτον —— διὰ χειρῶν ἀνόμων προσπήξαντες ἀνείλετε, *Hunc per manus iniquorum affixum cruci interemiſtis*, Act. 2. 22. ac rurſus in eadem concione, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, *hunc Ieſum, quem vos crucifixiſtis*, verſ. 36. Sic Actorum cap. 3. idem Apoſtolus populum Iudaicum alloquens (συνέδραμε πρὸς αὐτοὺς πᾶς ὁ λαός. ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν λαόν, verſ. 11, 12.) iis non modo exprobrat, quod Chriſtum Pilato tradiderint, atque abnegaverint, & homicidam ipſi prætulerint, (Ὃν ὑμεῖς παρεδώκατε, καὶ ἠρνήσασθε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον Πιλάτου, κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν· ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε, καὶ ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν, verſ. 13. & 14.) ſed expreſſis verbis Chriſtum ab ipſis occiſum aſſerit (Τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε, verſ. 15.) Iterumque Actorum quarto idem Petrus, ad conceſſum Magiſtratuum Seniorumque Populi verba faciens, Jeſum ab ipſis crucifixum affirmat, Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε. ſimiliterque Stephanus Iudæos non tantum proditores Chriſti, ſed & homicidas ſive interſectores appellat, τοῦ δικαίου, οὗ νῦν ὑμεῖς προδόται καὶ φονεῖς γεγένησθε, Act. 7. 52. Et Actorum 13. 27. dicit Paulus, Incolas Hieroſolymorum, ac principes ipſorum, (τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν)

τας αὐτοῦ) Christum κρῖναι, id est, *condemnasse* (quomodo κρίνειν ibi ab Erasmo, Cajetano, Beza, Osiandro, aliisque exponitur) videlicet condemnationem ipsius à Pilato extorquendo; quo pacto seipsum ibi explicat Paulus verbis proxime sequentibus, Καὶ μηδεμίαν αἰτίαν θανάτου εὑρόντες, ᾐτήσαντο Πιλάτον ἀναιρεθῆναι αὐτὸν, *tametsi nihil morte dignum invenieba nt, petierunt à Pilato ut interficeretur.* Istisque omnibus locis concordat sermo Discipulorum Emauntem ambulantium, Lucæ 24. 20. quo dicitur, Iudæorum Pontifices ac Primores Christum supplicio capitali tradidisse, ac cruci suffixisse, Παρέδωκαν αὐτὸν οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἡμῶν εἰς κρίμα θανάτου, καὶ ἐσαύρωσαν αὐτὸν.

13. Quod עצר *catum* hic significet, & quare Esaias prædixerit Christum à cœtu sive per cœtum de medio sublatum iri, planum fecimus. Quod verò subjungitur, וממשפט, *à judicio*, sive *per judicium*, id eam vim habet, ut sciretur, cœtum haud ita Christo mortem allaturam, quomodo interdum factum, ut ipse populus rabie ac seditione concitatus manus atque vim ipsi afferret, sed ad commotæ ac furentis multitudinis impetum accessuram judicii autoritatem; ita ut Judice insanienti cœtui subserviente, & potestatem suam sceleratis ipsorum desideriis commodante, mors Christi juris ac legum obtentu velanda, & ipsius condemnatio speciem judicialis ac legitimæ quæstionis habitura esset. Qui enim per משפט hic intelligunt *judicium divinum* (quod non modò fecerunt Rabbini plerique, qui in exponendo hoc loco, uti & in capite toto, misere cæcutiunt, sed & de Christianis nonnulli) planissime hallucinantur. Utramque autem hanc mortis Christi causam, cœtus nefariam contra ipsum conspirationem, & pronunciatam in ipsum à legitimo Iudice sententiam, sicuti breviter hisce verbis, מעצר וממשפט לקח, descripsit Esaias, ita summatim ob oculos ponunt omnes quatuor Evangelistæ, in clausula historiæ condemnationis Christi. Matthæus (cap. 27. vers. 26.) τότε ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν· τὸν δὲ Ἰησοῦν φραγελλώσας παρέδωκεν ἵνα σαυρωθῇ· Marcus (cap. & vers. 15.) Ὁ Πιλάτος βουλόμενος τῷ ὄχλῳ τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι, ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν, καὶ παρέδωκε τὸν Ἰησοῦν φραγελλώσας ἵνα σαυρωθῇ. Lucas (cap. 23. vers. 24. & 25.) Ὁ δὲ Πιλάτος ἐπέκρινε γενέσθαι τὸ αἴτημα αὐτῶν. ἀπέλυσε δὲ αὐτοῖς τὸν διὰ σάσιν καὶ φόνον βεβλημένον εἰς τὴν φυλακὴν, ὃν ᾐτοῦντο. τὸν δὲ Ἰησοῦν παρέδωκε τῷ θελήματι αὐτῶν. Iohannes (cap. 19. vers. 16.) τότε οὖν παρέδωκεν αὐτὸν αὐτοῖς ἵνα σαυρωθῇ.

14. Genuinum istius commatis sensum, hic à nobis declaratum, attigit etiam Hieron. in comment, post illa minus proba, superius allegata, *significat quod de tribulatione atque judicio ad Patrem victor ascen-*

 derit,

derit, ſubjungendo iſta, *Sive quod Iudex omnium, judicii non reperit veritatem, ſed abſq; ulla culpa, ſeditione Iudæorum & Pilati voce damnatus ſit :* ubi quanquam non exactiſſime לקח per *damnatus eſt*, & עצר per *ſeditio* redditur; ſiquis tamen ſenſum potius quam ipſa verba ſpectet, comma iſtud *ſeditione Iudæorum & Pilati voce damnatus eſt* fidem ac planè ſenſum hebraicorum verborum, מעצר וממשפט לקח exprimit. De Recentioribus autem Forerius & ſuper ſignificatu vocis עצר nobis adamuſſim conſentit, dicens ſe eam accipere pro *turba*, ſeu pro *cœtu populi & ſynagoga, tum quia hæc acceptio loco aptiſſima eſt, tum quia nomina* עצרה & עצרת *ita paſſim accipiuntur* (multa alia interſerit, ſed minus proba, quare nos ea reſecuimus) & in aſſignando loci ſenſu nobis concordat, quantum quidem ad priorem partem; non item in poſteriore, quippe qui משפט *judicium* non ad Pilatum, ſed ad Iudæos, atque ad illum Synedrii conſeſſum, Matth. cap. 26. verſ. 57. & 59. memoratum, referat. Verba ipſius quibus מעצר לקח exprimit, (nonnulla alieniora, & quæ melius omiſiſſet, admixta habentia) ita ſe habent: *Sic etiam hoc nomen* [ut עצרה, Levit. 23. Deut. 16. 2 Reg. 10. Ierem. 9. Ioel. 1.] *accipi poteſt, ut Chriſtus Dominus à ſynagoga & univerſo cœtu illo, vel ad feſtum Paſchatis coacto, vel à concilio, quod Pontifices & Phariſæi coegerunt, vel à turba furente, ad ſupplicium damnatus dicatur & pertractus.* Videtur autem ipſi, quo minus totum locum recte caperet, & משפט æque ac עצר, ut oportebat, intelligeret, præcipue obſtitiſſe alienior ſignificatio verbo לקח hic ab ipſo attributa. ſi enim id non pro *rapi* aut *pertrahi*, ſed pro *de medio tolli* ſumſiſſet, non poterat משפט pro *Iudicum conſeſſu*, & de Sacerdotibus ac Phariſæis in Synedrio congregatis accipere: quæ expoſitio eo quoque everti poteſt, quod Sacerdotes & Phariſæi non fuerunt Iudices Chriſti, ſed adverſarii & accuſatores.

15. In altero hujus hemiſtichii membro, ואת־דורו מי ישוחח, Zuinglius vocem דור vertit *ſobolem*, *Cujus tamen ſobolem quis recenſeat?* id eſt (ut ipſe porrò exponit in ſcholiis) *tantam ſobolem habet, ut recenſere nemo poſſit.* idemque de hoc commate ſenſit Oleaſter, qui quum hoc comma verterit, *Generationem ejus quis loquetur?* in comment. id ita παραφράζει, *Licet eſſet clauſus, & morti adjudicatus, ita ut omnia ejus extincta viderentur, quis tamen poterit ſobolem ejus, quam paſſionis virtute genuit, enarrare?* nec multo aliter Oecol. *Et illam generationem ejus quis enarrabit? i. e. quis explicaret quantus fructus ex hac paſſione ſubſequatur? q. d. O quamus populus credentium acceſſit Chriſto exaltato in crucem.* & huc ſpectavit etiam Mariana, commatis

matis hujus sententiam proponens istis verbis, *Innumeros tamen sectatores habebit post mortem.* Ast aliis דור hic significat *ætatem* aut *æternitatem*, putantque his verbis declarari, quod Christus triumphata morte resurrexit in vitam sempiternam. Calvinus, *Et generationem ejus quis enarrabit) significat Christum, licet angoribus fere obrutum, non solum ab his ereptum iri, sed etiam ætatem ipsius permanentem atq; æternam futuram esse ——— resurrexit enim Christus, in æternum victurus.* & eodem modo hoc comma interpretantur atque exponunt etiam Munst. Trem. Osiand. Schin. Riv. similiterque Pisc. *Durationem vitæ ejus quis enarraturus est) revixit, & vitam æternam adiit*: quibus consentiunt etiam Vernaculi plerique, Lutherus, Gallica & Itala utraque, Anglica vetus, & Belgica. Borrhaus autem utramque istam expositionem simul amplexus est, ita hoc comma enarrans: *Christum vitam & ævum, cujus æternitatem nemo eloquatur, nactum esse, victa morte: & progeniem adeptum, cujus numerum non magis quis enarret, quàm arenam maris, & stellas cœli.*

16. Istarum expositionum neutram approbare possum, quia utraque ad statum glorificationis pertinet; de quo hic locutum Prophetam, neutiquam est verisimile: quandoquidem de statu humiliationis, de quo per totum antea caput locutus est Propheta, multis deinceps verbis, ac per integrum adhuc sesquiversum loqui pergit. imo hic ipse versus, in cujus medio collocatum est hoc comma, de eadem re, de-que humiliatione Christi (& quidem de infimo ipsius gradu, deque ipsa Passione) agit tum primoribus verbis, מעצר וממשפט, לקח uti ostendimus, tum omnibus hoc comma insequentibus: *Abscissus est de terra viventium, ob defectionem populi mei plaga ipsi inflicta est:* ut propterea nequaquam opportunum futurum fuerit, quicquam ejusmodi, ac ipsi his verbis significari volunt, hic inserere, seriemque istius sermonis, quo humilis Christi status, omnesque ejus partes, ordine describuntur, contrarii status mentione mediam interrumpere; atque id, quod mox suo loco (versus decimi medio, ac deinceps) plenissime pertractatur, hic tam alieno prælibare. Castalioni verò, qui דור interpretans *genus, Atq; ejus genus quis eloquatur*, id exponit, *Quis dicat eum Deo natum, quum sit infra omnes infimos homines*, obstat vis istius vocabuli, quod nunquam habet illum intellectum. Ego itaque existimo, דור hic idem significare, quod Græcis γενεὰ, non quando *de generatione* seu *procreatione* & *ortu* sumitur, nec quando *seculum* seu *ætatem* significat, sed quum *ipsum hominum genus* denotat; in quo intellectu sicuti passim in Evangelistis occurrit (ut Matth. 11. 16. Τίνι δὲ

ὁμοιώσω

ὁμοιώσω τὴν γενεὰν ταύτην; Marci 8. 12. Τί ἡ γενεὰ αὕτη σημεῖον ἐπιζητεῖ &c.) ita neque externis scriptoribus insolens est, uti apparet ex pentametro isto Æschyli versu, laudato à Theophrasto lib. 9. Hist. Plant. cap. 15. Τυρρηνὸν γενεὰν, φαρμακοποιὸν ἔθνος· itemque isto loco Luciani, libello de Dea Syra, ἤδη ἡ γενεὴ, οἱ νῦν ἄνθρωποι, οὐ πρῶτοι ἐγένοντο, ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἡ γενεὴ, πάντες ὤλοντο, οὗτοι δὲ γένος τοῦ δευτέρου εἰσί. Isto autem modo דור sumitur Ierem. 2. 31. הדור אתם ראו דבר יהוה & 7. 29. ויטש את-דור עברתו: Psal. 73. 15. דור בניך: Prov. 30. 11. דור אביו יקלל: & sic ejusdem capitis, vers. 12, 13, 14. atque alibi quam sæpissime. est enim hæc significatio isti vocabulo admodum familiaris. Quantum ad verbum ישוחח, id neque *enarrare* verterim, quomodo id vertit maxima pars Interpretum, neque *loqui*, *eloqui*, *explicare*, cum aliis nonnullis; (quia *accusativum personæ*, cum quo ישוחח hic construitur, ista verba respuunt) sed *describere*; quæ significatio à vi istius verbi nequaquam abhorret. notandum vero præterea est, in hoc *futuro* eam hic esse *ellipsin*, de qua libri 2. capite 3. paragrapho octavo egimus, ac ישוחח positum pro יוכל לשוחח, quod ex omnibus Interpretibus nemo animadvertit, aut expressit, præter solum Diodatum, *e chi potrá narrare la sua etá*. Hoc comma igitur sic vertendum, *Quis describere potest seculum ipsius*, i. e. homines seculi ejus, quo ipse (putà Christus) vixit, atque ista passus est.

17. Est autem insignis hæc atque pathetica exclamatio, quam summa rei atrocitas Prophetæ expressit, q. d. Quis satis demirari ac describere possit summam ac rabiosam istorum hominum feritatem, ac dirissimam crudelitatem, qui tam fœdis atque indignis modis Messiam tractaturi sunt, aut tractaverunt (Prophetæ enim passim de rebus futuris, non aliter, quàm si jam transactæ essent, loqui solent) à quo plurima maximaque bona perceperant, & quem non modò ab omni crimine insontem sciebant, sed ab omni quoque suspicione cujuscunque culpæ quam longissime remotum (לא חמס עשה ולא מרמה בפיו uti versu sequente dicitur) Quis, inquam, non obstupescat, ad tam exsecrandam vesaniam atque immanitatem prolapsos esse istius ævi Judæos, ut Jesum, τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον (Act. 3. 14.) imò τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς (Act. 3. 15.) omni-que signorum ac miraculorum genere pro tali approbatum (ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι, καὶ τέρασι, καὶ σημείοις, οἷς ἐποίησε δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ ὑμῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ οἴδατε, Act. 2. 22.) ad Judicem raperent tanquam magnorum criminum compertum (ὃν ὑμεῖς παρεδώκατε, καὶ ἠρνήσασθε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον Πι-

λάτε,

λάτου, Act. 3. 13.) neque absisterent, donec Iudicem, qui compertâ ipsius innocentiâ absolvere eum decreverat (κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν, Act. 3. 13.) ad ipsius condemnationem ac necem perpellerent, & famosum homicidam ipsi præferentes, ac pro ipso sibi condonari postulantes (ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε, καὶ ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν, Act. 3. 14.) cum variis cruciatibus ac contumeliis divexatum, ignominiosissimo supplicii genere interimerent (τοῦτον διὰ χειρῶν ἀνόμων προσπήξαντες ἀνείλετε, Act. 2. 23.) Si igitur ob alia crimina Israelitas passim insectantur Prophetæ, tanquam genus hominum pessimum ac perversissimum, הדור העשה הרע בעיני יהוה, Num. 32. 13. דור עקש ופתלתל, Deut. 32. 5. דור תהפכות, Deut. 32. 20. דור סורר ומרה. Psal. 78. 6. si-que ob incrudelitatem atque alia ejusmodi vitia Iudæi à Christo audiunt, γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλίς, Mat. 12. 39. & 16. 4. γενεὰ διεστραμμένη, Matth. 17. 17. quanto majorem causam habuit Esaias exclamandi דורו, in homines istos, ob istud facinus, quod omnium criminum ac scelerum summa fuit, ac quo magis nefarium dici aut cogitari nihil potest?

18. Eodem modo, ac nos, vocem דור hic intelligit, ac comma istud exponit Stephanus, qui pro Tigurinorum, *generationem ejus quis enarrabit*, substituens, *seculum ejus quis enarrabit*, hæc subjungit: id est, *pravitatem seculi ejus. Incipit exclamare in homines seculi Christi, q. d. Quis ergo pravitatem Iudæorum, qui vivent seculo Christi, exprimere verbis poterit?* & Stephanum imitatus Forerius, *Seculum illius quis explicabit? Quum à turba populi, & ab ipsis magistratibus, Pharisæis, Principibus, sacerdotibus, Christum Dominum damnatum, & morti addictum dixisset, non potuit non admirari generationem illam, seculum illud, mores hominum illorum, qui talia ausi fuissent.* Quod Stephanus ac Forer. דור verterunt *seculum*, quomodo etiam nos vertimus, id factum penuria aptioris vocabuli: quandoquidem vocem nullam habet Latina lingua, quæ hebraicæ דור in ista notione exacte respondeat. *seculum* autem (quod proprie, æque ac דור, ipsum tempus, ac certum temporis spatium denotat) interdum ita usurpatur, ut proxime ad eam accedat; uti in illo Ciceronis, *Ego etiam ipse fortasse in hujus seculi errore versor.* ita Sen. lib. 1. Controv. 2. *Potest aliquam corrumpere prolapsi in vitia seculi prava consuetudo:* & lib. 2. Contr. 13. *Et ut seculi mos est, in deterius luxu fluente, muliebris ambitio certamine mutuo usque in publica damna privatim insanit.* Lucius Florus, in extremo operis, *Pronum in omnia mala, & in luxuriam fluens seculum, gravibus severisque legibus multis coercuit.* Lucanus lib. 8.

Exul adhuc jacet umbra Ducis. si secula prima
Victoris timuere minas, nunc excipe saltem
Ossa tui Magni. ———

Virgilius 1. Georg.

Impia-que æternam timuerunt secula noctem.

Lucretius verò istam vocem passim eo modo usurpat, qui ad hunc דור significatum propius etiam accedit, ei-que quodammodo æquipollet, nisi quod ad muta quoque animantia eam transfert; id quod Hebræis in דור non est usitatum.

CAP. XI.

Esaiæ 53. 12. אחלק-לו ברבים, *multi* רבים *exponunt* Magnos, *ut tanto melius congruat cum* עצומים *commatis sequentis, quam vocem omnes unanimiter exponunt* fortes, potentes, *aut* robustos. 2. רבים *potius interpretandum* multos; *&* עצומים *non ita, ut isti volunt, sed* numerosos *seu* plurimos; *quem significatum semper habeat nomen istud, uti & ipsum verbum* עצם, *in omnibus locis, ubi ἐν συζυγίᾳ cum* רב *ponuntur; qui loci enumerantur.* 3. *In duobus istorum locorum significationem* multitudinis *quàm* roboris *potius amplectendam, contra quàm prima fronte videatur, breviter ostenditur: & complures præterea loci, in quibus* עצם *eundem* multitudinis *significatum habet, extra illam cum* רב *συζυγίαν, recensentur.* 4. Psal. 38. 20. ואיבי חיים עצמו fortitudinis *seu* roboris *notionem huic verbo attribuunt omnes Interpretes; quorum plerique peccant etiam in voce* חיים, *eandem vim hic habente, ac,* 1 *Sam.* 25. 6. *ubi itidem à paucis intelligitur.* 5. *In reliquis quoque locis, ubi* עצם *sign.* numerosum esse, *pravè atque ex altero significatu id redditum ab Interpretibus.* 6. *Idem error commissus circa nomen* עצום. 7. *Alteram tamen hujus vocis significationem nequaquam iis ignotam fuisse, monstratur exemplo, Ier.* 15. 8. Psal. 40. 6, 13. Psal. 139. 17. *quibus locis aut omnes aut plerique Interpretes verbo* עצם multitudinis *notionem rite tribuerunt.* 8. *Id quod etiam Esa.* 31. 1. & 47. 9. Jer. 5. 6. & 30. 14. *permulti fecerint.* 9. *Etiam nomen* עצום *frequenter ab iis probe translatum fuisse.* 10. *Multos adeo incogitantes fuisse circa hanc vocem, ut non raro iis ipsis in locis, ubi* multitudinis *significationem aptiorem esse ipsi agnoverunt, alteram*

tamen

tamen usurpaverint; sicuti alii quandoque novos ac fictitios significatus excogitare, quàm genuinum adhibere maluerunt. 11. עצם & עצום *non modò in locis hactenus recensitis, sed & alibi ut plurimum habere* multitudinis *significationem.* 12. *Variantes expositiones* particularum eth *ac* beth, *& quamnam revera hic vim habeant.*

ALter ex Esaiæ capite 53. locus, quem hic enodare constituimus, videlicet initium versus duodecimi, ita se habet, לכן אחלק-לו ברבים ואת-עצומים יחלק שלל, ubi רבים, quod proprie *multos* significat, non pauci Interpretes exponunt *magnos*, ex usu linguæ syriacæ; quomodo vocabulum hoc interdum ab Hebræis usurpari, supra alicubi monuimus. De hoc numero sunt Calv. Musc. Forer. Pisc. Hisp. Gall. utraque, Angl. utr. Diod. & Amama. Ut autem ita interpretarentur, præcipue eos movit vox עצומים in secundo membro posita, cui *fortitudinis* seu *roboris* significatum omnes uno ore attribuunt. quippe Sept. vertunt ἰσχυρῶν· Syr. עשינא : Targ. תקיפין Hier. Pagn. Zuin. Tigur. Oecol. Steph. Osia. Olea. Riv. Hisp. Ital. *fortes*; similiterque Luth. & Amam. starke, ac Angl. utr. strong: Munst. Calv. Musc. Forer. Trem. *Robusti:* Cast. Pisc. Gall. utr. Diod. & Belg. *potentes, puissans, potenti,* machtige. Jam quum hæc duo commata sibi ἐν παραλλήλῳ respondeant, ac sub aliqua vocabulorum diversitate eandem sententiam complectantur; si עצומים significat *fortes, potentes,* aut *robustos*, convenientius est ut רבים in rariore intellectu pro *magnis*, quàm in vulgari pro *multis* accipiatur; quum *magnus* sit aptius *adjectivum*, quàm *multus*, quod pro synonymo *potentis* seu *robusti* usurpetur. *Eadem est sententia* (inquit Calv. in expositione posterioris commatis) *cum priore est enim repetitio usitata hebræis. & quos prius Magnos dixit, nunc Potentes aut Robustos vocat.* similiterque Forer. *Possumus &* רבים *pro Magnis accipere, ut non sit multitudinis, sed magnitudinis, ut interdum Hebræi usurpant.——quo in sensu eò libentius accipio, quod nomen Fortium seu Robustorum sequitur, cum quo solet conjungi nomen* גדול i. e. magnus, ut Deut. 4. *Expellam gentes magnas & robustas supra te.*

2. Ego sicuti concesserim, רבים *magnos* potius quàm *multos* interpretandum, si עצומים id significat, quod omnes isti voluerunt: ita ea potissimum voce moveor ut רבים in nativo ac vulgatiore intellectu accipere malim. quippe עצומים non *fortes, potentes,* aut *robustos*, sed *numerosos* vel *plurimos* hic significare contendo: quo posito, sequitur

sequitur ut רבים omnino explicandum sit *multi*; siquidem ambigi non debet, quin hic sit figura illa Geminationis sententiæ, & duobus his commatis una eademque res sub diversis vocabulis dicatur; id quod etiam Calv. ac Forer. (uti modò apparuit) aliique, recte animadverterunt. Quare autem עצומי ita potius, uti dixi, quam sicuti isti voluerunt, accipiendum sit, eam habeo rationem, quod in omnibus aliis locis, ubi ista duo vocabula, רב & עצום ἐκ παραλλήλου, eodem modo atque hic, usurpantur, tam עצום quam רב eam habent significationem, quam nos hic ipsis tribuimus, neque *robur* aut *fortitudinem*, sed *multitudinem* & *copiam* denotant: sicuti ex diligenti locorum pensitatione cuivis perito Judici facile apparebit. Ut autem lectorem inquirendi labore levemus, locos illos hic apponimus. Num. 32. 2.
ומקנה רב היה לבני ראובן —— עצום מאד : Psal. 35. 18. אודך
בקהל רב בעם עצום אהללך : Psal. 135. 10. שהכה גוים
רבים והרג מלכים עצמים : Prov. 7. 26. רבים חללים הפילה
ועצומים כל-הרוגיה : Amos 5. 12. רבים פשעיכם ועצמים
חטאתיכם : Joel. 2. 11. כי רב מאד מחנהו כי עצום עשה דברו :
Mich. 4. 3 ושפט בין עמים רבים והוכיח לגוים עצמים :
Zach. 8. 22. ובאו עמים רבים וגוים עצמים לבקש
את-יהוה. Idem quoque judicium esto de omnibus istis locis, ubi
verba עצם & רב pari modo copulantur, ut Esa. 31. 1. ויבטחו על
רכב כי רב ועל פרשים כי עצמו : Ier. 5. 6. רבו פשעיהם עצמו
משבתיהם : Jer. 30. 14. על רב עונך עצמו חטאתיך (quo loco observandum, על ante עצמו ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum è priore membro)
Psal. 69. 5. רבו משערות ראשי שנאי עצמו מצמיתי : Psal. 38. 20.
ואיבי חיים עצמו ורבו שנאי שקר. atque istis locis addatur etiam, Esa. 47. 9. ubi *verbalia* רב & עצמה simili ratione conjunguntur: ברב כשפיך בעצמת חבריך.

3. De omnibus istis locis unus tantum est, ubi altera significatio, *roboris & potentiæ*, aptior videtur, quàm illa *multitudinis*, putà Psal. 135. 10. sed ibi quoque aptissimam esse significationem à nobis assignatam, docet versus sequens; è quo apparet, illud מלכים עצמי' dictum de Ogo, Sehone, cunctisque Regibus Cananæis: qui cum in universum fuerint numero triginta tres (uti ex Josuæ cap. 12. constat) non immeritò hic David canit, plurimos Regis à Deo profligatos in gratiam Israelitarum. Etiam de Mich. 4. pertendere quis posset; sed litem dirimet collatio cum Esa. 2. 4. ubi eadem plane res dicitur, iisdemque verbis, nisi quod vice istius repetitionis רבים & עצמים, *adjectivum rabbim* solum ponitur in fine sententiæ, ושפט בין הגוים
והוכיח

והוכיח לעמים רבים. Cæteroqui vix unus aut alter eſt locus ex omni iſto numero, ubi tolerabiliter ſaltem admittatur *fortitudinis & roboris* ſignificatio, ſed in cunctis altera illa eſt multo convenientior, plerique verò eam apertiſſime flagitant, ac *roboris* intellectum penitus reſpuunt. Et ſic alii quoque complures loci ſunt, ubi עצם & עצום, extra illam cum רב *συζυγίαν*, evidentiſſime iſtam *multitudinis* ſignificationem obtinent. Pſalmo 40. 6. עצמו מספר : & verſ. 13. עצמו משערות ראשי : Pſal. 139. 17. מה עצמו ראשיהם : Eſa. 60. 22. והצעיר לגוי עצום : Ierem. 15. 8. עצמו לי אלמנתיו : Ioel 1. 6. גוי עלה על ארצי עצום ואין מספר מחול ימים : in quibus locis עצם ita ſumendum eſſe uti nos affirmamus, partim quidem ſtatim primo aſpectu patet; partim etiam ex adjunctis, antecedentibus putà aut ſequentibus, diluceſcit. quippe Pſalm. 40. 6. eſt duplicatio ſententiæ, & עצמו מספר, nihil aliud eſt niſi repetitio ejus quod initio verſus dictum fuerat, רבות עשית ——— נפלאתיך: quomodo & verſu 13. עצמו משערות ראשי, inculcatio eſt ejus quod præceſſerat eodem verſu, אפפו עלי רעות עד אין מספר eademque figura eſt etiam Eſa. 60. ubi והצעיר ——— לגוי עצום æquipollet membro præcedenti, הקטן יהיה לאלף : quippe uti הצעיר & הקטן *ἰσοδυναμοῦντα* ſunt, ita etiam לאלף & לגוי עצום. non enim hæc eſt iſtius hemiſtichii ſententia, quam quidam magni nominis Interpres tradidit, *Populi Iudaici paucitatem ſic augendam eſſe, ut deinde immenſus populi numerus, magnaq; potentia præditus ſit*, ſed quam exhibet Oſiander, *Apoſtolos verbo Evangelii genituros maximam poſteritatem ſpiritualem, ſicuti unus Paulus, prædicando Evangelium, genuit multa millia Chriſtianorum.* Joelis 1. 6. עצום ſignificare *numeroſum*, apparet ex ſubjunctis ואין מספר, quæ verba ſunt veluti *epexegeſis* iſtius *adjectivi*; ſicuti eadem phraſis alibi ipſi רב, ad majorem rei illuſtrationem majoremque emphaſin, ſubjungitur, Jerem. 46. 23. רבו מארבה ואין להם מספר. & ſimilis *epexegeſis* eſt etiam Pſal. 139. ubi מה עצמו ראשיהם (ראשים hic non ſign. *ἀρχὰς*, ut Græci tranſtulerunt, nec principes, רבנין, שליטנין, ut Syrus & Chald. multoque minus *πένητας*, *pauperes*, ut Theod. & Hieron. ſed *ſummas*, uti uno ore Recentiores omnes, cum Rabbinis Iarchio, Levi, & Kimchio) amplius declaratur, uti etiam Kimchius & Bucerus probe obſervarunt, verbis iſtis proxime ſequentibus, אספרם מחול ירבון, *enumerarem eas, ſed plures ſunt arenâ.*

4 Mirari autem licet inſignem Interpretum circa hoc vocabulum incogitantiam, qui veluti jurati in alteram illam *roboris* ſeu *fortitu-*

dinis significationem, eam passim in istis locis, neglectâ sententiæ vel necessitate vel saltem convenientiâ, adhibent: id quod sigillatim, primo in verbo עצם deinde in עצום, ostendemus. Psal.38 20. ואיבי חיים עצמו Sept. *κεκραταίωνται*: Sym. *ἐσφριγήκασι*: Syr. אתעשנו: Chal. עלימו: Hieron. Anon. *confortati sunt*: Zuin. *fortes sunt*: Pagn. Cajet. Buc. in paraphr. Osian. *roborati sunt*: Calv. Trem. Moll. Pisc. Buxt. *roborantur*: Munst. Tig. Maria. *robusti sunt*: Musc. *robusti facti sunt*: Cast. *Valent*: Buc. *invaluerunt*: Luth. **sind mächtig**: Belg. **worden machtig**: Val. *son fuertes*: Ital. *sono corroborati*: Diod. *si fortificano*: Gall. utr. *se renforcent*: Ang. vet. **are mighty**: nova, **are strong.** Eundem significatum isti verbo attribuunt etiam Raschi & Kimchi, qui in eo præterea erraverunt, quod חיים habuerunt pro *nomine substantivo, vita*: Raschi, מעצימים חיים בשלום ובטובה: Kimchi, הם כחיים עצומים וטובים. sed & illi errant in חיים, qui ad id subintelligendum putant *verbum substantivum*, ita ut post ipsum desideretur *conjunctio copulativa, viventes sunt*, seu, *vivunt*, *&*: &c. id quod fecerunt Græci, Zuin. Buc. Tig. Calv. Munst. Cast. Pisc. Luth. Angl. utr. Val. Diod. Belg. Melius verò Sym. Hier. Chal. Pagn. Cajet. Musc. Moll. Trem & Gall utr. id per *adjectivum* seu *participium* reddiderunt. est enim חיים *toar* seu *epitheton* τῶ אויבים, quod ut clarius exprimeret Italus, vertit, omnium optime, *I miei nimici, che vivono.* חיים, autem hic significare eos, qui *vitam lætam hilaremq́; degunt, ac rebus prosperis florent, omnium rerum copia affluentes*, Calv. Moll. Pisc. Diod. & Belg. recte monuerunt: quomodo nimirum hæc vox etiam sumitur 1 Sam. 25. 6. ואמרתם כה לחי, quam tamen istius vocis vim, germanamque loci sententiam, nemo ibi animadvertit, præter Cajet. Junium (qui לחי ab אמרתם male divellit) Pisc. Buxt. Angl. no. & Belgas, quum reliqui omnes à vero loci sensu longe aberraverint. Hieronymus verò ita vertit, acsi non לחי sed לאחי scriptum esset; sicuti etiam R. Esaias ad istum locum scribit, quod נעלם האלף ופתרונו לאחי, *delitescit aleph, & capiendum acsi* לאחי *scriptum esset*. Uti autem hic Hieron. ita Psal. 38. 20. Syrus in istius vocis literas peccat, & חיים in חנם (reclamante sensu, omniumque codicum & Interpretum consensu) transformat, adhibita etiam dictionum transpositione, אתעשנו וחזו.

5. Psalmo 40. 6. עצמו מספר: Chal. תקיפו מן לחואה, Calv. *prævalent supra narrationem*: Buc. *prævaluerunt numero*: Moll. *prævalent supra numerum*: similiterque Cajet. & Arias, qui etiam מספר horridè admodum atque ineptè reddiderunt. *viguerunt à recensendo*:

fortia

fortia fuere præ narrare.——— Psal 40.13. עצמו משערות ראשי: Syrus, ועשנו מן סערא דרישי: Chaldæus, תקפו מן בינתי רישי: Munst. Musc. *prævaluerunt* : Buc. *Invaluerunt* : Caj. *viguerunt* : Arias, *fortificata sunt.*——— Psal. 69.5. עצמו מצמיתי : Græc. ἐκραταιώθησαν Syrus, עשנו מן גרמי, *fortiores fuerunt ossibus meis* ; (videtur imitatus Aquilam, qui interdum עצום, acsi esset ab עצם, vertit, ὀστοῦν, quam perabsurdam ac deridiculam interpretandæ illius vocis rationem etiam Arias plus semel usurpat, vertens *ossens, firmus ossibus*) Chal. תקפו: Hieron. Musc. *confortati sunt* : Caj. Pagn. Moll. *roborati sunt* : Zuing. Buc. *invalescunt, invaluerunt* : Tig. Buc. in paraph. Pisc. *prævaluerunt* : Trem. *potentiores sunt* : Osian. *potentes admodum sunt* : Maria. *robur habuere* : Luth. **sind machtig** : Bel. **syn machtig geworden** : Val. *hanse fortalecido* : Ital. Diod. *si sono fortificati, si fortificano* : Gal. utr. *se sont renforcéz* : Ang. utr. **are mighty.**—Psal. 139. 17. מה עצמו ראשיהם, Pag. Mun. Buc. *invaluerunt* : Caj. *roborata sunt* : Calv. Moll. *fortes sunt.* etiam Græc. Syr. Hieron. Chal. hoc verbum male transtulerunt, ἐκραταιώθησαν, עשנו, *fortes sunt*, אתחיילו: sed de iis minus mirum, quia impegerunt etiam in voce ראשיהם (uti supra §. 3. monuimus) à qua hujus loci intelligentia præcipue dependet—Esa. 31.1. כי עצמו מאד, Syrus, דטב עשינין : Chald. ארי תקיפין לחדא : Hieron. Pagn. Calv. Oecol. *quia prævalidi sunt* : Cast. *utpote prævalidis* : Munst. *quod validissimi sint* : Musc. *quod validi sint* : Zuin. Tig. *propter ingens robur eorum* : Oleast. *quia robusti sunt* : Luth. **darumb das sie sehr starck sind** : Bel. **om dat die seer machtig syn** : Gall. *pource qu'ils sont fort puissans* : Gen. *quand ils sont fort renforcéz* : Val. Ital. *porq. son valientes, perche sono molto valenti* : Ang. utr. **because they be very strong.**— Ierem. 5.6. עצמו משובתיהם Græc. ἴσχυσαν ἐν ταῖς ἀποστροφαῖς αὐτῶν (habuerunt משובתיהם pro *ablativo*, per *ellipsin* τοῦ *beth*) Syrus, עשנו דלא נהובון (משובתיהם prave ac contra omnem analogiam transtulit, acsi esset *infinitivus* cum *mem præfixo*) Chal. תקיפין תיובתהון: Hier. *confortatæ sunt aversiones eorum* : Zuing. Tig. Arias, *Invaluerunt* : Oecol. *roborarunt rebelliones suas* : Gall. utr. *sont renforcees* : Diod. *si sono rinforzate.*—Ierem. 30. 14. עצמו חטאתיך. Syr. עשנו: Chal. תקיפו : Hieron. *dura facta sunt* : Oecol. *valida fuerunt* : Zuin. Tig. Munst. Calv. Ar. Osi. *Invaluerunt* : Gall. utr. & Diod. *se sont renforcéz, si sono rinforzati* : Luth. **umb deiner starcken sunden wille.**

6. Vidimus quomodo verbum עצם iis in locis, ubi *multitudinem* significat,

significat, prave transferant Interpretes, *roborisq́* ac *fortitudinis* notionem ipsi attribuant. nunc de nomine עצום tantundem ostendemus. Num. 32. 1. עצום מאד Chal. תקיף לחדא : Ar. *fortis valde* : Osian. *robusta valde*. similiterque Syrus, רטב עשין : de qua tamen interpretatione, ut hoc semel moneam, dubitari potest, an non satis bona sit ; quandoquidem radix hæc *fortitudinis* & *roboris* significatum habens primariò (sicuti Dictionaria loquuntur, & sexcenta in libris sacris exempla planum faciunt) fortassis alterum quoque illum *copiæ* ac *multitudinis*, æque ac Hebraicum עצם, obtinet : de quo licet Lexicographi sileant, suspicari tamen occurrit, quia in libro Sapientiæ, cap. 10. vers. 18. verba illa, διὰ ὕδατος πολλῶ, syriace reddita invenio, במיא עשינא sicuti etiam pro *tantus*, τηλικοῦτος, in Novo Instrumento, (Iac. 3. 4.) ista vox usurpatur.—Psal. 35. 18. בעם עצום, Chal. בעמא תקיפא : Hier. Pag. Caj. *in populo forti* : Tig. Buc. in paraph. Musc. *valido* : Buc. *robusto* : Val *fuerte*—Psal. 135. 10. מלכים עצומים. omnes ad unum Interpretes hic *robustos, fortes, potentes*, aut *validos* transferunt ; quare eos nominatim producere supersedemus.—Pro. 7. 26. ועצומים כל-הרוגיה. Syrus, ועשינין כלהון קטיליה : Chal. ועשינין כולהון קטילהא : Hieron. *fortissimi quiq́, interfecti sunt ab ea* : Pag. *& fortes omnes occisi ejus* : Munst. *viri fortes propter eam interfecti sunt* : Tig. *fortissimum quemq́, trucidavit* : Sym. & Theod. ἰσχυροὶ πάντες οἱ πεφονευμένοι. Luth. **sind allerley machtige von ihr erwürget** : Gal. vet. *& sont tous les forts tuéz par elle* : Ital. *tutti i forti sono ammazzati da lei* : Val. *todos los fuertes han sido muertos por ella* : Gen. *tous ceux, qui ont esté par elle tuéz, estoyent robustes* : Diod. *è pur tutti coloro ch' ella ha morti erano possenti* : Ang. nova, **yea many strong men have been slaine by her** : Ang. vet. **and the strong men are all slain by her**.—Esa. 60. 22. לגוי עצום : Syrus, עשינא : Chal. תקיף : Hier. Gal. vet. *fortissima* : Pag. Oecol. Maria. Val. Ital. Gen. *fortis* : Musc. *valida* : Zuin. Munst. Tig. Cal. For. Olc. *robusta* : Ang. utr. **strong** : Luth. & Bel. **machtig** : Diod. *possente*. — Ioel. 1. 6. גוי—עצום. Græc. ἰσχυρὸν. Syrus, Chal. Pag. Munst. Tig. Cal. Val. Ital. Ang. no. ut loco præcedente : Oec. Tre. *robusta* : Hieron. Gal. vet. *fortis* : Cast. Gen. *potens, puissant* : Diod. *poderosa* : Luth. Bel. Ang. vet. **machtig, mighty**.—Ioel. 2. 11. עצום עשה דברו, omnes unanimiter *potens fortis, validus*, aut *robustus* transferunt ; cui errori alium præterea nonnulli addunt, divellendo עשה & עצום (quum hoc illius sit prædicatum) sicuti multi in eo quoque peccant, quod non animadverterunt, utrumque illud nomen esse *collectivum*, ea-que *pluralium*

loco

loco posita esse. Idem consensus est etiam Mich. 4. 3. exceptis duntaxat Stephano & Luthero, qui aliter verterunt, ut postea dicemus. Amos 5. 12. ועצמי חטאתי כם Græc. ἰσχυραί. Syr. עשינין: Chal. תקיפין: Hieron. Pagn. *fortia*: Calv. Pisc. *robusta*: Luth. **stark**: Ang. utr. **mighty**: Gen. *renforcéz.* —— Zach. 8. 22. וגוים עצומים, Syr. עשינין: Hieron. Pag. Munst. Tig. Cal. Ital. Gal. vet. *robusta*: Oecol. Val. *fortes*: Osian. *potentissima*: Ang. vet. **mighty**: Ang. nova, **strong**: Gen. *puissantes*: Bel. **machtige**: Diod. *possenti*. Quantum ad verbale עצמה, Esa. 47. 9. id Græci transferunt ἰσχύς. Chal. תקוף: Hieron. *duritia*: Oecol. *firmitas*: Zuin. Tig. *robur*: Anon. Arias, Tre. Oleast. *fortitudo*.

7. Minus sane mirum foret, toties in reddenda ista voce à vero intellectu aberrasse Interpretes, si altera ejus significatio, putà *multitudinis*, ipsis incognita fuisset. Jam verò nemo ipsorum est, qui eam non agnoverit, atque aliquando usurpaverit. & Ieremiæ quidem 15. 8. concorditer eam omnes amplectuntur, atque verbum עצמו ibi à Græcis transfertur ἐπληθύνθησαν· à Chal. & Syro, סגי: ab Hieron. Pag. Mun. Tig. Oecol. Calv. Osian. Gal. vet. Val. Ita. utr. *Multiplicari*: à Cast. Tre. Pisc. *numerosum esse*: à Luth. & Bel. **mehr werden**: à Zuinglio autem & Ang. utr. *augeri*, **to be encreased**, quæ verba non de aliis modò, verum & de *numero* solent dici. aliquanto alieniora sunt Ariæ *densuere*, & Gen. *sont entassees*, quæ tamen ipsa quoque ad *multitudinem* potius quàm ad *vires* & *robur* pertinere manifestum est. Etiam Psal. 40. 6. potissima Interpretum pars hoc verbum rite transferunt. Sept. ἐπληθύνθησαν· Syrus, סגיאן אנין מן: מנינא: Sym. Hieron. Pag. Zuin. Mun. Tig. Buc. in paraph. Anon. Schin. Ang. utr. πλείω ἐστὶ, *plura sunt*, **they are more**: Tre. Pis. Ital. Belg. *numerosiora sunt*, *sono in maggior numero*, **syn menichvuldiger**: Gall. utr. & Diod. *elles sont en si grand nombre, que je ne les sauroy raconter*; *sono tanti, che non si possano annoverare*. & in eandam mentem, sed nimis concise ac indiligenter, verterunt etiam Cast. Musc. Luth. Val. *occurrunt innumera*; *superant numerum*: **wiewoll sie nicht zu zehlen sind: no pueden ser enarrados**. Similiter ejusdem Psalmi versu 13. Græc. Pag. Calv. Moll. Ita. ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ, *multiplicata sunt super* vel *præ*; *sono moltiplicata piu*: Zuin. Tig. Buc. in paraph. Schind. Luth. Angl. nova, *plura sunt*; **ihr ist mehr**; **they are more**: Hier. *plures facta sunt*: Tre. Pisc. Diod. Ang. vet. Bel. *numerosiores sunt*; *sono in piu gran numero*; **they are more in number**; **syn menichvuldiger**. Gal. vet. *passent en nombre*: Gen. *surmontent en nombre*. Cast.

 valde

valde exiliter, sed eodem sensu, *mei capitis capillos superant*. Sed & Psal. 139. 17. major pars Recentiorum concordat in recta hujus verbi translatione: Ste. & Schi. *quàm multæ sunt summæ earum !* Zuin. *quantus est capitum ipsorum numerus !* Musc. Belg. *quam multiplices sunt earum summa!* **syn machtig vele** : Anon. Val. Ital. *multiplicatæ sunt* ; *son multiplicadas* ; *é assai multiplicata* : Tre. Pisc. *quàm numerosæ sunt summæ earum.* ita quoque Veterum quispiam, Symmachus ut puto, παμπληθεῖς εἰσὶν αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν.— hisce adjungi debent Tig. *quàm grandes summæ excrescunt* : Cast. *quarum tanta summa est* : Buc. paraph. *quàm ingentes sunt summæ illarum* : Osia. *quàm magna est earum summa!* itemque Luth. Gal. utr. Angl. utr. Diod. **grosse summa** ; *grande somme* ; **great summe** ; *grandi somme.* quippe in ejusmodi locutionibus *grandis, magnus, ingens,* τὸ *multus* æquipollent. malim autem (ut hoc obiter moneam) cum Luth. Cast. Ita. Gal. vet. Osian. & Ang. utr. dicere *summa*, in *singulari*, quàm cum reliquis *summæ*. quanquam enim nomen hebraicum est *pluralis numeri*, in nostris tamen linguis durius est *pluralem* hic adhibere.

8. Uti autem in istis locis plerique Interpretes, ita etiam Esa. 31. 1. Ier. 5. 6. & 30. 14. verbum hoc עצם, sicuti quoque Esa 47. 9. *verbale* עצמה multi probe transtulerunt. Esaiæ 31. Græc. ἐφ' ἅρμασιν, ἐσὶ γὰρ πολλὰ, καὶ ἐφ' ἵπποις, πλῆθος σφόδρα· Ste. *valde multi sunt* : Tre. Pis. *numerosi sunt* : Diod. *sono in grandissimo numero.* & Pagn. quoque in Dict. ita vertit, sed alterâ ac pravâ versione adjunctâ, *fortes sunt*, aut *multiplicati sunt.*——— Esa. 47. 9. Syr. סוגאא : Pag. Ste. Bel. *multitudo*, **menichte** : Cal. Val. *copia* : Cast. *tanta copia* : Munst. *copia multa* : Osia. *magna copia* : Luth. **ein grosser hauffe** : Gen. & Ang. utr. *grande abondance* ; **great abundance** ; Musc. ambigue, sed ita ut huc potius videatur trahendus, *propter magnam vim.* idem quoque cum omnibus istis voluit Pisc. sed vocabulo perincommodo usus, *cumulus.* longe verò ineptius Forer. *condensatio* ; quomodo etiam Esa. 31. 1. עצמו, quod ibi de multitudine dictum fatetur in commentariis, vertit *condensati sunt* : ad cujus exemplum fortassis Arias (qui ineptissima quæque deligere passim solet) Ierem. 15. 8. עצמו vertit *densuere.*———Ierem. 5. 6. Pag. Val. Ita. *multiplicaverunt se* ; *multiplicadose han* ; *sono moltiplicatæ* : Tre. Pis. *numerosæ sunt* : Bel. **syn machtig veel** : istisque addi possunt Mun. Cal. & Ang. utr. *auctæ sunt* ; **are encreased** : quippe *augeri* tam de *numero* & *multitudine*, quàm de *magnitudine* ac *mole* dicitur ———Ier. 30. 14. Græc. Pagn. Anon. Maria. Ital. Val. ἐπληθύνθησαν· *multiplicata sunt* ; *sono moltiplicati* ;

se

se multiplicaron: Tre. Pis. Bel. *numerosa sunt*; syn machtig veel: Ang. utr. were encreased. & Oecol. qui in textu vertit *valida fuerunt*, in margine posuit *multa fuerunt*. Etiam Psal. 69.5. Pag. in dict. secundo loco vertit *multiplicati sunt*; & Munst. ac Calv. qui verterunt, *aucti sunt*, idem forsitan sibi voluerunt.

9. Sed & nomen עצום Num. 32. & Psal. 35. à plerisque bene intellectum & redditum fuit. etenim Num. 32. Pagn & Calv. verterunt *multus*: Tre. & Belg. *numerosus*; machtig veel: Val. Gen. *en gran multitud*; *en fort grande quantité*: similiterque Græc. Munst. & Tig. nisi quod *adjectivo substantivum* substituerunt: πλῆθος πολὺ (pro quo in Edit. Rom. duntaxat πλῆθος legitur) *grex magnus copia multa*; necnon Hieron. qui etiamnum licentius עצום מאד magno verborum ambitu reddidit, *erat illis in jumentis infinita substantia*: sicuti contra non pauci utrumque hoc membrum, מקנה רב—עצום, מאד nimia brevitate in unum contraxerunt, Cast. *permagnus pecorum numerus*: Luth. sehr viel vieh: Ital. *assai gran quantità di bestiame*: Diod. *bestiame in grandissimo numero*: Gal. vet. *fort grande quantité de bestail*. Ang utr. an exceeding great multitude of cattel. —Psal. 35. 18. בעם עצום. Syr. בעממא סגיאא (melius *singularem numerum*, qui in Hebræo est, retinuisset) Mun. Ste. Cal. Moll. Luth. Diod. Ang. utr. *populus multus*; viel volk; *molto popolo*; much people: Trem Pisc. *populus frequens*: Cast. *magna hominum frequentia*: Belg. machtig veel volk. atque ita Anon. & Maria. Vulgatæ *in populo gravi* (ex Græco ἐν λαῷ βαρεῖ) exponunt, *ubi multus populus*; *multo & frequenti*. & Zuin. Gall. utr. ac Ital. *populus ingens*; *un grand peuple*; *un gran popolo*; huc quoque pertinent, ob rationem extremo paragraphi septimi memoratam. Etiam Zach. 8. & Prov. 7. ac Esa. 60. עצום à compluribus recte transfertur. Zach. 8. 22. גוים עצמים Græc. Ste. ἔθνη πολλὰ, *gentes multæ*: Cast. Tre. *gentes numerosæ*: Luth. die heyden mit hauffen. ita quoque Diod. & Belg. in scholiis (quum in textu male verterint, *possenti nationi*; machtige heydenen) *molte, copiose*; machtig vele, sterk in getale, grote hopen.— Prov. 7. 26. ועצמים כל-הרוגיה, Græc. καὶ ἀναρίθμητοί εἰσιν οὓς πεφόνευκε· Tre. *numerosi sunt omnes interfecti ab illa*: Cast. *ingens est tam multorum ab ea caesorum copia*: Belg. alle haere gedoodde syn machtig vele. itemque Diod. in scholiis (quum pravam versionem, in textu positam, prius enarrasset) *tutti coloro, ch' ella ha morti, sono in gran numero*.— Esa. 60. Græc. ἔθνος μέγα: Cast. *in populosam gentem excrescet*: Tre. Pisc. *in gentem numerosam*. Quin & Mich. 4. & Amos 5. sunt qui nomen

nomen hoc recte interpretentur, quanquam sane oppidò pauci putà Mich.4. solus Luth. ac Steph. **Viel heyden**; *populi varii*: & Amos 5. nemo præter Belgas, **dat uwe sonden machtig vele syn.**

10. Porro sicuti jure quis miretur, quod Interpretes istam *multitudinis ac copiæ* significationem tot in locis, ubi ea vel necessaria est, vel aptissima, huic vocabulo denegarunt, cui tamen eam competere, toties ipsi testantur: ita longe magis miranda est multorum ex illo numero tanta circa hanc rem inconsiderantia, ut non rarò iis ipsis in locis, ubi hunc significatum melius quadrare ipsi agnoverunt & profitentur, alteri tamen illi ac alieniori inter transferendum adhæserint. Ita Buc. Psal. 40. 13. transfert, *invaluerunt præ pilis capitis mei*, quod in paraphrasi transtulerat, *plura fuerunt quam*. —— Steph. Ioel. 1. 6. pro Tigurinorum *gens robusta*, substituit, *gens fortis*; subjungens, *ad multitudinem potius refertur*.— Marinus in Dict. verbum עצם Psal.40.13, & 139.17. Esa.31.1. Ier.5.6.& 15.8.& 30.14. vertit *roborari, corroborari*: & עצום Num.32.1. Psal. 35.18. Pro.7.26. *robustus*: ac עצמה Esa.47. 9. *robur*; quanquam agnoscens in omnibus illis locis de *numero*, non de *viribus* sermonem esse, melioremque interpretationem pravæ isti in nonnullis per *parenthesin* subjungens, ut Prov. 7. *copiosi, infiniti*: Psal. 35. & Num. 32. *copiosus*: Esa. 47. *multitudo*.— Merc. in Dict. Pagn. Psal. 139. 17. ita transfert, *Invaluerunt* (*copiosa sunt*) *capita* (*i. summa*) *eorum*.— Oecol. Esa. 60. vertit *fortis*, & Olea. *robusta*, quum tamen in comm. uterque Prophetæ mentem recte non de *fortitudine & robore*, sed de *numero ac multitudine* explicent; quomodo se gessit idem Olea. etiam Esa. 31. 1.— Osia. Num. 32. pro Hieronymi *infinita* substituens *robusta*, id ita declarat, *antecellebant reliquarum tribuum singulas numero pecorum*: idemque Psal.35. *gravi) forti, i. numeroso*.— Maria. Psal. 40. 6. *multiplicati sunt) heb.* עצמו *fortia sunt, i. plura quam narrari possint*: Psal. 139. *confortatæ sunt, i. magnæ, copiosæ*: Esa. 47. *propter duritiam) heb. robur, i. multitudinem*.— Val. Psal. 35. *pueblo fuerte*, in marg. *populoso, mucho*: Mich. 4. *fuertes gentes*; in marg. *muchas, populosas*: Zach. 8. *fuertes, m. populosas*.—Belg. Zach. 8. **machtige heydenen**: in marg. **machtich vele, d. sterck in getale groote hoopen.** —— Hisce addendi Tre. qui Psal. 35. vertens *frequenti*, dicit vocem heb. significare *valido*; ac Moll. qui ibidem in textu probe vertens *multo*, in repetitione in comm. pro eo reponit *forti*: & Pisc. qui Psal. 40. 13. vertens, *numerosiores sunt*, & Psal. 139. *numerosæ sunt*, in scholiis ait, verbum hebr. sonare, *Invaluerunt, corroboratæ sunt*: quomodo etiam Belgæ Num. 32. probæ in textu versioni, **machtich veel**, malam

in marg. apposuerunt, **seer machtigh.** Non desunt quoque Interpretes, qui in aliquibus istorum locorum quum *fortitudinis* significationem non quadrare perspexerint, non tamen alteram ac veriorem amplexi sunt, sed novam atque ab isto vocabulo alienam introduxerunt. Castalio enim עצומים *tanta,* & עצמו *tanta sunt* vertit Jerem. 5.6. & 30.14. ac Amos 5.12.— Munst. Oecol. Diod. ac Gallica vetus Amos 5. transtulerunt *gravia, gravissima, gravi, griefs:* ad quam translationem etiam Calv. ibi in comm. inclinat: ast Tig. & Trem. ibidem verterunt *ingentia*; Osi. *grandia*; ac sic quoque Ital. & Val. *grandi, gruessos*; quæ interpretatio excusari non potest ratione ea, de qua extremo §. septimi diximus; siquidem non ubivis *ingens* aut *grandis* pro *multo* seu *numeroso* commode quit usurpari. Ad postremam hanc classem pertinet quoque interpretatio Forerii Esa. 31. ac 47. & Ariæ Ier. 15. de qua egimus §. octavo: itemque Lutheri Ier. 5.6. **bleiben verstockt in ihrem ungehorsam:** ac Hieron. Esa. 47.9. עצמה *duritiam* transferentis.

11. Ego verò ab istis reliquisque Interpretibus in tantum dissentio, circa hanc vocem, ut *copiositatis* seu *multitudinis* significationem ipsi vindicem, non modò in locis omnibus hactenus recensitis, sed & in aliis plerisque; non quidem per omnia *derivata* (quippe *nomina verbalia* alteram notionem, *roboris* ac *virium*, utplurimum obtinent) sed tum in ipso verbo, tum præcipue in nomine עצום. Hoc enim, excepto duntaxat unico loco, Prov. 30.26. שפנים עם לא עצום (ubi עצום evidenter *validum* seu *fortem* denotat) alibi semper convenientissime interpreteris *copiosum* seu *numerosum*, tum ubi cum גדול *magnus*, jungitur (ut גוי גדול ועצום, Gen. 18.18. Num. 14.12— חיל גדול ועצום : Dan. 11.25— גוים גדלי' ועצמים Deut. 4.38. & 9.1. & 11.23. Jos. 23.9.) tum ubi cum *Synonymo* suo רב, *multus*, copulatur (ut עם בני ישראל רב ועצום ממנו : Exod. 1.9 — גוים רבים ועצמי' ממך : Deut. 7.1.— מים עצומי' ורבים : Esa. 8.7.— עם רב ועצום: Ioel 2.2.) itemque Deut. 26.5. (ubi inter גדול & רב medium collocatur) גוי גדול עצום ורב : uti & in istis quoque locis: Num. 22.6. עצום הוא ממני (ubi עצום *numerosum* potius quàm *fortem* significare, collatio cum versu tertio evincit) Ioel 2.5. כעם עצום ערוך מלחמה : Mich. 4.7. והנהלאה לגוי עצום (שמתי) Dan. 8.24. והשחית עצומים. Verbum quidem עצם aliquanto sæpius venit in altero intellectu, ut Dan. 8.8. וכעצמו & versu 24 ועצם כחו; & cap. 11. vers. 23. ועצם במעט

במעט גוי ; quibus locis forsitan addendus iste Gen. 26. 16. כי עצמת ממנו מאד. ast *multitudinis* quàm *virium* significationem potius ipsi tribuerim in locis sequentibus : Exod. 1. 7. פרו וישרצו וירבו ויעצמו : & versu vigesimo וירב העם ויעצמו מאד : Psal. 105. 24. ויפר את-עמו מאד ויעצמהו מצריו : in quibus omnibus locis Interpretes alteram significationem fere retinent, illamque *multitudinis* partim quidem nunquam, partim non nisi rarissime usurpant. quippe de Veteribus (ut nunc Recentiores omittamus) Chaldæus ne semel quidem, Syrus & Hier. semel duntaxat (hic quidem Dan. 11. 25. ille verò Gen. 18. 18.) rite istuc vocabulum transtulerunt: Græci autem ter, Gen. 18. 18. (ubi pro ipsorum πολὺς Symm. minus bene substituit ἰσχυρὸς, Aquila verò ridicule ὀστέινος, quod fatuum hujus vocis interpretamentum etiam alibi usurpat) Num. 14. 12. & Deut. 7. 1. sicuti Joelis 2. 5. in transferendo עצום utramque ipsius significationem conjungunt, λαὸς πολὺς καὶ ἰσχυρός.

12. Postquam planum fecimus, עצומים hic Esa. 53. 12. significare *numerosos*, ac proinde etiam רבים non pro *magnis*, ut nonnulli voluerunt, sed in nativo significatu pro *multis* capiendum ; jam videamus quomodo *particulæ* istis nominibus appositæ, *beth* & *eth*, intelligi debeant. Quantum ad *beth*, id in vulgatissima notione, qua *in* significat, acceperunt Syrus, Munst. Tigur. Oecol. & Rivetus : ast Cast. Marin. Diod. Genev. Amam. *inter, fra, parmi, onder*, transtulerunt : sicuti pro *cum* accepit maxima Interpretum pars, Pagn. Steph. Musc. Calv. For. Olea. Val. Ital. Gall. vetus, & Anglica utraque ; necnon Raschi. Chaldæus putavit formare genitivum, אפלג ליה בזת עמין סגיאין, similiterque Zuin. *Ei & multitudinis & fortium prædam partiar* : & Belg. Daerom sal ick hem een deel geven van vele: sicuti Trem. novè vertit *pro* : *Partem dabo ei pro multis*. Quod verò ad *eth* attinet, *id genitivum* format Græcis, Chaldæo, & Hier. τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα, ית נכסי כרכין תקיפין יפלג עדאה, *Fortium dividet spolia* ; itemque Zuinglio, cujus interpretationem paulo ante posuimus. *Dativum* verò format Oleastrio, *Fortibus dividet spolium* ; ac fortasse Syro, לעשינא, quod tamen potest etiam *accusativus* esse ; quum *lamed* in ista lingua utrique casui ex æquo inserviat. *Cum* transferunt Munst. Tig. Cast. Oecol. Marin. Trem. Riv. Genev. itemque omnes illi, qui in priore membro *beth* ita transtulerunt, solo Ole. excepto. Ego sicuti hosce eatenus laudo, quod recte viderunt non tantum nomina רבים & עצומים, sed

&

& *particulas* istas ἐν διαλλήλῳ positas, & eandem utriusque vim esse; ita existimo, eas hic efformando *accusativo* inservire; qui usus sicuti familiarissimus τῷ *eth* (quod & ita hic sumserunt Luth. Pisc. Marg. Osi. Ama. & Belgæ) sic quoque à *beth* nequaquam est alienus, uti libro primo demonstravimus plurimis exemplis: eandemque ac nos vim ipsi hic tribuerunt Græci ac Hieronymus. In utroque autem nobis suffragantur Lutherus, Margin. Piscator; & in margine Genevenses.

CAP. XII.

Quomodo אחלק *in hoc loco, Esa.* 53. 12. *exponendum sit.* 2. *Eodem modo, quo verbum* חלק *hic exponimus, pro* tribuere *seu* impertiri, *id etiam sumi Iobi* 39. 20. *& Deut.* 4. 19. 3. *Itemque Deuter.* 29. 26. *cui loco duo diversi sensus ab Interpretibus assignentur.* 4. *Nostra de sensu istius loci sententia.* 5. *Verbum* חלק *pro* tribuere *capi etiam Iobi* 21. 17. *qui locus accurate enarratur hoc & sequenti paragrapho.* 7. *Verbum* חלק *in secundo hujus periochæ membro,* יחלק שלל, *omnes fere Interpretes male intellexerunt ac transtulerunt. Variæ istius verbi significationes percensentur; primoq; agitur de illâ* dividendi. 8. חלק *sign. interdum* Divisionem metaphoricam, *sive* discordiam & dissidium. 9. *Alia τοῦ* חלק *significatio,* Spargere, Dispergere: *in qua usurpatur Gen.* 49. 7. *& Lam.* 4. 16. 10. *Ita etiam sumendum Iobi* 38. 24. 11. Distributionis *significatio.* Inter se partiri. 12. *Alius modus istius significationis;* partiri cum altero: *itemque alius, unde porro* Impartiendi *&* Attribuendi *intellectus, initio capitis declaratus, promanat.* 13. *Quandoque* participem fieri, partem capere vel accipere *denotat, ut* 1 *Sam.* 30. 24. *Prov.* 17. 2. *&* 29. 24. 14. *Pro* partem capere *sumendum quoque Nehem.* 9. 23. *qui locus nondum à quoquam intellectus.* 15. *Nostra istius loci expositio confirmatur. Græcos quoque* μερίζομαι *&* καταμερίζομαι *in hoc significatu usurpare.* 16. חלק *interdum generaliter sign.* consequi, nancisci, potiri *(quomodo etiam Græcis verba* ἰσοδυναμοῦντα τῷ חלק *usurpentur) Ios.* 18. 2. *Iob.* 27. 17. *Psal.* 60. 8. 17. *Eandem quoque istius verbi vim esse in plerisque locis, ubi cum* שלל *jungitur, quod raro & à paucissimis Interpretibus animadversum. In nonnullis istorum*

istorum locorum חלק *posse exponi* diripere : *& Zach.* 14. 1. *omnino ita exponendum.* 18. *Pro* diripere *accipi quoque* 2 *Paral.* 28. 21. *qui locus nemini præter Hier. & Val. intellectus.* 19. *Esaiæ* 53: 12. ואת-עצומי' יחלק שלל *verbum* חלק *habere* adipiscendi *seu* potiundi *notionem : & quænam vera sit ac rectissima hujus commatis Interpretatio; quam & Luth. ac Marg. soli ex omnibus Interpretibus assecuti sint.* 20. *Mens totius hemistichii*, לכן אחלק לו ברבים ואת—עצומים יחלק שלל *breviter declaratur.*

QUantum ad verbum אחלק (quod Græci verterunt κληρονομήσει, quasi pro אחלק scriptum esset ינחל, quum veræ lectioni suffragentur Syr. Chal. & Hier.) Hier. Tig. For. vertunt *dispertiam*, & Occol. Musc. Marin. *dividam :* similiterque Syr. & Chal. אפלג. Verùm חלק non habet hic primariam illam ac tritiorem *Dividendi seu Distribuendi* significationem, sed alteram inde manantem, *tribuendi*, *attribuendi*, *impertiendi*; quo sensu latinum *Divido* usurpavit Seneca Tragicus in Medea, *Clarumque Titan dividens orbi diem.* Neque multo aliter *distribuere* usurpavit Cicero libro 1. Oecon. *Viro calores & frigora perpetienda, tum etiam itinera, & labores pacis ac belli, id est, rusticationis & militarium stipendiorum, distribuit.* Græci autem verbo νέμω, quod eandem cum חלק habet significationem primariam, familiariter ita utuntur; cujus rei à Stephano aliisque Lexicographis multa exempla sunt adnotata. similiterque poetico δάσασθαι, quod ipsum quoque *dividere* ac *partiri* proprie denotat, in Oeconomico aliquoties utitur Xenophon, πλεῖον μέρος τοῦ φόβου ἐδάσατο τῇ γυναικὶ ἢ τῷ ἀνδρί· τούτῳ πλεῖον μέρος τοῦ θράσους ἐδάσατο, &c. quomodo & ex ejusdem quarto παιδείας, & ex Hesiodo hunc istius verbi usum adnotarunt Lexicographi : & Bibliorum Interpretes eodem modo usurpant verbum μερίζειν· Ierem. 12. 14. ἧς ἐμέρισα τῷ λαῷ μου· Prov. 8. 21. ἵνα μερίσω τοῖς ἐμὲ ἀγαπῶσιν ὕπαρξιν· & 19. 14. οἶκον καὶ ὕπαρξιν μερίζουσι πατέρες τέκνοις· itemque καταμερίζειν, Levit. 25. 46. καταμεριεῖτε αὐτοὺς τοῖς τέκνοις ὑμῶν· & Deut. 19. 3. γῆς σου, ἣν καταμερίζει σοι Κύριος: in quorum locorum primis duobus ac ultimo hebraicus textus habet verbum הנחיל, i. e. *possidendum trado*; in quarto התנחל, *hæreditate transmitto*, *hæreditarium relinquo :* in tertio nomen נחלה *hæreditas*, בית והון נחלת אבות, quod Hieron. vertit, *Domus & divitiæ dantur à parentibus*; quum hebraica ad verbum sonent, *Domus opes-que sunt hæreditas paterna*; i. e. solent filiis à patribus seu parentibus hæreditate relinqui, hæreditarie obvenire solent. Autor

quoque

quoque Epistolæ ad Hebræos, similiter usus est verbo μερίζειν, cap. 7. vers. 2. ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραάμ, quod Hier. *dividere*, sed melius Eras. & Beza *impartiri* reddiderunt : ipse autem Moses, in istius historiæ narratione, Gen 14. 20. simpliciter dixit נתן *dare* ויתן לו מעשר מכל : & sic quoque hoc verbum usurpatur Syrach. 45. 28. ἀπαρχὰς πρωτογεννημάτων ἐμέρισεν αὐτῷ· & 2 Mach. 8. 28. χήραις καὶ ὀρφανοῖς μερίσαντες ἀπὸ τῶν σκύλων· Sed & ἀπομερίζω pro *impertior* posuit Jos. 4. Antiq. 4. τὰς δεκάτας δεκάτην αὐτοῖς ἀπομερίζειν. Porro verbum אחלק ita hic sumendum, ut dicimus, vidit maxima Interpretum pars; quorum tamen plerique non satis commode id transtulerunt; Munst. *portionem ei segregabo :* Calv. & Ang. nov. *Distribuam illi partem :* **I will divide him a portion :** Pisc. *Dabo ei pro parte :* Pagn. Steph. Trem. Riv. *Dabo illi partem :* similiterque Val. Italus uterque, & Belgæ : necnon Gall. vet. Ang. vet. & Am. *Ie lui donnerai portion* ; **I will give him a portion ; Ick will hem een portie geven :** & Genev. *Ie le partageray.* melius istis omnibus Cast. *Impertiar ei.* Luth. & Marg. simpliciter *dare* transferunt, sed ita ut nomen שלל è posteriore membro hic ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetant : *Magnam multitudinem dabo ei pro spoliis :* **Darumb will ich ihm grosse menge zum beute geben :** quæ repetitio, Chaldæo quoque hic usurpata, (אפלג ליה בזת עממין) uti & Zuinglio (qui tamen in translatione sua verbum יחלק negligit omittitque, *Ei & multitudinis & fortium prædam partiar*) sicuti nequaquam improbanda, ita non admodum est necessaria.

2. Eodem modo, quo חלק hic usurpavit Esaias, etiam alibi semel iterumque idem verbum in prima conjugatione usurpatur. Unus istorum locorum est Iobi 39. 20. השה אלוה חכמה ולא חלק לה בבינה, quo in loco *accusativus* isti verbo adjunctus itidem interventu *beth* formatur, uti in præsenti Esaiæ loco : idque ibi agnoscunt omnes fere Interpretes. quippe exceptis duntaxat Græcis & Chaldæo, qui ἐν συνέσει, בביונתא, necnon Marino, Pisc. Drus. ac Belgis, qui *de intelligentia*, **des verstants**, transtulerunt ; cæteri omnes בבינה reddiderunt per *accusativum*, quotquot nimirum חלק unico verbo expresserunt. nam Diod. qui id vertit *participem fecit*, necessario בבינה per *genitivum* reddidit, *Non l'ha fatto partecipe d'intendimento* ; uti etiam Esraides & Angl. vet. qui similiter חלק in נתן חלק, **to give a part,** resolverunt : לא נתן לה חלק בבינה : **and hath given him no part of understanding.** Uti autem בבינה, ita etiam verbum חלק potissima Interpretum pars probe intellexit &

transtulit. namque & tres illi novissime nominati sic satis bene ipsius vim expresserunt; & etiamnum exactius Pagn. Munst. Tig. Cast. Trem. Pisc. Bux. verterunt *impertire*, aut *impertiri*: Sym. νέμειν (ἐκ ἔνειμεν αὐτῷ σύνεσιν) itidemque Gall. utr. *departir* (quod verbum Gallicum, æque ac Hebræum חלק, & *partiri*, ac *distribuere*, & *impertiri* ac *tribuere* significat) Angl. nov. **to impart**: Luth. & Belg. **mittheylen, medecdeelen**: nec male Hier. ac Val. *dare*; & Ital. *donare*. solummodo Syrus ac Chal. פלג, Græci μερίζειν (aut, ut in Edit. Rom. scribitur, διαμερίζειν) Drus. *partiri*, & Marin. ac Pagn. in Dict. *dividere* minus commode verterunt. Alter locus, ubi חלק pro *impartiri* vel *tribuere* sumatur, est Deuter. 4. 19. אשר חלק יהוה אלהיך אתם לכל-העמים, ubi plurimi Interpretes alteram minus aptam hujus verbi significationem retinuerunt. Syrus, פלג: Pagn. Caj. Oleast. Angl.nov. *divisit*: Oecol. Bor. Arias, *partitus est*: Pisc. *dispertivit*: Munst. Tig. Calv. Steu. Osia. Schin. Maria. Am. Ital. Angl. vet. *distribuit*: quæ expositio ut meliorem sensum pariat, referunt id, quod hic dicitur, ad ordinem illum ac descriptionem, qua stellæ variis locis dispositæ, suis quæque officiis funguntur, aliisque atque aliis regionibus ac temporibus inserviunt; quod strictim ab Olea. Mariana & Amama indicatum, Calvinus Borrh, & Steuchus uberius exequuntur: atque hoc sensu Luth. חלק vertit, **hat verordnet**, i. e. *ordinavit*. Sed melius Græcus vertit ἀπένειμε· Chal. זמן (quod hic non sumendum pro *parare*, cum Schindlero aliisque, sed pro *destinare* vel *assignare*) Ste. Cast. Trem. Bux. *Impertivit*, *Impertitus est*: Gall. utr. *à departis*: Angl. nov. in marg. **hath imparted**: & tolerabiliter etiam Diod. ac Val. *ha fatto parte di quelle à tutti*; *los ha concedido*. est autem sensus, quem in scholiis attulit Trem. *hominibus data sunt ut eis ministrent*: quomodo etiam Italus versioni suæ minus commodæ, *ha distribuite*, explicationem hanc probam apponit, *ha destinate a l' uso è servitio loro*, i. e. *usui ac ministerio ipsorum assignavit*: istumque hujus loci sensum Lactant. lib. 2. cap. 5. eleganter expressit his verbis: *Divinis legibus obsequentia, commodis atque usibus hominum perpetua necessitate famulantur.*

3. Est & tertius locus, ubi חלק *impertiendi* vel *attribuendi* significatum habeat, Deut. 29. 26. אלהי׳ אשר לא ידעום ולא חלק להם, ubi alteram illam ac incommodiorem significationem pauci omnino usurparunt; Græci, διένειμεν· Syrus (qui etiam pro *activo* substituit *passivum*) ולא אתפלגו להון: Caj. *partitus est*; Tig. *divisit*; Schi. *distribuit*. Cæteri aut *impartiri* transtulerunt, ut Pagn. Munst.

Munst. Ste. Calv. Olea. Trem. Bened. Bux. similiterque Genev. Diod Belg. *departir, dar per parte*, mede deylen: vel *Dare*, ut Luth. Val. Osia. (qui tamen haud satis constans, etiam *dividere* & *distribuere* interpretatur) & Anglica utraque. Locus autem hic, minus acriter consideranti haud parum obscurus, in duos diversos sensus trahitur. Quidam enim verbum חלק referentes ad nomen quod proxime præcessit, אלהי', & in eo statuentes *enallagen numeri*, חלק pro חלקו, hoc ita capiunt, quod dicantur falsi illi Dii Israelitis nihil unquam impertiti esse, aut boni quicquam contulisse: quæ est sententia Pagnini, Munsteri, Ste. Pell. Caj. Oleast. Calv. Osia. Pisc. Schind. Luth. Val. Angl. vet. Genev. & Belgarum: atque ab eadem mente Chaldæus חלק (habito potius ad sensum quàm ad ipsam vocem respectu) transtulit per אטיב, *benefacere*, quomodo etiam Ital. & Gall. vet. vocem hanc transtulerunt: *I quali non hanno lor fatto bene alcuno*: *Qui ne leur ont fait nul bien.* Ast Raschi חלק refert non ad אלהים quod præcessit, sive ad Deos falsos, sed ad ipsum Deum verum; ut sensus sit, Israelitas coluisse Deos falsos, quos Deus non dederat ipsis colendos, אשר לא נתנם לחלקם, *Quos non dederat eis, ut essent portio eorum* (alludit ad locos, ubi Deus portio suorum dicitur, ut Deut. 32. 9. Ier. 10. 16. Lam. 3. 24. Psal. 16. 5. & 73. 26.) & Raschium sequuntur Tigurini, *Et quos non divisit eis* (ubi Ste. bene notat, eos pro *divisit* rectius dicturos fuisse *tribuit*) Trem. *Deos quos non noverant, nec impertitus fuerat eis* [*Deus*] Diod. *I quali il Signore non haveva loro dati per parte*. c. *non haveva ordinato, che gli tenessero per loro Dii:* & Angl nov. Whom he had not given unto them: & Belgæ quoque hanc translationem in scholiis exhibuerunt. idemque cum istis sensisse videtur etiam Hieron. qui חלק pro *impersonali* habens, ideoque id in passivum resolvens, vertit, *Et quibus non fuerant attributi:* quæ interpretatio eodem fere redit cum illa Symmachi (cujus vestigiis & alibi sæpissime institit Hieron.) οὐδὲ προσῆκον αὐτοῖς, *Neque pertinebant ad ipsos*; nisi quod hæc interpretatio non ita aperta est ac Hieronymiana, ut nescias an προσῆκον ad Deos, & αὐτοῖς ad Israelitas, an contra προσῆκον ad istos, αὐτοῖς verò ad illos referri debeat. Ad posteriorem hanc classem pertinere videtur etiam Cast. qui tamen prælicenter, & ita ut verba ipsius nullo pacto ad verba hebraica accommodari possint, transtulit, [*Quos non novissent*] *neque cum eis ullam rem habuissent.* Sed & Steuchus iis accensendus, qui cum hæc verba obscure & incommode verterit, *Et non erat pars eis* (acsi חלק pro חלק scriptum esset) sensum apertius

apertius ita declarat, ***Cum quibus nihil ipsis commercii, qui Dii nihil ad ipsos Hebraeos attinebant.*** Atque hanc Stenchi interpretationem & expositionem Oleaster quoque post alias apponit, ut minime spernendam: Posset etiam verti, ***Et non fuerunt hujusmodi pars Israelitis) Videtur enim unaquaeq; gens aliquem Deum tanquam partem suam habere. Israel vero elegit Deum verum pro parte sua.***

4. Ego neutris istorum accedo de genuino sensu hujus loci, à quo tamen posteriores isti multo propius absuerunt, quam priores, qui quam longissimi inde aberrarunt; quum alteri eum ex parte attigerint. Etenim חלק neque ad Deum refero, neque ad Idola seu Deos falsos, sed ***impersonaliter*** sumo; sicuti Hebraeis consuetum est, nullum fere non verbum interdum ita ***usurpare***: quod cum hic, uti & alibi plerumque, Latina lingua non ita ferat, vel addendum aliquid est, ***non tribuit*** [***quisquam***] seu, ***nemo tribuit***, vel ***activum*** resolvendum ***in passivum***, sicuti fecerunt Hieronymus & Syrus. Porro אשר è praecedenti membro repetens, idque à להם nequaquam diducens, ut alii fecerunt, sed utrumque conjungens, ita ut ***Relativum casus dativi*** inde exurgat (sicuti istum ***casum ac genitivum*** exprimere non aliter possunt Hebraei, nisi ***relativo*** אשר ***pronomen demonstrativum*** subjungendo) refero ad אלהים quod praecessit; ***quibus non tribuit quispiam; quibus nemo tribuit; quibus non est tributum.*** Quum autem mancus sit iste sermo, & manifestam ***ellipsin*** prae se ferens, necessario aliquid supplendum est. Hieronymus hactenus exacte nobis consentiens (quum & τῷ חלק genuinum significatum assignet, idque pro ***impersonali*** habeat, & אשר להם conjunctim accipiat pro ***relativo dativi casus***) hic diversus abit, ipsas personas, de quibus hoc versu agitur, puta Israelitas, habens pro nomine, quod regendum ab חלק, ***elliptice*** omissum sit. ast ego potius suppleverim ***pronomen Id*** (***quibus nemo id tribuerat; quibus id non fuerat tributum***) ita ut ***pronomen*** hoc respiciat verba ista antegressa יעבדו & ישתחוו: q.d. ***Coluerunt & adoraverunt Deos sibi ignotos, & quibus nemo id tribuerat, ut colerentur & adorarentur***, i.e. quibus cultus & adoratio nullo modo competit, οἷς οὐδὲν προσήκει λατρείας καὶ προσκυνήσεως· namque hoc, ***quibus nemo id tribuerat***, sive ***quibus id tributum non fuerat***, planissime eandem habet vim, acsi dicas tritiore Latinorum phrasi, ***quibus id non competebat***, vel, ***ad quos id non pertinebat***: pro quo hebraice aliàs diceres, אשר אין למו חלק בזאת; quomodo ista phrasis sumitur quum alibi, tum Nehem. 2.20. quare etiam Symmachus probe ac eleganter חלק per προσῆκει expressit. Posset etiam illud לא חלק ita exponi, ut sub-

subaudiretur, להיות אלהים, *ut essent Dii.* q.d. *quibus nulla divinitas competit, qui sunt expertes divinitatis, qui nullam divinitatem participant.* Utrum horum eligas, nihil prorsus refert, quum sensus sub utrovis idem maneat.

5. Præter tres locos jam adductos, quartus quoque extat in Scriptura, ubi חלק eandem fere vim habet, ac pro *tribuere* seu *impertiri* aut *assignare* sumitur, nimirum Jobi 21. 17. וחבלים יחלק באפו ubi *Dividere* verterunt Hieron. Pagn. Drus. Gal. vet. & Ang. vetus: *Partiri* Oecol. Pisc. Gen. Valera: *Distribuere* Cajet. Munst. Tig. Ste. Bened. Maria. Osia. Ita. Ang. nova: similiterque Luth. & Belg. **austheilen, uytdeelen**: & Syr. ac Chal. פלג. Ast Cast. ac Trem. verterunt *impartiri*, & Diod. *dar par parte*. Quum autem nomen חבלים ambiguum sit, alii aliter ipsum, ac proinde totum hunc locum, intelligunt. Namque Hieron. Pagn. Caj. Ste. Cast. Marin. Tre. Maria. Val. & Ital. vertunt *dolores*: Osia. & Diod. *tormenta*: Luth. Ang. no. Belg. **hertzleid, sorrowes, smerten**: similiterque Græc. (qui reliqua duo vocabula licentius verterunt, יחלק ἕξουσιν αὐτοὺς, & באפו ἀπὸ ὀργῆς) ὠδῖνες, Syr. חבלא. & Rabbi Levi, צירים ומכאובים; qua interpretatione admissa, חלק commode exprimeretur per *irrogo*; quo verbo in comm. utitur Oecol. יחלק חבלי *metaphrastice* exponens, *meritas pœnas irrogat*: neque male per *infero, impingo, importo*: quibus verbis in hujus loci explicatione utitur Stenchus. Hæc vocis חבלי interpretatio non est quidem improbanda, sensumque satis bonum atque huic loco convenientem gignit. Mihi tamen magis arridet, ut חבלים hic ita sumatur, ac Psal. 16. 6. חבלים נפלו לי בנעימים, videlicet pro *portione* seu *forte*: quæ fuit etiam sententia Efraidis, itemque Jarchii, qui חבלי exponit per גורל הראוי להם. atque ita interpretati quoque sunt Chal. & Gen ערבין, **lots**, i.e. *fortes*: Tig. *partes*: Pisc. *portiones*. eodemque modo vocem istam acceperunt quoque Oecol. Borr. Drus. uti ex commentariis ipsorum liquet, cum in textu transtulerint *funes* vel *funiculi*; quod fecit etiam Munst. Gal. vet. *cordeaux*, & Ang. vet. **lines**; quia nimirum primaria hæc est τῶ חבל significatio, alteraque ista inde fluit: siquidem in Oriente funibus agrorum dimensio fieri, ac sua cuique portio assignari solebat. Sed Interpretes isti nimis importune seduli fuerunt; quum *funis* non soleat itidem apud nos, ac חבל apud Hebræos, in tropico isto significatu adhiberi, aut *fortem portionemve* denotare.

6. Sciendum præterea, geminam in hoc loco esse *ellipsin, nominativi Deus*, & *dativi* להם *ipsis*: cujusmodi *ellipses* cum sit boni In-

 terpretis

apertius ita declarat, ***Cum quibus nihil ipsis commercii, qui Dii nihil ad ipsos Hebraeos attinebant.*** Atque hanc Stenchi interpretationem & expositionem Oleaster quoque post alias apponit, ut minime spernendam: Posset etiam verti, ***Et non fuerunt hujusmodi pars Israelitis) Videtur enim unaquaeq; gens aliquem Deum tanquam partem suam habere. Israel vero elegit Deum verum pro parte sua.***

4. Ego neutris istorum accedo de genuino sensu hujus loci, à quo tamen posteriores isti multo propius absuerunt, quam priores, qui quam longissimi inde aberrarunt; quum alteri eum ex parte attigerint. Etenim חלק neque ad Deum refero, neque ad Idola seu Deos falsos, sed ***impersonaliter*** sumo: sicuti Hebraeis consuetum est, nullum fere non verbum interdum ita ***usurpare***: quod cum hic, uti & alibi plerumque, Latina lingua non ita ferat, vel addendum aliquid est, ***non tribuit*** [***quisquam***] seu, ***nemo tribuit***, vel ***activum*** resolvendum ***in passivum***, sicuti fecerunt Hieronymus & Syrus. Porro אשר è praecedenti membro repetens, idque à להם nequaquam diducens, ut alii fecerunt, sed utrumque conjungens, ita ut ***Relativum casus dativi*** inde exurgat (sicuti istum ***casum ac genitivum*** exprimere non aliter possunt Hebraei, nisi ***relativo*** אשר ***pronomen demonstrativum*** subjungendo) refero ad אלהים quod praecessit; ***quibus non tribuit quispiam; quibus nemo tribuit; quibus non est tributum.*** Quum autem mancus sit iste sermo, & manifestam ***ellipsin*** prae se ferens, necessario aliquid supplendum est. Hieronymus hactenus exacte nobis consentiens (quum & τὸ חלק genuinum significatum assignet, idque pro ***impersonali*** habeat, & אשר להם conjunctim accipiat pro ***relativo dativi casus***) hic diversus abit, ipsas personas, de quibus hoc versu agitur, putà Israelitas, habens pro nomine, quod regendum ab חלק, ***elliptice*** omissum sit. ast ego potius suppleverim ***pronomen Id*** (***quibus nemo id tribuerat; quibus id non fuerat tributum***) ita ut ***pronomen*** hoc respiciat verba ista antegressa יעבדו & ישתחוו: q.d. ***Coluerunt & adoraverunt Deos sibi ignotos, & quibus nemo id tribuerat, ut colerentur & adorarentur***, i.e. quibus cultus & adoratio nullo modo competit, οἷς οὐδὲν προσήκει λατρείας καὶ προσκυνήσεως· namque hoc, ***quibus nemo id tribuerat***, sive ***quibus id tributum non fuerat***, planissime eandem habet vim, acsi dicas tritiore Latinorum phrasi, ***quibus id non competebat***, vel, ***ad quos id non pertinebat***: pro quo hebraice aliàs diceres, אשר אין למו חלק בזאת; quomodo ista phrasis sumitur quum alibi, tum Nehem. 2.20. quare etiam Symmachus probe ac eleganter חלק per προσήκει expressit. Posset etiam illud לא חלק ita exponi, ut sub-

subaudiretur, להיות אלהים, *ut essent Dii.* q.d. *quibus nulla divinitas competit, qui sunt expertes divinitatis, qui nullam divinitatem participant.* Utrum horum eligas, nihil prorsus refert, quum sensus sub utrovis idem maneat.

5. Præter tres locos jam adductos, quartus quoque extat in Scriptura, ubi חלק eandem fere vim habet, ac pro *tribuere* seu *impertiri* aut *assignare* sumitur, nimirum Jobi 21. 17. וחבלים יחלק באפו ubi *Dividere* verterunt Hieron. Pagn. Drus. Gal. vet. & Ang. vetus: *Partiri*, Oecol. Pisc. Gen. Valera: *Distribuere* Cajet. Munst. Tig. Ste. Bened. Maria. Osia. Ita. Ang. nova: similiterque Luth. & Belg. **austheilen, uytdeelen**: & Syr. ac Chal. פלג. Ast Cast. ac Trem. verterunt *impartiri*, & Diod. *dar par parte.* Quum autem nomen חבלים ambiguum sit, alii aliter ipsum, ac proinde totum hunc locum, intelligunt. Namque Hieron. Pagn. Caj. Ste. Cast. Marin. Tre. Maria. Val. & Ital. vertunt *dolores*: Osia. & Diod. *tormenta*: Luth. Ang. no. Belg. **hertzleid, sorrowes, smerten**: similiterque Græc. (qui reliqua duo vocabula licentius verterunt, יחלק ἕξουσιν αὐτοὺς, & באפו ἀπὸ ὀργῆς) ὠδῖνες, Syr. חבלא. & Rabbi Levi, צירים ומכאובות; qua interpretatione admissa, חלק commode exprimeretur per *irrogo*; quo verbo in comm. utitur Oecol. יחלק חבלי *metaphrastice* exponens, *meritas pœnas irrogat*: neque male per *infero, impingo, importo*: quibus verbis in hujus loci explicatione utitur Stenchus. Hæc vocis חבלי interpretatio non est quidem improbanda, sensumque satis bonum atque huic loco convenientem gignit. Mihi tamen magis arridet, ut חבלים hic ita sumatur, ac Psal. 16. 6. חבלים נפלו לי בנעימים, videlicet pro *portione* seu *sorte*: quæ fuit etiam sententia Esraidis, itemque Jarchii, qui חבלי exponit per גורל הראוי להם. atque ita interpretati quoque sunt Chal. & Gen עדבין, **lots**, i.e. *sortes*: Tig. *partes*: Pisc. *portiones*. eodemque modo vocem istam acceperunt quoque Oecol. Borr. Drus. uti ex commentariis ipsorum liquet, cum in textu transtulerint *funes* vel *funiculi*; quod fecit etiam Munst. Gal. vet. *cordeaux*, & Ang. vet. **lines**; quia nimirum primaria hæc est τῶ חבל significatio, alteraque ista inde fluit: siquidem in Oriente funibus agrorum dimensio fieri, ac sua cuique portio assignari solebat. sed Interpretes isti nimis importune seduli fuerunt; quum *funis* non soleat itidem apud nos, ac חבל apud Hebræos, in tropico isto significatu adhiberi, aut *sortem portionemve* denotare.

6. Sciendum præterea, geminam in hoc loco esse *ellipsin, nominativi Deus*, & *dativi* להם *ipsis*: cujusmodi *ellipses* cum sit boni Interpretis

terpretis supplere, haud recte Syr. Chal. Hieron. Munst. Oecol. Ben. Drus. Luth. Ital. & Gal. vet. utramque dissimularunt; sicuti Tig. Tre. Gen. & Ang. no. priorem duntaxat expleverunt. optime autem Pagn. Ste. Cast. Pisc. Val. Diod. Gen. sarciverunt utrumque defectum; quod fecit etiam in comment. Oecol. itemque Caj. Bor. & Osiander. & tertia quoque hic est *ellipsis*, nimirum *affixi* in חבלי, quod positum pro חבליהם; quod animadverterunt etiam Osian.& Oecol. hunc locum sic enarrantes, *Quum Dominus cœperit gravissime irasci, tum impiis sua mala & tormenta distribuet: Mox ut iratus Iudex suam illis partem partitur*: itemque Diod. in scholiis, ubi hunc locum sic transfert & explanat, *E che Iddio nell' ira sua partisca loro le sorti ó parti loro? c. mandi loro le pene, che si convengono per li loro peccati, che sono come la parte d'una hereditá, che tocca loro.* & Ang. vet. ac Gen. quoque expleverunt hanc *ellipsin*, sed neglecta illâ in להם, he will divide their lines: *partirat il leurs lots.* Itaque hic locus sic reddendus est, *Deo ipsis in ira sua sortem suam tribuente*, i.e. *Deo irato condignam sortem sive fortunam ipsis assignante, meritasq; pœnas infligente.* Istis quatuor locis, ubi חלק sign. *impertiri*, addendus quintus, Hos. 10. 2. חלק לבם, si fides habenda Tremellio & Pisc. vertentibus, *Impartitus est animus eorum*, quod exponunt, *Eos idolis ex animo impartiri sacrificia, & quicquid habent.* sed nimis dura & coacta est ista expositio, longe-que alium iste locus sensum habet, quem mox exhibituri sumus.

7. Jam sicuti verbum חלק in priore hujus periochæ membro probe intellexerunt plerique Interpretes; ita in posteriore, יחלק שלל omnes fere in eo aberraverunt. quippe Syr. & Chal. verterunt נפלג, Græci μεριεῖ· Hieron. Pagn. Tig. Munst. Cal. Marin. For. Oecol. Musc. Oleast. Osia. Riv. Ital. Gall. vet. Ang. utr. *dividet*: Ste. Ari. Tre. Pisc. *partietur*: Val. Gen. *departira*; *partagerá*: Bel. sal deylen: Castalio verò, à cæteris omnibus dissidens, *participabit*: *Cum potentibus spolia participabit.* Ast חלק nequaquam hic *partiendi* aut *dividendi* significatum habet, uti neque *participandi*, aut illum paulo ante declaratum, sed alterum ab omnibus tribus diversum. Est enim hoc verbum valde πολύσημον, compluresque habet intellectus invicem discrepantes, omnes tamen inter se cognatos connexosque, alterumque ex altero manantes: quod ut tanto melius appareat, omnes hic breviter percurrere, atque sub unum aspectum dare constituimus. Primò itaque sign. *partiri* simpliciter, sive *in partes dividere*, quod Græci dicunt διαιρεῖν & μερίζειν· Jos. 14. 5. ויחלקו את-הארץ: — 1 Par. 23. 6. ויחלקם: דויד

ויחלק Gen. 14. 15. — ויחלקתם Ezech. 5. 1. דויד מחלקות עלי הם לילה, *Divisit se* (*i.e. copias suas*) *in eos*: hoc est, *divisis copiis* [*in duas pluresve partes*] *irruit in ipsos*: διχῆ τεμάμενος τὴν δύναμιν, ἐπιθέσθαι αὐτοῖς. est enim in hoc sermone *ellipsis* Verbi in altero Verbo comprehensi; de quo *ellipseos* genere supra alicubi ex professo tractavimus: ea-que hic animadversa, itidemque, ac à nobis, explicata est non modo à Recentiorum compluribus, Pell. Tig. Merc. Pisc. Osian. Schi. Gen. Diod. necnon à Jarchio; sed & ab Hieronymo, qui ויחלק עליהם vertit, *Divisis sociis irruit super eos*: quæ translatio plane inculpata foret, si *copiis* pro *sociis* dixisset. Græci verbum subintellectum duntaxat exprimentes, ipsum principale verbum dimiserunt, καὶ ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτοὺς. Castalio autem hoc præter omnem rationem expressit per *in aciem instruere*: *Suis servis in aciem instructis eos aggressus*: sicuti Syr. & Chal. ipsum Hebraicum [Syriac] expresserunt, ואתפלג עליהון, quod & fecerunt de Recentioribus non pauci.

8. *Dividendi* quoque significatio, sed *metaphorica*, inest huic verbo 1 Reg. 16. 21. או יחלק העם ישראל לחצי, ubi sicuti לחצי valet *in duas partes* (sicuti id Hieron. Pagn. alii-que transtulerunt) ita בחלק eandem habet vim, ac *scindi* in illo Virgiliano,

Scinditur incertum studia in contraria vulgus:

quomodo suo σχίζεσθαι utuntur etiam Græci tum Externi, tum Sacri (ut Actor. 14. 4. & 23. 7. ἐσχίσθη δὲ τὸ πλῆθος) unde tritissimum & nimis notum in Ecclesia vocabulum σχίσμα ortum. Iosephus hanc historiam narrans, utitur verbo διέστησαν (διέστη ὁ λαὸς) quod ipsum quoque probum est, & Græcis hac in re usitatum. Sed & verba διαιρεῖσθαι ac τέμνεσθαι, quæ ad amussim τῷ חלק respondent, usitatè hic adhibentur; ut apud Dionem lib. 44. Διαιρεῖται τε καὶ στασιάζει ὁ δῆμος αὐθις, καὶ οἱ μὲν ταῦτα, οἱ δὲ ἐκεῖνα προαιρούμενοι, διχῆ ἤδη τέτμηνται. καὶ διχῆ φιλονεικοῦσι· pro quibus ibidem paulo post διχοστατοῦσιν dicit. & στασιάζειν. Μερίζεσθαι autem & διαμερίζεσθαι in hoc sensu usurpatur in Novo Testamento, Matth. 12. 25, 26. Lucæ 12. 53. Etiam *partiri* ita usurpat Gellius lib. 2. cap. 12. ubi *partitum populum* vocat, qui per seditionem discors dissentiensque in duas partes discesserit. & *Dividi* ita adhibet Iustinus l. 4. cap. 3. *Cum civitas per dissensionem divisa in duas partes esset.* In eadem hac *metaphorica* significatione *distrahendi in contrarias partes*, adhibetur hoc verbum etiam Hos. 10. 2. חלק לבם, ubi nequaquam assentiri possum iis, qui חלק pro *activo* habentes, nomen אלהי' subaudiunt, quod fecerunt Drus. Diod. Bel. itemque Gen. qui *affixum* referunt

referunt ad Israelitas simul & Assyrios, inter quos dissensionem Deus immiserit, *Il à divisé leur ceur) Dieu à mis division entre lui & l' Assyrien son associé* : sed omnino standum cum iis, qui חלק habentes pro *intransitivo*, vel *Reciproco*, vertunt, *Divisum est*, vel *Divisit se*; in quo numero est pleraque Interpretum pars, Syr. & Chal. (qui utrique verterunt אתפלג) Hieron. Pagn. Munst. Cal. Ste. Cast. (qui vertit, *divisum habent animum*) Mer. Maria. Riv. Luth. Val. Gal. vet. & Anglica utraque: iisque accenseri etiam possunt Græci, Tig. & Oecol. quibus חלק est quidem *activum*, sed ita ut *affixum reciproce* intelligant, *numeri*-que *enallagen* inter ista duo statuant, ἐμέρισαν καρδίας αὐτῶν· *Divisit cor suum.* Quod autem omnes feri iste, cum Iarchio & Kimchio, ita hoc sumunt, quasi subintelligendum sit מעם אלהים *à Deo*, ut per *divisionem cordis à Deo* denotetur, quod cor suum à Deo abduxerint vel sejunxerint, quomodo id exponit Cal. & Maria. vel quod à Deo abalienatum sit, se-que abruperit & avulserit, quibus verbis utitur Trem. in Editione separata (ubi חלק vertit *divisũ est*; quum in ea Editione, quam postea sociatis cum Iunio operis dedit, longe aliter verterit, uti supra ostendimus) id probare non possum; uti neque illam Rabbinorum expositionem, quam in comment. affert Hier. *Divisum est cor eorum, i.e. Regis & populi: populus dissensit à Rege.* sed omnino is est hujus loci sensus, quem demonstrat Lyra. *Divisum est, partim Idola, partim Deum colendo*: ac quem in comm. exhibet Oecol. ubi cum prius posuisset verba alteram istam expositionem complectentia, *Israel à timore Dei divisit cor suum*, subjungit, *Voluit servire Deo & Mammona simul, & in eodem corde voluit collocare duos amores. Nam Elias hoc objecit Achab, quod claudicaret in utramq; partem. quamvis nullus servit Deo simul & Idolis. sed stulti hoc attentabant. vult dicere, Non ambulaverunt integro corde coram Deo*: eodemque modo hunc locum exposuit etiam Merc. *Divisum est) de dissidio ex varietate cultuum orto exponunt. satius est ut referas ad illud summum mandatum, Dilige Dominum toto corde. Totum cor, non partem, vult Deus. Cor Idololatrarum divisum, quia solo Verbo non innitentes, suis studiis indulgent.* necnon Osian. *Divisum est cor eorum) Non soli Deo adhærent, sed simul etiam Idola colunt*: neque alia videtur esse mens istorum verborum Esaidis, חלק לבם׳ כי אין להם חלק אחד.

9. Ab isto *Dividendi* significatu proxime manat ille *Spargendi* seu *Dispergendi*, quem hoc verbum obtinet Gen. 49. 7. אחלקם ביעקב, ubi licet *Dividere* aut *Dispertiri* transferunt omnes Interpretes; agnoscunt tamen, quotquot scholiis aut commentariis istum locum illustrarunt,

illustrarunt, comma hoc ἐν παρενθέσει positum cum sequenti ואפיצם וַאֲפִיצֵם & unam eandemque rem utroque istorum significari, ac proinde τῷ חלק vim τοῦ הפיץ inesse: id quod clare indicavit Esraides, hisce verbis, ועברתם' כפול' חטעם ובן אחלקם ואפיצם והטעם שהם אלה ראוים שיתפרדו ולא יתחברו יחדו *Affám & ebratham sunt aquipollentia, similiterq; achallekém & aphizém: & sensus est, istos promeritos ut distraherentur neq; manerent conjuncti*: & Raschi אחלקם rite explicat per אפרידם זה מזה, *segregabo* seu *diducam ipsos unum ab altero.* Ita hoc verbum quoque capiendum Threnorum 4. 16. פני יהוה חלקם, ubi sicuti consensu plurimorum (Jarchii, Esr. Pagn. Munst. Ste. Cast. Tre. Osia. Maria. Pisc. Schin. Luth. Val. Ita. Ang. utr.) פנים, *iram* denotat, ita חלק haud pauci rite interpretantur: Raschi, הפריד: Osian. & Diod. *Dispersit*: Maria. *Dissipavit*: Cast. *disjecit*: Luth. **hat sie zerstreuet**: Ang. vet. **hath scattered them**: Gall. utr. *les a escartés*: & sic Pisc. Ital. Belg. interpretationem minus commodam in textu positam corrigunt in scholiis: *Divisit eos*) i. *dispersit eos*: *ha spartiti*) *ha separati e dispersi*: **heeft verdeylt ofte verstroyt**: Zuin. Oecol. & Tig. aliquanto alienius, sed melius tamen qui quàm *divisionis* intellectum retinent, *relegavit*. Ut autem plena sit sententia, subaudiendum vel בארצות, *in varias regiones*, cum Esraide; vel בגוים, *inter gentes*, cum Iarchio, Oecol. Osia. Pis. Mariana. Græci hunc locum penitus corruperunt, μερὶς Κυρίου μερὶς αὐτῶν, nimirum voci חלקם affingendo alienas vocales, & pro חלקם legendo חלקם: cui lectioni non modò sensus evidenter reclamat, sed & Syrus, Chal. ac Hieron. פרצופה דמרי' פלג אנון : מן קדם מריא אתפלגו *Facies Domini divisit eos.*

10. Spargendi vim habet quoque חלק, itidem ac Gen. 49. 7. *synonyme* cum הפיץ ponitur, Iobi 38. 24. אי-זה הדרך יחלק אור יפץ קדים עלי—ארץ, cujus loci sensum haudquaquam ceperunt R. Levi & Steuchus, putantes hic agi de variatione exortus solis, qui quotidie alio atque alio loco fiat: neque Cajet. exponens de divisione lucis solis in claram & obscuram, quando ob effectam attractamque subsolano caliginem, seu nubem, alicubi lucet clare, & alicubi obscuratur: aut Drusius, innui putans, quod media duntaxat lucis pars apparet, ita ut dum ab una mundi parte lux est, ab altera sint tenebræ: sed neque ii, qui de fulgure, coruscationibus, ac meteoris ignitis exponunt, ut Tig. Trem. Pisc. Diod. aliique. Omnino enim ea horum verborum mens est, quam exhibuit Mariana, *Num nosti, qua ratione lux aut*

Hhhh *astus*

æstus super terram incumbunt, diffunduntur? & clarius etiamnum, meliusque quantum ad קדים: Osiander, *Per quam viam) per quas semitas, per quæ compendia, tam cito, Spargitur lux) in terram, &, Dividitur æstus) hebr. spargitur ortus, i. aurora, Super terram) Ita enim mirabiliter lux diei occupat terram ut qua via ad nos pervenerit non videamus.* Idemque de hujus loci mente sensisse videtur etiam Iarchi, qui יחלק אור ita [illegible], תימוד החמה מפצע לכאן ולכאן כקרני איל, *Radii solis huc atque illuc se diffundunt instar cornuum arietinorum.* Optime igitur יחלק ab Hieron. hic transfertur, *spargitur*, & à Borrh. explicatur per *se diffundit*; quum reliqui verterint *dividi*, aut *distribui*; & Trem. admodum horridè, *Quænam est via, qua in partes dissilit lux?* tolerabilius Tigur. *erumpet*, secuti fortasse Græcos, qui verterunt ἐκπορεύεται, sed insigniter lapsi in אור, quod vertunt πάχνη *pruina*, acsi pro אור scriptum esset כפר: quum veræ lectioni suffragentur, præter Hieronymum, etiam Aquila, qui φῶς, & Syr. ac Chal. qui נהורא interpretantur. In *spargendi* significatu hoc verbum quoque sumitur Gen. 14. 15 à Val. qui ibi transtulit *derramar*, non assecutus genuinum istius loci sensum, quem paulo ante dedimus: itemque Nehem. 9. 22. ab Esraide, Munst. Ste. Trem. Italo utroque, & Anglica vetere: quem locum longe aliter intelligendum, quàm ab istis factum, mox ostensuri sumus. Uti autem Hebræis חלק, ita etiam apud Græcos poeticum Δαΐζειν, quum *dividere, partiri*, primario significet, pro *spargere* seu *dispergere* interdum sumitur, uti in loco illo Hesiodi, quem & Steph. in Lexico allegat, Σπέρματα δάσασθαι· ubi δάσασθαι idem Steph. reddit *dispertiri* seu *dispergere.*

II. Significationi *Dividendi*, quæ verbo huic חלק omnium prima est, & à qua fluit tum *metaphoricus* ille, tum *spargendi* intellectus, succedit illa significatio, qua חלק denotat *dividere* seu *partiri* ita, ut ipsæ partes diversis personis tribuantur, quod proprie *distribuere* & *dispertiri* dicunt Latini, Græci διανέμειν, διαδιδόναι, & διαμερίζειν· & simplici quoque μερίζεσθαι ita usus est Herodi. lib. 1. Τῶν δὲ πλουσίων τὰς οὐσίας χαρίσασθαι ἐβούλετο, μερίσαι τε εἰς τοὺς στρατιώτας καὶ τοὺς μονομαχοῦντας. Num. 26. 53. לאלה תחלק הארץ — Ios. 13. 7. חלק את הארץ — & 18. 10. ויחלק שם יהושע את הארץ לבני ישראל במחלקותם — Esa. 34. 17. וידו חלקתה — Dan. 11. 39. ואדמה יחלק במחיר. Porro in hac significatione actio vel uni alicui tribuitur, qui rem partiatur, ac suam cuique portionem assignet, ut in præcedentibus exemplis; vel simul omnibus

omnibus in partem venientibus, idque vel cum adjuncto להם (vel לכם aut לנו, prout in *prima secunda-ve* aut *tertia persona* sermo fit) ut 1 Regum 18. 6. ויחלקו להם את-הארץ לעבר — בם — Psalm. 22. 19. ויחלקו בגדי להם — Ezech. 47. 29. וחלקתם את-הארץ הזאת לכם: vel absque tali adjuncto, ut Iud. 5. 30. הלא ימצאו יחלקו שלל: Ioel. 3. 2. ואת-ארצי חלקו: 2 Sam. 19. 29. אתה וציבא תחלקו את-השדה: Latini dicunt plerumque *partiri inter se* (qua phrasi Ioelis 3. ad explicandum חלק utuntur Ste. & Pisc.) & non rarò *dividere inter se* (quomodo ibidem חלק exp. Osia. & Mariana) quandoque etiam *partiri* & *dividere* duntaxat, ut Val. Max. lib. 1. cap. 2. *Exceptâ magni ponderis aureâ craterâ, incitatoque ad eam partiendam populo:* Tacit. 1. Annal. cap. 65. *Infectos cœno aut cruore cibos dividentes:* & lib. 2. hist. cap. 77. *Discrimen ac periculum ex aquo partiemur.* Græci verò νέμεσθαι, idque utplurimum absque ulla tali adjectione, qualis est להם & *inter se:* Lucia. in Dial. Apollinis & Merc. ἐνείμαντο ὅπως αὐτοὶ τὴν ἀθανασίαν. Herodia. l. 4. ἔδοξεν αὐτοῖς νείμασθαι τὴν ἀρχήν. Polyæn. lib. 5. cap. 11. τὰ χρήματα αὐτῶν δημευθέντα ἐνείμαντο οἱ πολῖται· Οἱ Λακεδαιμόνιοι παῖδες τὴν βασιλείαν ἐνείμαντο, Pausan. Corinth. — ἐπεὶ τὰ λάφυρα ἐνείμοντο, ibid. — interdum quoque διανέμεσθαι, ut Herod. Thalia. αὐτοὶ δὲ τὰ γινόμενα τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου χρήματα διενέμοντο· & Polyb. in Excerptis Valesianis, καὶ τὴν χώραν διανεμάμενοι κατεῖχον· itemque διαιρεῖσθαι, ut Diod. Sic. in iisdem Exc. καὶ τὰς κλήσεις διελόμενοι, κατέσχον τὴν πόλιν· Herod. Calliope, τὰ λοιπὰ διαιρέοντο, καὶ ἔλαβον ἕκαστοι τῶν ἄξιοι ἦσαν· & ibid. ὡς τὴν ληΐην διείλοντο· ac καταινέμεσθαι, apud Isoc. in Plataico, τὴν χώραν ὑμῶν καταινενέμηνται· & sic μερίσασθαι sumitur 2 Mach. 8. 28. τὰ λοιπὰ αὐτοὶ καὶ τὰ παιδία ἐμερίσαντο· Poetæ eodem pacto usurpant δατέεσθαι, ut ἰλ. ί.

—— δατεόμεσθα ληΐδ' Ἀχαιοί

Et διαδαίεσθαι, ut ἰλ. ί.

——— Χηρωσταὶ δὲ διὰ κτῆσιν δατέοντο.

Et apud Theogn.

——ἀποφθιμένου δὲ διὰ κτῆσιν δατέονται·

omnium autem frequentissime δάσασθαι, plerumque quidem unde, ut ἰδ. ς'.

Χρήματα πάντα δασαίμεθα——

Ὀδ. ί.

——— κτήματα πολλὰ λαβόντες·

Δασσάμεθ' ———

æstus super terram incumbunt, diffunduntur? & clarius etiamnum, meliusque quantum ad קדים: Osiander, *Per quam viam) per quas semitas, per quæ compendia, tam cito, Spargitur lux) in terram, & Dividitur æstus) hebr. spargitur ortus, i. aurora, Super terram) Ita enim mirabiliter lux diei occupat terram ut qua via ad nos pervenerit non videamus.* Idemque de hujus loci mente sensisse videtur etiam Iarchi, qui יחלק אור ita ἀναφράζει, תימוד החמה מפצע לכאן ולכאן כקרני אילים, *Radii solis huc atq; illuc se diffundunt instar cornuum arietinorum.* Optime igitur יחלק ab Hieron. hic transfertur, *spargitur*, & à Borrh. explicatur per *se diffundit*; quum reliqui verterint *dividi*, aut *distribui*; & Trem. admodum horridè, *Quænam est via, qua in partes dissilit lux?* tolerabilius Tigur. *erumpet*, secuti fortasse Græcos, qui verterunt ἐκπορεύεται, sed insigniter lapsi in אור, quod vertunt *πάχνη pruina*, acsi pro אור scriptum esset כפר: quum veræ lectioni suffragentur, præter Hieronymum, etiam Aquila, qui φῶς, & Syr. ac Chal. qui נהורא interpretantur. In *spargendi* significatu hoc verbum quoque sumitur Gen. 14. 15 à Val qui ibi transtulit *derramar*, non assecutus genuinum istius loci sensum, quem paulo ante dedimus: itemque Nehem. 9. 22. ab Esraide, Munst. Ste. Trem. Italo utroque, & Anglica vetere: quem locum longe aliter intelligendum, quàm ab istis factum, mox ostensuri sumus. Uti autem Hebræis חלק, ita etiam apud Græcos poeticum Δαΐζω, quum *dividere, partiri*, primario significet, pro *spargere* seu *dispergere* interdum sumitur, uti in loco illo Hesiodi, quem & Steph. in Lexico allegat, Σπέρματα δάσσασθαι· ubi δάσσασθαι idem Steph. reddit *dispertiri* seu *dispergere*.

II. Significationi *Dividendi*, quæ verbo huic חלק omnium prima est, & à qua fluit tum *metaphoricus* ille, tum *spargendi* intellectus, succedit illa significatio, qua חלק denotat *dividere* seu *partiri* ita, ut ipsæ partes diversis personis tribuantur, quod proprie *distribuere* & *dispertiri* dicunt Latini, Græci διανέμειν, διαδιδόναι, & διαμερίζειν· & simplici quoque μερίζεσθαι ita usus est Herodi. lib. 1. Τῶν δὲ πολιῶν τὰς οὐσίας χαρίσασθαι ἐβούλετο, μερίσαι τε εἰς τοὺς στρατιώτας καὶ τοὺς μονομαχοῦντας. Num. 26. 53. לאלה תחלק הארץ — Ios. 13. 7. חלק את־הארץ — & 18. 10. ויחלק־שם יהושע את־הארץ — בנחלה לתשעת השבטים ויהו חלקתה — Esa. 34. 17. לבני ישראל במחלקותם להם בקו — Dan. 11. 39. ואדמה יחלק במחיר. Porro in hac significatione actio vel uni alicui tribuitur, qui rem partiatur, ac suam cuique portionem assignet, ut in præcedentibus exemplis; vel simul omnibus

omnibus in partem venientibus, idque vel cum adjuncto להם (vel לכם aut לנו, prout in *prima secunda*-ve aut *tertia persona* sermo fit) ut 1 Regum 18. 6. ויחלקו להם את-הארץ לעבר-בה — Psalm. 22. 19. יחלקו בגדי להם — Ezech. 47. 29. וחלקתם את-הארץ הזאת לכם: vel absque tali adjuncto, ut Iud. 5. 30. הלא ימצאו יחלקו שלל: Ioel. 3. 2. ואת-ארצי חלקו: 2 Sam. 19. 29. אתה וציבא תחלקו את-השדה: Latini dicunt plerumque *partiri inter se* (qua phrasi Ioelis 3. ad explicandum חלק utuntur Ste. & Pisc.) & non rarò *dividere inter se* (quomodo ibidem חלק exp. Osia. & Mariana) quandoque etiam *partiri* & *dividere* duntaxat, ut Val. Max. lib. 1. cap. 2. *Exceptâ magni ponderis aureâ craterâ, incitatoque ad eam partiendam populo:* Tacit. 1. Annal. cap. 65. *Infectos cœno aut cruore cibos dividentes:* & lib. 2. hist. cap. 77. *Discrimen ac periculum ex æquo partiemur.* Græci verò νέμεσθαι, idque utplurimum absque ulla tali adjectione, qualis est להם & *inter se:* Lucia. in Dial. Apollinis & Merc. ἐνείμαντο ὅπως αὐτοὶ τὴν ἀθανασίαν. Herodia. l. 4. ἔδοξεν αὐτοῖς νείμασθαι τὴν ἀρχήν. Polyæn. lib. 5. cap. 11. τὰ χρήματα αὐτῶν δημευθέντα ἐνείμαντο οἱ πολῖται· Οἱ Ἄβαντος παῖδες τὴν βασιλείαν ἐνείμαντο, Pausan. Corinth.— ἐπεὶ τὰ λάφυρα ἐνείμαντο, ibid.— interdum quoque διανέμεσθαι, ut Herod. Thalia. αὐτοὶ δὲ τὰ γινόμενα τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου χρήματα διενέμοντο· & Polyb. in Excerptis Valesianis, καὶ τὴν χώραν διανεμάμενοι κατεῖχον· itemque διαιρεῖσθαι, ut Diod. Sic. in iisdem Exc. καὶ τὰς κλήσεις διελόμενοι, κατέσχον τὴν πόλιν· Herod. Calliope, τὰ λοιπὰ διαιρέοντο, καὶ ἔλαβον ἕκαστοι τῶν ἄξιοι ἦσαν· & ibid. ὡς τὴν ληΐην διείλοντο· ac καταvέμεσθαι, apud Isoc. in Plataico, τὴν χώραν ὑμῶν καταvενέμηνται· & sic μερίσασθαι sumitur 2 Mach. 8. 28. τὰ λοιπὰ αὐτοὶ καὶ τὰ παιδία ἐμερίσαντο· Poetæ eodem pacto usurpant δατέεσθαι, ut ἰλ. ἀ.

—— δασσόμεθα ληΐδ' Ἀχαιοί

Et διαδατέεσθαι, ut ἰλ. ἑ.

—— Χηρωσταὶ δὲ διὰ κτῆσιν δατέοντο.

Et apud Theogn.

—— ἀποφθιμένου δὲ διὰ κτῆσιν δατέονται·

omnium autem frequentissime δάσασθαι, plerumque quidem inde, ut ἰλ. χ'.

Χρήματα πάντα δασαίμεθα——

Ὀδ. ι.

—— κτήματα πολλὰ λαβόντες·

Δασσάμεθ' ——

Hesiod.

—— κλῆρον ἐδασσάμεθ'· ——

Et sic ὀδ. γ'. & ξ. & υ. interdum verò cum *pronominis* ac *præpositionis* additamento, ut ἰλ. ά.

—— τὰ μὲν ἐῢ δάσσαντο μετὰ σφίσιν· ——

Et ὀδ. π'.

—— κτήματ' ἔχωμεν
Δασσάμενοι κατὰ μοῖραν ἐφ' ἡμέας· ——

12. Paulo adhuc aliter in *distribuendi* intellectu sumitur hoc verbum Jos. 22. 8. חלקו שלל אויביכם עם אחיכם, quod distributionis genus (quo nimirum quis partem rei dat alteri, partem reservat sibi) Latini gemina phrasi exprimunt, *dividere aliquid cum aliquo*: Plau. Sti.

Factum ego hoc tecum divido:

Quint. lib. 7. cap. 1. *Qui dividere nolit cum fratre.* Ovid. 4. Fast.

—— *non grandia divide mecum*
Præmia: ——

Just. 37. 4. *Paphlagoniam invadit, victamque cum socio dividit*: & frequentius, *partiri rem cum altero*, cujus locutionis exempla passim obvia sunt, multaque à Rob. Stephano, atque aliis lexicographis è Cicerone, Cæsare, Virgilio, adducuntur. Græci hic dicunt νέμεσθαί τι πρός τινα, & διανέμεσθαι, & μερίσασθαι, ut Isocr. Paneg. τῆς γῆς ἁπάσης δίχα τετμημένης, τὴν ἡμίσειαν ἐκ τῶν συνθηκῶν εἴληφεν, ὥσπερ πρὸς τὸν Δία τὴν χώραν νεμόμενος· Lucia. Toxari, τὴν οὐσίαν ἐνείματο πρὸς αὐτόν· Plut. Fabio, διενείματο τὴν δύναμιν πρὸς αὐτόν· Herodia. lib. 3. οὐδὲν ἄλλο ἢ μερισάμενος πρὸς αὐτὸν τὴν ἀρχήν· & in Novo Testamento legimus etiam μερίζεσθαι μετά τινος eodem sensu, Luc. 12. 13. εἰπὲ τῷ ἀδελφῷ μου, Μερίσασθαι μετ' ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν. Porro חלק alio etiamnum modo *distribuere* denotat, quando nimirum sua cuique portio attribuitur, absque ulla divisione, aut rei in partes sectione, ut 2 Sam. 6. 19. ויחלק לכל-העם — לאיש חלת לחם אחת ואשפר אחד ואשישה אחת: & Nehem. 13. 13. ועליהם לחלק לאחיהם: quo pacto in Græca quoque & Latina lingua solent verba æquipollentia usurpari. & ab hac istius verbi usurpatione promanat iste *impertiendi*, *tribuendi*, *participandi*, & *assignandi* intellectus, de quo in hujus capitis initio egimus.

13. Porro sicut apud Latinos *participare*, quod primario denotat *participem facere*, *partem dare*, *impartiri*, μεταδοῦναι, exinde transfertur

fertur ut significet *participem fieri*, *partem accipere*, μεταλαβεῖν, idem quoque in חלק usu venit: & in posteriore hoc significatu sumitur 1 Sam. 30. 24. יחדו יחלקו: Prov. 17. 2. ובתוך אחים יחלק נחלה: & Prov. 29. 24. חולק עם גנב: quibus in locis sicuti pleque חלק transferunt *dividere*, *partiri*, *distribuere*, ita neque desunt, qui recte illud vertant; 1 Sam. 30. quidem soli ex omnibus Belgæ, & neque ii in textu, ubi est **sullen deylen**, sed in scholiis, **sullen haer deel hebben**: ast in reliquis duobus locis satis multi. Namque Prov. 17. Esra. יחלוק exponit יקח חלק, & R. Levi sensum loci sic enarrat אדניו לאהבתו אתו יתן לו במותו חלק מה בנכסיו, *Herus ejus, ex suo in ipsum amore, moriens dabit ipsi partem facultatum suarum*. Steph. vertit *hæreditatis partem accipiet* (quam translationem à Stephano acceptam Jansenius quoque commentariis suis inseruit) Cast. *hæreditatem participabit*: Ang. nov. **shall have part of the inheritance**: & sic Trem. ac Belg. qui in textu minus bene vertunt, *partitur possessionem*; **erffenisse deelen**: in scholiis probe seipsos explicant, *hæreditatem adit*; **een part des erfdeels wechdraegen**: similiterque Pagn. in Dict. *Dividet hæreditatem*, *aut*, *partem habebit*, *vel sortietur hæreditatem*: necnon Brunius, **Onder de broederen sal hy erve deelen**) **hy sal als een eygen kint getracteert worden, ende als de andere mede-erven.**— Prov. 29. Pagn. & Cast. *qui cum fure participat*; neque aliter Hieronymus, ut quidem plerique ac optimi codices habent, quum alii præferant *partitur*, quomodo etiam legit Jansenius, qui tamen recte exponit, *Proprie partitur cum fure, qui cum eo partem accipit rei alienæ*: Tig. *quisquis furis socius est*: Luth. **wer mit dieben theyl hat**: Val. *el aparcero del ladron*: Gall. vet. *celui qui participe avec le larron*: Angl. utr. **who so is partner with a thiefe.**

14. Huc etiam refero Nehem. 9. 22. ותחלקם לפאה, ubi ותחלקם pro ותחלק להם positum putaverunt Græci (qui omisso לפאה, neglectâ-que copulâ, ועממים à præcedenti membro abscissum cum ותחלקם copulant, καὶ λαοὺς διεμέρισας αὐτοῖς) Syrus (qui vel duplicem vim *affixo* hic tribuit, aut de suo *accusativum* apposuit, è præcedentibus subintellectum, ופלגת אנון לחון לריש אנש, *& distribuisti ea ipsis viritim*) Hieronymus, *Et partitus es eis sortes* (non video qua ratione לפאה aut ipse *sortes*, aut Syrus *viritim* interpretatus sit) Osia. *& partitus eis plagas*) *regionum scilicet*, *ut scirent Israelitæ*, *quas regiones incolere deberent*: Maria. *partitus es eis ad angulum*) *i. dedisti eis terram angustam*, *ne cum gentibus versarentur*:

& Genev. *que tu leur as partis par contrees*. Major verò pars consentiunt, *affixum* illud esse *accusativum*, sed ita ut in duas diversas super eo sententias scindantur. partim enim id referunt ad עממים quod præcessit, atque de gentibus istis Canaaniticis hic dici autumant, quod Deus ipsas, adventu Israelitarum exterritas, in varias orbis plagas dispersérit; ut חלק eam hic habeat significationem, de qua paragr. 9. & 10. locuti sumus; istiusque expositionis autores extremo paragrapho decimo enumeravimus. Alii autem תחלקם dictum putant de Israelitis, partim quidem לפאה cum prædictis accipiendo *pluraliter*, *in angulos*, *in diversos angulos*, *angulatim*, i. *huc atque illuc* (Cast. *Ita ut ultro citro-que dispersi, occupaverint* &c. Luth. **und theiletest sie hie und daher, das sie einnamen** &c.) partim verò id habendo pro singulari, *in angulum*, ut respiciatur ad situm Canaanitidis, qui velut terrarum angulus, à reliquis terris secretus sit; quomodo hoc à Raschi exponitur. Ego verò existimo, quod חלק hic significet *partem accipio*, & פאה *singulariter* accipiens de Regione trans Iordanem, Regibus Sehoni & Ogo ereptam, (quæ regio, respectu ad totam Canaanitidem habito, *anguli* appellatione apte insignitur) *affixum* refero ad Israelitas, non quidem universum populum, sed illas duas tribus cum dimidia, quæ in isto trans Iordanem tractu sedes sibi ceperunt: *partem ipsorum accepisti in angulum*: i. e. *acceptam eorum partem collocasti* (est enim hic *ellipsis* illa, de qua modò §. 7. loquebamur, ac תחלקם positum pro תחלק אתם ותשם) *in angulo isto*: *partem populi tui collocasti in duobus istis regnis, quæ sunt velut angulus quidam terræ Canaan*.

15. Quippe hæc non capienda de universo Israelitarum populo, sed de ea duntaxat parte quam diximus; apparet è versibus 23. 24. & 25. ubi separatim agitur de reliqua populi parte, & quomodo à Deo in possessionem regionis cis Iordanem introducti sint: quod argumentum movit etiam Cajetanum, ut locum hunc de regione trans Iordanem acciperet, quum alioqui vim vocis פאה & verbi חלק haudquaquam perviderit: *Partitus es eos ad angulum*) *i. per lineas angulares assignando tribubus suos angulos ad habitandum. & hoc specialiter dicitur de terra trans Iordanem, quæ subjungitur. nam de terra promissionis postea subditur*. & sane illud ותתן להם ממלכות ועממים, quod proxime præcedit ante ותחלקם לפאה, non spectare ad omnes Cananææ Reges omnemque septem populorum sedem (quomodo vulgo id intelligunt) clare apparet è posteriore hujus versus parte, quæ cum istorum verborum ממלכות ועממים *epexegesis* sit, duntaxat nominat ditionem

ditionem Sehonis Regis-que Hesebon atque Ogi Regis Basan. Porrò eodem modo, ac in istis locis חלק, etiam μερίζομαι apud Græcos interdum sumitur, pro *partem accipere*, seu *partem consequi*, *participem fieri*, ut in loco illo Aristotelis, quinto Ethicorum, allegato à Budæo & Stephano. εἴ τις μερίσαιτο τοῦ ἀδικήματος, *siquis partem capiat de injusto lucro*, sive, ut Budæus exponit, *siquis particeps fiat per injuriam ablati.* & καταμερίζομαι quoque ita usurpatum à Basilio, adnotavit idem Budæus, producto hoc testimonio è tractatu πρὸς τοὺς πλουτοῦντας, πάντων ὁμοῦ καταμεριζομένων τὰ ὄντα, καὶ περὶ ἑαυτοὺς δαπανώντων. sed & illud Theophrasti, lib. 5. de Caus. Plant. cap. 2. τὴν τῆς τροφῆς ἐπιῤῥοὴν ἕκαστον εἰς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν καταμερίζεται καὶ δύναμιν, *Ex allabente nutrimento unumquodque partem suam capit, convertendam in propriam naturam ac facultatem.* ac apud Latinos verbo *partiri* videtur ita usus Plinius, lib. 10. cap. 17. *Auxiliatur accipiter* [*noctuæ contra aves dimicanti*] *collegio quodam naturæ, bellumque partitur.*

16. Hæc autem τοῦ חלק significatio interdum fit magis generalis, ita ut pro *partem accipere seu consequi*, designet simpliciter *accipere, consequi, adipisci, nancisci, obtinere, potiri*: quomodo Græcis λαγχάνω, & Latinis *sortiri*, isto significatu sæpissime usurpantur, quum prius significent *sortitò obtinere*, *sorte ducta accipere vel consequi*; sicuti alter quoque ille *impartiendi* intellectus istis verbis competit. Imo ipsum quoque νέμομαι & μερίζομαι (quæ τῷ חלק propius atque ex adverso respondent) quandoque ita sumuntur, ut apud Athen. lib. 13. in comparatione canis & cynicorum, καίτοι τοῦ ζώου τούτου ἐν τέτταρσι τὴν φύσιν περιττὴν ἔχοντος, ὧν ὑμεῖς τὰ χείρω μερισάμενοι τηρεῖτε; ubi μερίσασθαι potest quidem exponi, *sibi vendicare*, potest verò etiam, *accipere, sumere*,— Soph. Ajace Flag.

——ὡς τὰ σὰ

Κράτη θανόντος καὶ δόμους νέμοιμι σούς·

Maxim. Tyr. Oratione 19. ἄλλος ἄλλης πράξεως νενεμημένος καὶ μοῖραν καὶ τύχην· & Orat. 32. νενέμηνται τὰ ζῶα τὰς δυνάμεις ἑκάστων ἕκαστον κατὰ τὴν χρείαν τοῦ βίου. & hinc porro fluit altera illa ac tritissima τοῦ νέμω ac νέμομαι significatio, qua pro *possidere ac frui* sumitur. Etiam Græcus Bibliorum Interpres μερίζομαι pro *nancisci* seu *consequi* usurpavit Prov. 14. 18. μεριοῦνται ἄφρονες κακίαν, quod in Hebraico est, נחלו פתאים אולת, & ab Hier. transfertur, *possidebunt parvuli stultitiam.* Habet autem חלק istam notionem Josuæ 18. 2. אשר לא חלקו את-נחלתם ubi אשר pro *dativo* habuerunt Pag. Tig. Calv. Luth. Ang. vet. Gen. Diod. Bel. & חלק *dividere* tum isti omnes, tum alii præterea interpretantur.

Pretantur. sed melius Græci, οἱ οὐκ ἐκληρονόμησαν τὴν κληρονομίαν αὐτῶν. Hieron. & Munst. *quæ necdum acceperant possessiones suas* : Cast. *quæ hæreditatem sortitæ non erant* : Gal. *lesquels n' avoyent point encore pris leur heritage* : Ang. no. **which had not yet received their inheritance.** —Iobi 17. 27. וכסף נקי יחלק, ubi incommode Cast. *particeps erit, & partiri, distribuere, aut dividere* transtulerunt reliqui omnes, solis Græcis exceptis, qui reddiderunt, τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ ἀληθινοὶ καθέξουσιν, apte præterea supplentes manifestum *affixi* defectum, in כסף, quem etiam sarcivit Syrus, וכספהון נפלג. Mentem verò loci plene expressit Steuchus ista ecphrasi, *Ad justos innocentesq; tandem omnia devolventur ; redibunt opes ad eos, quibus fuerant ablata.*—Psal. 60. 8. אחלקה שכם. Esra. לעולם תהיה בחלקי : Tre. & Pis. *in partem obtinebo Schecemum* : cæteri cuncti alienam illam *dividendi partiendi*-ve significationem hic quoque retinuerunt ; quod mirum sane in aliquibus ipsorum, qui germanum loci sensum sic satis perviderunt: Buc. & Mun. *Dividere & dimetiri accipiuntur pro possidere jure hæreditario:* Ital. *partirò, c. verrà sotto la mia soggettione* : Belg. **hy wil seggen, dat hy van dese plaetsen volcomen heer ende besitter sal syn.**

17. Eandem quoque vim habet verbum istud in plerisque locis, ubi cum שלל jungitur : Gen. 49. 27. ולערב יחלק שלל: Exod. 15. 9. ארדף אשיג אחלק שלל : Prov. 16. 19. מחלק שלל את-גאים: Psal. 68. 13. ונות בית תחלק שלל : Esa. 9. 3. כאשר יגילו בחלקם שלל: & 33. 23. אז חלק עד שלל מרבה: in quibus omnibus locis חלק שלל idem valet, ac latinis *præda aut spoliis potiri, prædam spolia-ve capere, prædam parere.* in nonnullis tamen istorum locorum commode exposueris *prædam seu spolia diripere* ; quæ sane istius phraseos vis est Zach. 14. 1. וחלק שללך בקרבך, quo in loco, uti & in reliquis cunctis jamjam enumeratis, *dividendi* significatum mordicus tenuerunt omnes Interpretes: nisi quod Prov. 16. Cajet. Cast. & in scholiis Diod. melius cæteris, haud tamen satis accurate, verterunt, *Acquirere partem spoliorum* : *Spolia participare* : *haver parte* : quomodo etiam Psal. 68. Calv. hanc phrasin enarrat, *Imbelles quoq; mulieres fuisse prædæ socias, ac partem ad eas pervenisse:* & Exod. 15. Pellic. non male אחלק שלל exprimit per *spolia detraham* : ac Gen. 49. 27. sensum loci bene declarat Osian. *Sæpe præclaras victorias reportabit cum opimis spoliis* : uti & Esa. 33. 23. *Amplissimam prædam Ecclesia auferet* : quem utrumque locum penitus perverterunt Græci. namque Gen. 49. יחלק שלל reddunt δίδωσι τροφὴν, ut quidem habet Editio Romana, quum in Francof. legatur

gatur

gatur etiamnum pejus διασώσει τροφὴν· quod alii, ut Hebraico responderet, saltem in Verbo חלק, mutaverunt in διαδώσει τροφήν. Ast Esa. 33. אז חלק עד שלל מרבה, non contenti מרבה ab hoc membro avulsum sequentibus copulare, præterea אז obliterarunt, atque עד ex proprio loco retractum in ipsius sedem, pro *præpositione* habuerunt, quum sit nomen *synonymum* τῷ שלל atque ipsum חלק שלל nequaquam commode expresserunt, ita totum comma interpretati, ἕως ὃ περιποιῶ εἰς σκυλομὸν· τοίνυν πολλοὶ, &c. in quibus erroribus secutus ipsos est etiam Syrus, nisi quod חלק שלל aliquanto commodius reddit, עדמא דפלגו בזת׳ וסוגאא: quum Hieron. Hebraicam lectionem ad ungem expresserit, *tunc dividentur spolia prædarum multarum*; quam & Chaldæus, etiamsi in laxa admodum ac paraphrastica interpretatione, repræsentat, בכן יפלגון בית ישראל נכסי עממיא סגיאות: עדי ובות Genesis autem 49. cum Hieron. habemus etiam Aquilæ & Symmachi testimonium pro vera lectione: *Dividet spolia*: διαμερεῖ λάφυρα· μερεῖ σκῦλα· uti & ipsius Syri, nisi quod שלל liberius ac paraphrastice reddit, ונפלג מדם דמעדא & *dividet id quod diripit.*

18. Pro *diripere* autem sumitur חלק etiam 2. Paral. 28. 21. כי חלק אחז את-בית יהוה, ubi quod suspicatur Piscator, vitiatam esse Hebraici textus lectionem, ac חלק irrepsisse pro לקח in eo plurimum fallitur, quum altera illa lectio stare nequaquam possit. quippe *accepit Domum Domini* pro *accepit thesauros ex domo Domini*, durissimum est atque inauditum locutionis genus: atque ideo repudianda est ista conjectura, simulque versio Græci, Syri, & Itali, ἔλαβε τὰ ἐν οἴκῳ κυρίου· שקל מאנא דאית הוא בביתה דמריא: *prese del tesoro del tempio del Signore*: quibus se associavit etiam Mariana, *Distribuit, e. i. divisit: aut accepit domum Domini, i. e. thesauros ejus.* Complures חלק ita hic capiunt, quomodo id capiendum Neh. 9. 22. paulo ante docuimus: Mun. *sustulit partem de domo Domini*: Tre. *accipient partem ex domo Jekova*: Gen. & Diod. *print une partie des thresors de la maison du Seigneur*: Diod. *prese una parte de' tesori della casa del Signore*: Ang. utr. & Belg. **took away a portion out of the house of the Lord: nam een deel van het huys des heeren wech**: quibus accensendi etiam Tigurini, utpote qui חלק את-בית יהוה — ויתן למלך אשור verterunt, *Partem de æde Domini dedit Regi Assyrio.* Sed nostra expositio sensum habet magis faventem, eique palam suffragatur Hieron. *Spoliatâ domo Domini*; quomodo vertit etiam Val. *Despoiò la casa de Jehova.* Et ita fere suum διανέμεσθαι Græci quoque usurpant

Ii ii pant

pant interdum, uti comprobavit Budæus duobus hisce exemplis ex Arist. lib.3. Polit. ἂν οἱ πένητες διανέμωνται τὰ τῶν πλουσίων· οἱ πλείους τὰ τῶν ἐλαττόνων ἐὰν διανέμωνται, ubi διανεῖμαι Budæus per *diripere*, διαρπάζειν recte explicat, & in Novo Testam. quoque διαδιδόναι ita usurpatum observavi, puta Lucæ 11.22. τὰ σκῦλα αὐτοῦ διαδίδωσι, ubi διαδίδωσι exponendum esse *diripit*, & sensus evincit, & collatio cum Matth. 12.29. ac Mar. 3.27. qui utrique διαρπάζειν pro Lucæ διαδιδόναι dixerunt. ac Sept. quoque videntur μερίσασθαι usurpasse isto sensu Jerem. 51. 34. κατέφαγέ με, ἐμερίσατό με, ubi in Hebr. est הממני, quod Hier. quidem vertit *devoravit me*, Syrus verò בזני, *diripuit me.* Sed & Halicarnasseus evidenter μερίσασθαι pro *diripere* usurpavit libro octavo, τοῖς στρατιώταις ἔδωκε μερίσασθαι τὰς ὠφελείας· quam eandem rem paulo ante expresserat hisce verbis, Ἐπέτρεψε τοῖς στρατιώταις τὰ χρήματα διαρπάσαι.

19. Ex duabus istis notionibus, quas verbum hoc cum שלל conjunctum obtinere solet, prior in hoc loco Esa. 53. 12. ואת-עצומים יחלק שלל, magis conveniens est, ideo-que hoc comma sonat ad verbum, *plurimos adipiscetur prædam*, vel *plurimis potietur præda.* quia autem durum atque insolens apud nos est istud loquendi genus, qua duo diversa nomina, utraque *subjecti* rationem habentia, ab unico verbo reguntur absque ullius *conjunctionis* alteriusve *particulæ* interventu, ideo paululum immutanda est ista sermonis forma, atque ad nostram consuetudinem accommodanda. Osiander, Piscator, & Belgæ (qui עצומים habuerunt quidem pro *accusativo*, sed יחלק parum intellexerunt) *particulam similitudinis* supplendam putaverunt: *Fortes dividet ut spolia* : *Potenter partietur tanquam spolia* : **hy sal de machtige als een roof deylen.** quæ sane interpretandi ratio, si τῷ חלק suus atque huic loco conveniens intellectus tribuatur, bona est; atque istius phraseos exemplum habemus apud Tacitum, lib. 1. Histor. cap. 3. *Nec minus delatorum invisa præmia, quàm scelera, quum alii sacerdotia & consulatus ut spolia adepti, procurationes alii & interiorem potentiam,* &c. ubi illud, *sacerdotia & consulatus ut spolia adepti*, esset hebraicè כהנות והיפתיות יחלקו שלל: simileque est illud Salustii in Jugurthino, *Se consulatum ex victis illis quasi spolia cepisse.* Verum quia hic de rebus sermo non est, sed de personis, quibus *spoliorum* appellatio non competit, utpote ad inanima duntaxat pertinens, שלל hic non est vertendum *spolium* aut *spolia*, quomodo id verterunt plerique omnes, verum loci sensum ignorantes, sed *præda*, sub quo vocabulo non tantum *spolia* σκῦλα καὶ λάφυρα, & *pecora*, λεία, sed

sed & *captivi, αἰχμάλωτοι*, comprehenduntur; sicuti nomen שלל, quod proprie *spolia* denotat, non raro ad illa omnia extenditur: uti apparet ex Deut. 20. 14. 1 Sam. 15. 21. Zach. 2. 9. aliisque locis. Jam quandoquidem cum voce *præda* non ita aptum est istuc additamentum *particulæ similitudinis*, ac cum voce *spolium*; ideo malim paululum desciscens à directa Hebraici contextus interpretatione (quod Interpreti, qui munere suo fungi probe velit, persæpe necessarium est) יחלק שלל reddere per *habere prædæ aut loco prædæ*, quomodo *accusativus personæ* convenientissime cum eo jungetur; *plurimos seu innumeros habebit prædæ, aut loco prædæ*: pro quo etiam, aliquanto magis immutata orationis facie, sed eodem plane sensu, recte dixeris, *plurimi cedent ipsi in prædam* (qua phrasi usus est Livius lib. 6. cap. 14. *aurem ex hostibus captum in paucorum prædam cessisse*, & Lactant. lib. 2. cap. 4. *Plerumq; in prædam furibus cedunt* [*simulacra*] vel, *innumeri obtingent ipsi loco prædæ*. Priorem interpretandi viam instituit. Luth. alteram vero Marginalis; qui duo soli ex omnibus hoc comma recte intellexerunt, excepta tamen voce עצומים, in qua ipsi quoque erraverunt: Marg. *Et fortes erunt ei prædæ*: Luth. **Und er sol die starcken zum raube haben.**

20. Totum itaque hoc hemistichium, לכן אחלק לו ברבים ואת-עצומים יחלק שלל, sic reddendum est, *Propterea ipsi attribuam*, [*vel addicam*] *permultos*; *& plurimos* [*seu innumeros*] *habebit loco prædæ* [*vel, plurimi obtingent ipsi pro præda*:] Græce autem sic, Διαδῶ το πολλὺς αὐτῷ νεμῶ [ἢ ἀπονεμῶ] καὶ παμπλήθεις λαφυραγωγήσει. quippe quod Hebræis valet חלק שלל, id unico isto verbo λαφυραγωγῶ exprimunt Græci (quum alioquin etiam λείαν ἄγειν ἢ λαβεῖν & λείας χραῖειν dicant) ut apud Polyæ. lib. 2. cap. 1. §. 10. Πολὺ πλῆθος ἀνθρώπων καὶ βοσκημάτων καὶ τῶν ἄλλων κτημάτων λαφυραγωγήσας. Significatur autem his verbis innumera hominum in Christum crediturorum multitudo; id quod paulo ante, versu decimo, stricte indicaverat Propheta istis verbis, יראה זרע: & sequentis capitis initio ampliter atque ex professo exequitur: sicuti alibi sæpe multus est in hoc argumento Esaias, in-que prædicenda atque prædicanda populi in Christum credituri numerosissima multitudine, ut cap. 43. vers. 5. 6. cap. 49. vers. 18. 19. 20. 21. cap. 60. vers. 4. 8. 9. David autem Psal. 68. 19. itidem ac hic Esaias, rem hanc imagine prædæ seu captivorum illustrat, עלית למרום שבית שבי quem locum mystice de Christo intelligendum, deque gloriosa ipsius in cœlum

 ascensione,

ascensione, & consecuta populorum ad ipsum conversione, locuples testis est B. Paulus, epistolæ ad Ephesios capite quarto, versu octavo. Uti Esaias inquam, populum credentium *prada* appellatione designat, ita eos David hic שבי i.e. *agmen captivorum* seu *turbam captivam* indigetat. nam qui hic per שבי intelligunt hostes à Christo devictos & triumphatos, ii meâ sententiâ mentem loci haud satis assecuti sunt.



FINIS.



Index vocum Hebraicarum atque ex affinibus Dialectis.

א

אבן *Et gemmas & saxa significat*, Lib.2, Cap.vii, Sect.5. אבני נזר *Zach*. 9.16. 2,vii, 8.

אביר *non significat* fortem, *sed* præcipuum, primarium, *& sæpius est substantivum quam adjectivum*, 3,ii,7. אבירי לב *Esa*.46.12.*& Psa*.76.6. 3,iii,1,2. אביר *secundario tum* Taurum *significat, tum* Caballum, 3,i,7. *Geminus error committi solitus, in locis ubi* אביר *pro* Tauro *vel* Caballo *sumitur*, 3,iii, 3,4. *Loci ubi* אביר *pro* Caballo *sumitur, lib*. 3. *cap*.3.*&*4. אביר הרועים 1 *Sam*. 21.7. 3,ii,7. אבירי בשן 3,i,8.

אור lumen, *de rebus lætis sæpe dicitur*, 2,xi, 14. אורות 2 *Reg*.4.39. *& Esa*.26.19. Olera, 2,xii,8,9.

אחני *Syriacum*, 3, xi, 3.

אחר *Chaldaicum*, 3,v, 3.

אל *sæpe relinquitur subaudiendum*, 4, ix,8.

אמן] איש אמונים *Pro*. 20. 6. 2,viii, 11.

נאמן *firmus, certus, permanens*, 3,x,13.

לא יאמין *Iob*.15.31.*& Iob*.39.27. 3,x,13,14. לא יאמינו *Iob*. 29. 24. 3,x,12.

אני] אניות תרשיש *vide* תרשיש

אסף recipere, *&* נאסף se recipere, 1,x,6,7.

אסף ביתה tecto recipere, 1,x,8.

אפלה caligo, *de adversis sæpe dicitur*, 2, xi, 14.

ארב] אורבים *Ier*. 51.12. subsidia, 1,xii,7,12.

ארובה Impluvium *Talmudicis*, 2,x,5.

ארך] לארך אפך, *Jerem*.15.15. 4,x,5.

אושנא, *Syriacum*. 3,v, 6.

אשר *Pleonastice redundat interdum*, 2, xi, 16. *Quomodo adhibeatur in casibus obliquis*, 4,xii,4.

אשתרי, *vid*. שרי.

אחנכי, *vid*. בכי.

ב

Beth servile *interdum format* Accusativum, *quod plurimis exemplis firmatur*, 1,i,7. *Alia exempla*, 1,iii,9,10,11. 4,xi,12.4,xii,2. *Interdum inservit* Regimini, *&* Adjectivo *formando*, 2,i,7. *Formandis* Adverbiis *inservit*, 2, viii, 7.

בוא, Mergi, 1,i,1,4.

בדי, 3,xi,1,9.

בטן] מבטן, ab ortu, 2, xi, 3. *non recte transferri solet*, 2,xi,4. מבטן יצאתי, *Job*.3.10. 2,xi,3.

בבור שורו, *Deut.* 33.17. 3,i,6.
ב—, 2, iii, 7.
בן] לא בנים, *Deut.* 32.5. 4,v, 4, 5, 7, 8.
בן פורת Palmes fructifer, *Gen.* 49.22. 2,xii,12.
בנדבה. *vi.* נדבה.
בעה, *Esa.* 64. 2. Bullas excitare, 1, ix, 8.
בער] בוערא, *Chaldaicum*, 2,v,3.
בקע] יבקע אורך, *Esa.* 58.8. Erumpet lux tua, 2.xi.6.
בקר, Matutinum, 2, xi, 6.
בשן] אבירי בשן, 3,i,8.
בשר] המבשרות, *Psal.* 68. 12. 2,v,11.
מבשרת ציון, *Esa.* 40.9. 2,v,11.
ב—ת, Multitudo Indigenarum, 4, ix, 4.

ג

גבור *Psal.* 19.6. & *Joel.* 2.7. athleta, certator gymnicus, 3,viii,9.
גוים *Esa.* 5.26. *male in* גוי *mutant quidam*, 1, vii, 2.
גן, *Syriacum*, 1,x,4.
גמא] הגמיאני, *Gen.* 24. 3,x,3.
יגמא, *Iob* 39. 27. 3,x,4,5,6.
גמה haurire, haustum sumere, *talmudicis*, 3,x, 3.
גרון, guttur, *alicubi pro* collo *sumitur*, 3,vi,4.
נטויות גרון *Esa.* 3. 3,vi,8.

ד

דבר] דברי האתנוה, 1 *Sam.* 10. 2. 2,ii,11. אתדבר, *Syriacum*, 4,x,4.
דגל] נדגל, *Psal.* 20.6. 1,iii,7, & *seq.*
דגלא, *Syriacum*, 4,v,6.
דהר] דהרות *Iud.* 5. 22. 3,iii,6,9.
כוס דוהר *Ioel.* 3.2. 3,iii,7.
דהר, *Idem quod Latinis* Quadrupedare, 3, iii, 8.
דור, *Esa.* 55.8. 4,x,15,16,17,18
דין] איש מדינים, *Prov.* 26.21. 2, viii, 11.
דרש] דרש אל *sign. plerumq.* Sciscitari, Consulere, ἐπερωτᾷν, χρῆσθαι· *ast Esa.* 11.10. & *Deut.* 12.5. *significat*, Tendere ad, Se conferre, 1, v, 6.
דש] עגלה דשה, *Ier.* 50. 11. 3, iv, 4.

ה

He *articulus, sæpe* παρέλκει, 2, iv, 6. 2,v, 4. He *præpositio, sæpe relinquitur subaudienda*, 4,ix,8. *Aliquando significat quietem in loco*, 1, x, 2.
האח, *quomodo reddi debeat latine*, 3, xi, 3.
הדר *Deut.* 33.17. *quid significet*, 3, i, 6. הדרי קדש, *Psal.* 110, 3. & הדרת קדש *Psal.* 29.2. & 96.9. 2,ix, 10, 11.
הוד *In hac voce reddenda admodum fluctuant Interpretes* 4, i, 1. *primarius ejus significatus*, præstantia, excellentia, 4,i,2. *Secundarii significatus*: Dignitas, Majestas, 4,i,9. *Vigor* (*Dan.* 10.8. & *Prov.* 5.9.) 4, ii, 3,4,5, 6. Vehementia (*Iob* 39.23. & *Esa.* 30. 30.) 3, vii, 13, & 4,ii, 9. מהודך *Num.* 27.21. 4,i,12. ישא הוד *Zach.* 6.13. 4, i, 14, אל אלוה נורא הוד, *Iob* 37. 22. 4,i,10. כסוס הודו במלחמה *Zach.* 10.3. 4,i,3,4,5. ויהי כזית הודו *Hos.* 14.7. 4,i,7, 8.

הזכיר *vid.* זכר.
החזיק] החזיקו המשמר, *Ier.* 51. 12. 1,xii. 7.
הכין] הכינו אורבים הכינו *Jer.* 51. 12. 1 xii,7.
הלם *Iud.* 5. 22. Atteri, Subteri, 3,xi, 5.
המה *Psal.* 9. 7. 3. xii, 6, 7.
המס] אש המסים *Esa.* 64. 2. 1,ix,8.
המסא *Syriacum*, ibid.
העין *vid.* עין.
הפך] איש תהפוכות *Prov.* 16. 28. & לשון תהפכות *Prov.* 10, 31. 2, viii, 11.
הקים] הקימו שומרים *Ier.* 51,12. 1,xii,7.
הר] על ההרים *Esa.* 52. 7. & מראש הרים *Esa.* 42. 11. 2, v, 12. הר נשפה *Esa.* 13. 2. de Babylone intelligit Chaldæus Interpres, sicuti הר משחית alibi de eo dicitur, 1, viii, 2.
הוריד. *vid.* ירד.
הרה] מהריון *Hos.* 9. 11. 2, xi, 3.
נס הרים qualem Vexilli erectionem significet, 1, vii, 1.
התפשט *vide* פשט.

ו

Vau conjunctionis ellipsis in שמך *Esa.* 26. 13. 1, iii, 11. *in* לב *Iob* 36. 5. 3,ii,4. Vau *paragogicum*, 3,i,6.

ז

זוחו *Exod.* 28. & 39. 4,ix,13.
זית] כזית 4,i,7,8. זית רענן, *Ier.* 11,16. 4,i,7.
זיתים כשתילי זיתים 2,xii,14.
זכר] הזכיר *aliquando sign.* Celebrare, *idque vel* laudando, *vel* invocando. 1,iii,10, 11.
זמם] איש מזמות *Prov.* 12. 2. 2, viii, 11.
זמן, *Chaldaicum*, 4, xii, 2.
זן] סוסים מזונים *Ier.* 5. 8. 3,v,1,2.
זרמה *Ezech.* 23. 20. 3,v,1.

ח

חבל] חבלים *Esa.* 33. 23. Rudentes, 2,ii,13.
חבלים Portio, *Iob.* 21. 17. 4,xii,5.
חבושיא *Syriacum*, 4, x, 2.
חזק *Multas habet significationes, sed omnes aliquam inter se cognationem habentes*, 2,iii,1. Firmare, firmum tenere, firmiter adigere, firmiter figere, 2,iii,2. Reficere, 2, iii, 3.
חי Fortunatus, Florens, 1 *Sam.* 25,6. & *Psal.* 38. 20. 4,xi,4.
חיל Robur, *Prov.* 31. 3. 4,ii,8. ביום חילך *Psal.* 110. 3. die exercitus tui, *i.e.* quando exercitum conscribes, 2, viii, 12. *quæ mens istius allegoria*, 2,xii, 20.
חלק *Omnes istius verbi significationes percensentur, ac prolixe pertractantur, lib.* 4. *cap.* 12. לחצי 4,xii,8.
חורב & æstuum *significat*, & siccitatem, 3,xii,9. *item* vastitatem, locum devastatum, 3,xii,10.
חשך tenebræ, *de rebus adversis crebro dicitur*, 2,xi,14.
חתת *Sign.* Profligari, & Expavescere, 2,vi, 2.
וחתו *Esa.* 31. 9. Fugient consternati, 2,vi,1,2,5.

ט

לטבוח *Ier.* 51. 40. 3,ii,8.

יום טוב *quid significet*, 2,x,5.

טל] טל ילדותך *Psal.* 110.3. *Variæ ejus expositiones*, 2,x,1,3,4,5,6. *nostra de hoc loco sententia*. 2 xii,1, 10,12,16,17, כטל חרמון, *Psal.* 133. 3. 2,xii,4. כטל על עשב, *Prov.* 12.19. 2,xii,4. טל אורות *Esa.* 26.19. 2,xii,8. אהיה כטל לישראל *Hos.* 14.6. 2,xii,5,12. טל ילין בקצירי *Iob.* 29.19. 2,xii, 6. כטל מאת יי *Mic.* 5.7. 2,x,7. 2,xii,7. כאשר יפול הטל 2 *Sam.* 17. 2,x,7.

טפחות *Psal.* 39.6. 2,xii,1.

י

יאר *Non quemvis fluvium, sed* Nilum *peculiariter significat*, 4,ix,6. כיאר *Esa.* 23.10. *varie à variis exponitur*, 4,ix,3. *istæ expositiones examinantur* §.5. *Nostra de eo sententia*, §.9. *Expositio Iarchii*, §.12.

יום טוב 2,x,5. מיום *Esa.* 43. 13. 3,xii,7.

ילד *modò* Infantem *significat modò* puerum, *modo* adolescentem, *modò* juvenem & virum robustum, *ac* ילדות *ætatem cujusvis istorum*, 2,x,14. טל ילדותך, *vid.* טל. ילדות *non significat* Juvenum multitudinem, *nec* generationem *aut* nativitatem, 2,x,13. מלדה Hos.4.11. 2,xi,3.

ים *pro* mari *non hebraicum esse, sed syriacum, Hyeronymi assertio*, 4,vi, 1,7.

יצב 3,x 13.

ירד sterni, dejici: & הוריד sternere, dejicere, 3.ii,8.

יריעה 2,iii,11.

ישב *interdum sign.* Habitari, 3,ii,1.

כ

Caph *similitudinis interdum relinquitur subaudiendum*, 2, vi, 3, 4. 2 viii, 5. *Multa istius rei exempla*, 4 viii,7. *Interdum geminam vim habet*, 1,ix,4,5,7,9. *Sæpe præponitur genitivis*, 4,i,8. 2,xi,6.

כאביר *Esa.* 10. 13. 3, ii, 1, 5,6,8.

כאיש אחד 2,ix,2.

כאשר *aliquot locis geminam vim habet*, 1 ix,6.

כביר 3,ii,1,2,3,4. למכביר *Iob* 36. 31. 3,ii,1.

כוח *Dan.* 1 4. Dotes 3,viii,6.

כן *vide* נכון.

כחש *Hab.* 3.17. & *Hos.* 9.2. Spem frustrari, 4,v,6. בנים כחשים *Esa.* 30.9. 4,v,6,7.

כי *aliquot locis geminam vim habet*, 1,ix, 6.

כיאר *vid.* יאר.

כידון *Job.* 39.26. 3,ix 9.

כלונס *Rabbinicum*, 2,iv.4. 2,v,5.

כן *Sæpe est Adverbium, significans* Recte, Rite, Bene, 2,iii,3,4,5. *præcedente negativa valere* Ne tantillum quidem, *Forerii canon, haud verus* 2,iii,3. *Esa.* 33 23. *varie transfertur à variis*, 2,iii,3. *Quid nobis de eo videatur*, ibid.

כפול הכנוי 3,xii,2.

ל

Lamed *ministeriale sæpe format* Gerundium in do, 2,i,4. *Syris dativo*

tivo & accusativo formando æque inservit, 4,xi,2.
לא *Substantivis præpositum quam vim habeat, cap.4.lib. 4.& ejusdem libri, cap. quinto*, §.5. & 7.
לא, sine, absque, 4,iv,7.
לב Animi, courage.
לבנון Arbores Libani, 2, xii, 5, 6. 3,vii,3.
הלביש, *metaphorice sumtum*, 3, vi, 9.
לחם] מלחמה prælium, 3, xi, 6. עם המלחמה & אנשי המלחמה Viri militares, milites, 2, viii, 13.
לקח *Esa*. 53. 8. *& alibi aliquoties sign*. Tollere de medio, 4, x, 5. *sæpe sign*. Tollere, auferre, 4, x, 6. *nonnunquam* Abducere, 4, x, 6.
לקוחי למות *Prov*. 24. 11. 4, x, 4.
לוקחי עמי *Esa*. 52. 5. 4, x, 6.
יקח לב *Hos*. 4. 11. 4, x, 6.
לקראת] יצא לקראת *quid significet, ac quomodo efferatur græce & latine*, 3, ix, 2, 3.

מ

Mem *ministeriale*, & מן *aliquoties sign*. Partem, 4, i, 12, 13. *aliquando format* genitivum, & adjectivum, 2, i, 6. *sæpius sign*. [illegible], 4, x, 10. Mem *locale, non solet relinqui subaudiendum*, 4, ix, 4.
מאס] לא ימאס *Iob* 36. 5. 3, ii 4.
מבטן *vid*. בטן.
מבשורה *vid*. בשר.
מגד *Deut*. 33. 13. fructus eximii, 2, xii, 3.
מוח *Esa*. 23. 10. *Syrus hoc vocabulum perperam pro participio habet*, 4, ix, 13. *aliorum de eo sententia*, §. 14. *mihi significat* Munimentum, §. 16. & 17.
מוזנים *vid*. זן.
מלחמה *vid*. לחם.
מן *vid. initium Literæ*.
מנקדים *Syriacum*, 2, viii, 2.
מעבדים *vid*. עברים.
מעוז *Esa*. 23. 14. *& alibi sæpe*, Munitio, 4, ix, 16.
מעט 3, ii, 5.
מפני *Sæpe significat* Propter, 1, iv, 9. *sæpe quoque sign*. Metu, 3, ix, 5.
מפרש *vid*. פרש.
מרחם *Psal*. 110. 3. *& aliis in locis, sign*. Ab ortu, 2, xi, 3. *non recte transfertur vulgo*, 2, xi, 4.
מרחוק *vide* רחוק.
משארת 2, vii, 3. *Quid significet, Ier*. 6. 1. *& Iud*. 20. 38. *cap*. 11. *lib*. 1. *præcipue*, §. 3.
משחירת *vide* שחת.
משי sericum, 2, i, 8.
משילין *talmudicum*, 2, x, 5.
סוסים משכים *Ier*. 5. 8. 3, v, 3, 4, 5, 6.
משפט *vide* שפט.
משריא *vide* שרי.

נ

נוגה splendor. *De rebus lætis sæpe dicitur*, 2, xi, 14.
נדב] נדיבים *Esa*. 13. 2. *& Psa*. 33. 12. *sign*. Præfectos militares, *Duces*, 1, viii, 8. נדבה sacrificiū voluntariū, 2, viii, 6. Donum, munus *ibid*. נדבות פי *Psal*. 119. 108. 2, viii, 6. גשם נדבות *Psal*. 68. 10. pluvia liberalis, larga, copiosa, 2, viii, 6. נדבה *promptitudo animi volūtaria*, 2, viii, 7. בנדבה sponte. *Num*. 15. 3. נדבה pro בנדבה sponte, 2. viii, 8. gratuito,

gratuito, 2, viii, 9. עמך נדבות *Psal.* 110. 3. Milites tui sunt voluntarii, copias habes voluntarias, 2, viii, 10, 14. 2, ix, 8, 2, xii, 19.

נדד Profugere, diffugere, 1, x, 9.

נוע. נוּחַ. *vide* נע. נח.

נזר 2 vii, 5.

נחר & נחרה *fremitus equorum*, 3, vii 11. 3, iv, 1.

נטה] נטויות גרון *Esa.* 3. 3, vi, 8.

נטש Disjicere, Disjici, 2, ii, 12. 13. Diffundere, Diffundi, Se diffundere, 2 ii, 6, 7. Omittere, missum facere, 2 ii, 11, 12. *Projicere*, 2, ii, 8. *Nunquam sign.* Laxare, 2. ii, 5, 6. *nec* Deserere *aut* Derelinquere, 2, ii, 11. 12.

נכון Evidens, dilucidum, 2, xi, 12.

נסס. נס] נוססה *Esa.* 59. 19. *varie exponitur*, 1, i, 2, 3. *istæ expositiones examinantur*, §. 4. *est participium verbi* נסס *uti* נוסס *Esa.* 10. 18. §. 6. *quem sensum pariat, si* נסס *hic sumatur in generali significatu*, Vexillum usurpare *vel* gerere, 1, iii, 1. *significat potius* Vexillum tollere, 1, v, 1, מתנוססות, *Zach.* 9. *quomodo capiendum*, 2, vii, 8. Extollendi *significatum non habet ista radix*, 1, i, 4. 1, iii, 2. 1, iv, 10. 2, vii, 1, 2, 3. נס *pro* miraculo *est plane rabbinicum*, 1, i, 4. 1, iii, 2. 1, iv, 5. 2, vii, 7. *Quid Exod.* 17. 15. *significet*, 1, iii, 2, 3, 4, לנס עמים *Esa.* 11. 10. *exponitur, lib.* 1. *cap.* 6. נס, specimen, documentum, exemplum, 1, iv, 3. *Esa.* 33. 23. & *Ezech.* 27. 7. *significat* Velum, 2, i, 1, 2. & 2, ii, 1. & 2, iii, 9.

נס, Malus, *Num.* 21. 8. & *Esa.* 3. 17. 2, iv, 5. & 2, v, 1, 4, 6. נשא נס, *qualem Vexilli erectionem significet*, 1, vii, 1. *Varie sumitur Esa.* 5. 26. 1, vii, 4. *verus ejus sensus ibi*, §. 9. & 12. שאו נס *Ier.* 50, 2. *exponitur*, 2, vi, 2, & *seq. Idem Ier.* 51. 12. *enarratur*, *lib.* 1. *cap.* 12. *Idem Esa.* 13. 2. *declaratur*, *lib.* 1. *cap.* 8. *Idem Ier.* 4, 6. *exponitur*, 1, x, 2, 10. כנשא נס *Esa.* 18. 1. 1, ix, 1, 2, 3, 5. עד מתי אראה נס *Ier.* 4. 21. 1, x, 1. חתו מנס *consternati fugient* [*veluti*] *à signis* [*infestis*] 2, vi, 1, 5. נס *proprie non* Vexillum *significat, sed* Signum, *sub quo* Vexillum *ut species sub genere comprehenditur*, 2. vi, 6. *videri comprehendere omnia pro signo tolli sueta*, 2, vi, 16.

נסא *Chaldæo plerunque significat*, Miraculum, 1, iv, 5. 2, vi, 1. אתנסי *in Targum*, *Psal.* 60. 6. *male intellectum vulgo*, 1, iv, 5.

נע] כנוע עצי יער *Esa.* 7. 2. 3, vii, 3.

נער] מנעורים, נעורים 2, xi, 3.

נף ינופף ידו *Esa.* 10. 32. & הניפו יד *Esa.* 13. 2. 1, viii, 3, 4, 8.

נפר *syriacum*, 3, iii, 7.

נצרים specularum custodes, 2, v, 11.

נשא *Eccl.* 5. 18. potiri, frui. 4, i, 14. *Idem Psal.* 24, 5. & *Zach.* 6. 13. obtinere, consequi, *ibid. In aliquot locis pro* flagrare, cremare, *accipitur à multis Interpretibus*, 1, xi, 8. משאת *vide in* Mem. נשא נס *vide* נס.

נשפק

נשפה *vide* שפה.
נשק Arma, Tela, Bellum, prælium, 3,ix.1.
נתתיך *Ezech.* 16.7. Dedi tibi, 2. xii,15.

ס

כוס] כסוס הודו במלחמה, *Zach.* 10,3. *enarratur*, 4 i,3,4,5.
סלק *Chaldaicum*, 3, iii, 10.
סקריא *Syriacum*, 2, v, 9.

ע

עבר *sæpe sign.* Pergere, proficisci, 4. ix, 8.
עברים, *Montis nomen proprium*, 2, v,12.
עדי *Ezech.* 16.7. Decor, Venustas, 2, xii, 15.
עז] מעוז Munitio, 4, ix,16.
עיז] העיז *Esa.*10.31. *Ier.*4.6.*&* 6. 1. *à plerisq. perperam deducitur ab* עוז 1,x,4. *Alii* Congregandi *significationem male huic Verbo attribuunt in istis locis, ut & Exod.*9.19. 1, x,5. *quendam fugæ significatum habet*, Subducere, Se subducere, 1, x,9, 10. *Multorum fluctuatio mira in hoc Verbo reddendo*, 1,x,9,10.
עיפה tenebræ densæ, 2,xi,6.
עד *sumitur pro* in *aliquoties* 4,i, 10. 1,xi,10. 4,ii,1.
עם] העם Milites, Copiæ, Exercitus, 1 *Sam.* 4. 3. *&* 30. 21. *&* 2 *Sam.*1.4.*&* 10.3. 2 *Reg.*13. 7. 2,viii,13. ואת עמו, & copias ejus, *Ios.* 10. 33. 2,viii,13.
עמך milites tui, 2, viii, 13.
את העם *Iud.* 9.33. Milites, 2, viii, 13. עם רב exercitus major, *Deut.* 20. 1. 2, viii, 13.
בעם כבד cum exercitu valido, *Num.* 20. 20. 2, viii, 13.
את כל עמם 2.ix.2.
עמד] אל תעמדו Ne moremini, *Ier.* 4. 6. 1,x,20.
עמק *Quid significet Iobi* 39.13, 24. 3,viii,2.
ענן] ענן בקר *Hos.* 6.4. Nebula, 2,x, 11.
עצם] עצום & עצם Numerositatis *significationem habere sæpissime*, fortitudinis *rarius, contra quàm omnibus Interpretibus visum, lib.*4.*cap.*11.
עצרת *Tres istius vocabuli significationes, una ex altera manantes*, 4, x, 8.
עצר *Esa.*53.8. *varie redditur*, 4, x, 2, 3, 7. *nobis* cœtum *significat hic, uti & Psal.*107. 39. *& Jer.* 9.2. 4,x,7,8,9,10.
עקב] עקבי סוס *Jud.*5.22. 3, iii, 5.
ערב] כערבים 2, xii, 14.
ערדא *syriacum*,2, v, 9, 10.
עשן] עשין, *syriacum*, 4,xi,6.
עושנא *syriacum*, 4,ix,16.
עתק *Variæ aliorum Interpretationes hujus vocis*, 3,vi,6. *significat* Verba ferocia, 3,vi,7.

פ

פאה] לפאת *Neh.* 9,22. 4,xii,14.
פחד *Iob* 39.25. 3,ix,5.

פנים *Lam.* 4. 16. Ira, 4, xii, 9.

מפני *vide in* Mem.

פנך *Chaldaicum*. 3, iii, 9.

פנינים *De significatu hujus vocis agitur toto capite tertio libri quarti, monstraturq́; eam non* Margaritas, *nec* Gemmas, *aut* Carbunculos, *sed* Corallium *significare.*

פועל יוצא לשלישי 3. vii, 6.

פר] פרים Iuvenci, *Ier.* 50. 27. *de* Bellatoribus *dicitur*, 3. ii, 10.

פרה] בן פורת *vide* בן.

פרח] הפריח florere, *metaphorice*, 2, xii, 11.

פרקא *rabbinicum*, 2, iv, 4.

פרש] פרשו *Esa.* 33. 23. pandere nequeunt, 2, iii, 7.

מפרש Velum *quodcunque*, 2, i, 3.

פרש & שורשב' *syriaca*, 2, viii, 8.

פש Crescere, Augescere, 3, iv, 3.

פשט] התפשת *Rabbinicum*, 2, ii, 9.

פשת] פשתי עץ, Xylinum, 2, i, 8.

פתח *crebro sign.* Ad fores, 1, viii, 8.

פתחי נדיבים *Esa.* 13, 2. 1, viii, 4.

פתוח אלי מים *Iob* 29. 19. 2, xii, 6.

צ

צהר 3, iv, 5. מצהלות *Ier.* 13. 27. 3, v, 1.

צואר] בצואר *Psal.* 75. 6. & *Iobi* 15. 26. *quid valeat*, 3, vi, 5, 8.

צוה *Psal.* 133. 3. *sign.* Exhibere, 2, xii, 4.

מצלהב *Chaldaicum*, 3, iii, 10.

צלמות tenebræ densæ, 2, xi, 6.

צמח] הצמיח florere *metaphorice*, 2, xii, 11.

וצמחו כבין חציר *Esa.* 44. 4. 2, xii, 13.

ומתחתיו יצמח *Zach.* 6. 12. 2, xii, 14.

כצמח השדה, *Ezech.* 16. 7. 2, xii, 15. 17.

צפים specularum præfecti, 2, v, 11.

ציץ florere *metaphorice*, 2, xii, 11.

צר *idem quod* צרה, angustia, afflictio, *Psal.* 119. 143. 1, i, 1. *Nomen hoc, quando est adjectivum, nihil aliud quam* arctum *vel* angustum *significat*, 1, i, 6. *Esa.* 59. 19. *varie admodum exponitur*, 1, i, 1.

ק

קדח *Esa.* 64. 2. flagro, 1, ix, 8.

קדים *vide* Eurus.

מנקדים *vide in* Mem.

קדש *in permultis locis sign.* Sanctuarium, 2, ix, 13. הדרי קדש *Psal.* 110. 3. & הדרת קדש *Psal.* 29. 2. Sanctuarium decorum, 2, ix, 9. *periphrasis Montis Sion*, 2, ix, 13.

קל *Esa.* 5. 26. & *Ioel* 3. 4. *adverbialiter sumendum, significat,* Velociter, 1, vii, 10.

קלונס *rabbinicum*, 2, iv, 4. 2, v, 5.

קציר *Iob.* 29. 19. Rami, 2, xii, 6.

קרא] קראו *Amos* 4. 5. per præconem edicite, 2, viii, 6.

לקראת *vide in* Lamed.

קשט Veritas, *Psal.* 60. 6. *male mutatum in* קשת arcus, *à Græco aliisque*, 1, iv, 1.

ר

ראם *non esse* Unicornem, *nec* Rhinocerotem,

Rhinocerotem, *sed* Unum, *lib.* 3 *cap.* 1.

ראש] ראשיהם *Psalm.* 139. 17. summa eorum, 4, xi, 3, 7.

רבב] רב *ex usu syriaci sermonis aliquando pro* grandi *sumitur*, 3, i, 8. *Adjectivum hoc quam vim habeat, quando regit substantivum*, 3, ii, 3. רבבה Incrementum, *Ezech.* 16. 7. 2, xii, 15.

רבה *Verbum hoc Ezech.* 16. 7. & 31. 5. *sign.* Crescere, adolescere, 2, xii, 15. *Idem in* Piel, *Ezech.* 19. 2. & *Lam.* 2. 22. *sign.* Enutrire, educare, *ibid.*

רגז Iræ *significationem rarissime habet hæc radix in lingua hebræa*, 3, x, 1. רוגז *Job.* 39. 27. Jactatio, inquietudo, *ibid.*

רגלי מבשר *Esa.* 52. 7. Adventus Evangelistarum, 2, v, 12.

הרגיש *rabbinicum*, 3, xi, 4.

רוח *Esa.* 59. 19. *male pro* Ira *sumitur à Sept.* 1, i, 2, 4.

תרומה *vide in* Thau.

תרועה 3, xi, 7.

מרחם *vide* Mem.

רחוק] מרחוק *Esa.* 5. 26. & 49. 1. *positum pro adverbio in loco, seu pro simplici* רחוק 1, vii, 3. מרחוק *aliquando est adverbium temporis*, 3, xi, 5.

תריח Sentio, persentisco, 3, xi, 4.

הרים *vide in* He.

רנה *Iob* 39. 26. *quid significet*, 3, ix, 7.

רסיסי לילה *Cant.* 5. 2. 2, x, 9.

רעם *Iob* 39. 28. 3, xi, 8.

רעמה *Iob* 39. 22. *Varia aliorum interpretationes hujus vocis proponuntur, & examinantur*, 3. vi, 2. *videri significare* Jubam, §. 10. & 11.

רוענא *vox syriaca obsoleta*, 2, xii, 8.

רעש *Propria hujus verbi significatio*, Movere, quatere. & *καθ' ἀκολούθησιν*, fragorem edere, 3, vii, 1. הרעיש *Jobi* 39. 23. *prave transfertur* Terrere, Tremefacere, 3, vii, 1. *Chaldæi & Esraidis expositio*, facere ut sonet, *bona quidem in se, sed hic minus commoda*, 3, vii, 2. *quid hic denotet*, 3, vii, 6. רעש strepitum & fragorem *sign. compluribus locis*, 3, vii, 2. ירעש כלבנון *Psal.* 72. 16. *exponitur* 3, vii, 3. ברעש *Iob* 39. 27. 3, ix, 1, 2, 7.

רפה *proprie significat* laxare; *eamque vim habet Iob.* 12. 21. 2, ii, 5.

רקד] מרכבה מרקדה *Nah.* 3, 2. 3, iii, 8.

ש

שב] שב מפני pedem referre, *Iob* 39. 25. & *Prov.* 30. 30. 3, ix, 6.

שבי *Psal.* 68. 19. 4, xii, 20.

שגיא multus 3, ii, 4.

שד] על שדי אמי *Psal.* 22. 10. 2, xi, 3.

שוח] ישוחח *Esa.* 53. 8. *quid significet*, 4, x, 16.

שחר 2, viii, 3. כשחר *Esa.* 58. 8 2, xi, 6. *Idem Hos.* 6. 3. 2, xi, 12.

כמו שחר *Cant.* 6.9. 2,xi,8,11.
כעפעפי שחר *Iob*.41.9. 2,xi,6.
אין לו שחר *Esa*. 8. 20. *quomodo ab aliis exponatur*, 2,xi, 14. 15 *mihi significat*, *Prosperitatem nullam experietur*, §. 16. 17. 18.
השחיר *talmudicum*, 2, x, 5.
משחר *proprie* Claritas auroralis: *secundario*, *vel metaphorice*, nominis claritudo, famæ celebritas. 2,xi, 5. *item*, Conspicuitas, spectabilitas, 2,xi, 8. & 13. *quomodo capiendum* *Psal.* 110.3. 2, xi, 19. 2, xii, 18.
שחר] *De omni in universum* corruptione *dicitur*, 4, ii, 2. משחית tabitudo, marcor, 4, ii, 3. שחת corruptè ago, 4, v, 1.
שיל] משילין *talmudicum*, 2,x,5.
שיש] ישיש *Iob*. 39. 24. *quid significet*, 3.viii, 7, 8. *Idem Psal*. 19.6. *quam vim habeat*, 3, viii, 9. *Forerii error de significatu hujus verbi*, §. 8.
שך] כשך יקוש *Ier*. 5. 26. 1, ix, 9.
שכב] שכבת טל Exod. 16.13. 2,x,10.
שכה] כוכים משכים *Ier*. 5. 8. 3,v, 3, 4, 5, 6.
שכם] משכים *Hos*. 6. 4. *vim adverbii habet*, 2,x, 11. *Omnia istius verbi tempora sæpissime ita usurpantur*, *ibid*.
שלל] חלק שלל 4, xii, 17, 19.
שלום prosperitas, 2,xii, 11.
שלף] אשתלף *Chaldaicum*, 3, iii, 5.
שמע] השמיע convoco: & proclamo, divulgo, publico, 2, viii, 6.
שמר] החיקו & הקימו שומרים המשמר *Ier*. 51. 12. 1, xii, 7.
שנה] שנות *Prov*. 5. 9. ætas.
שעה ארח *quam vim habeat*, 1, iii, 5.
שעט] שעטה 3, iv, 2. שעט *syriacum*, *ibid*.
שפה] הר נשפה *Esa*. 13. 2. *Mons editus*, 1, viii, 2. שפיים, loca edita, 1, viii, 1. על שפיים *Ier*. 3. 21. & 7. 29. 2,v,12. שפי *syriacum*, 1, viii, 1.
שפט] ממשפט לוקח *Esa*. 53. 8. *quid significet*, 4,x,13,14.
שופר] אשמע קול שופר *Ier*. 4. 21. *exponitur*, 1, x, 1.
כתקוע שופר *Esa*.18.3. 1, ix, 1, 2, 3, 5.
שקף] נשקף prospicio, prospecto ex alto, 2, xi, 9. *Cant*. 6. 9. *sign*. in conspectum se dare, 2,xi,8, 9. *itidemq; Ier*. 6. 1. 2, xi, 10. & *Psal*. 85. 12. *ibid*.
שקר] זרע שקר *Esa*. 57. 4. progenies falsa, 4, v, 6. עד שקרים *Pro*. 12. 17. 2, viii, 11.
שר] שרים *Iob*. 39. 28. Duces, præfecti militares, 3, xi, 8. שרי צבאות & שרי מלחמות *idem*, 2, vi, 5.
שרא] משריא & אשתרי *syriaca*, 2, ii, 5.
שרק Sibilare, Sibilo advocare, 1, vii, 11.
שריר *syriacum*, 3. x, 13.
שרש Surculus, Planta, 1,v,5.
שש byssinum *significat*, *non* xylinum *aut* sericum, 2, i, 8.

ת

ת

תהפוכות vide הפך.
תמם consummari, perfici: & finiri, finem habere, 3,xii,6.
איש תרומות *Prov.* 29.4. 2, viii, 11.
תרועה vide רוע.
תרשיש *Variæ Veterum Recentiorumque de Tharsis opiniones examinantur, lib.* 4. *cap.* 6. *Duæ diversæ Regiones hoc nomine insignitæ*, 4, vi, 9. *Tharsis non est* Mare, 4, vi, 8. *tria indicia, per quæ deprehendatur, quæ Regio fuerit Tharsis*, 4, vi, 10. *Non est* Tarsus, §. 11. *nec* Cilicia, Africa, *aut* Carthago, §. 12. *Tharsis esse* Tartessum *in Hispania, lib.* 4. *cap.* 7. *Tharsis secundario dicitur de* Ophira, 4, viii, 1.
אניות תרשיש 4, viii, 2, 3.

INDEX

INDEX RERUM ET VERBORUM.

A Στερητικὸν substantivis præpositum quam vim habeat, Lib.4, Cap. iv, Sect.5,6.
A cum substantivo, vice adjectivi, 2,i,6.
Ability, anglicum, 3,vii,6.
Abstracta pro Concretis passim usurpant hebræi, 4,i,3.
Accentus Athnach sæpius pravè positus, 2,xi,1,2.
Accoger hispanicum, & *Accogliere* Italicum, i,x,8.
Accusativi ellipsis, post verbum Activum, 3,ii,4. Activa, *vid.* Verba Activa.
Ad, 3,xi,9. Pro *In* quandoque usurpatur, 1,x,9.
Adjectivorum vicem præbent Hebræis substantiva, 2,viii,10. 3,vii,12. Adjectivum substantivo suo præponunt Hebræi, 3,ii,5. Adjectivi ellipsis in comparationibus, 4,i,5. Ellipsis adjectivi ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendi è præcedentibus, 4,i,7. Adjectiva quædam substantivorum formam gerunt, 3,ii,5.
Admissarii, 3,v,5.
Adverbia formant hebræi è substantivis, præposito *beth*,2,viii,7. aliquando nuda substantiva adverbialiter usurpant,2,viii, 8,9. alias verbum unum alteri adjungunt loco adverbii, 2,x,11.
Adversum ire, venire, tendere: in adversos ire 3,ix,2.
Adulterorum pœnæ, 4,ii,7.
Æquipollentium nominum constructio, 3,xii,10.
Æquitas divina, 3,ii,4.
Æstus, causa sterilitatis, 3,xii,9.
Ætatum vocabula nunquam usurpant hebræi ad ipsam hominum multitudinem designandam, 2,x,13.
Affixum nomini quod regitur annexum, ad nomen regens solet pertinere, 4,ii, 10,12. Affixa interdum annectuntur nominibus aliud nomen regentibus, 4,ii, 12. Ellipsis Affixi secundæ personæ, 1,iv,9. 4,ix,14,15. Affixi tertiæ personæ. 3,viii,5.
Ἀφορᾶν εἰς τινα, 1,iii,5.
Ἀλάλαγμα, 3,xi,7.
Allegationes in N. Testamento factæ non patrocinantur erroribus à Sept. commissis, 4,x,i.
Allegoriæ a navi in extremo periculo versante, 2,iii,12,13,14. à militibus voluntariis, 2,viii,14. 2,ix,8. à resurrectione mortuorum, 2,xii,8.
Alvei coarctatio flumini rapiditatem conciliat, 1,ii,1,2,3.
In ambiguis vocabulis & sententiis fluctuatio Interpretibus familiaris, 2,ii,6. 2,iii, 9,10,13. 2,iv,2. 2,vii,11. 2,viii,12. 2,ix,10. 2,x,5,&c.
America unde Indiæ nomen acceperit, 4,viii,1.
Amor Dei gratuitus, 2,viii,9.
Anadiplosis, 3,iii,11. Andaluzia, olim Turdetania, 4,vii,7.
In Anglia nulli lupi, 3,i,6. Angliæ mali speculares, 2,v,8. Angliæ Rex invitos quoque in militiam legere suetus, 2,ix,1.
Ab angusto flumine comparatio, lib.1.cap.2.
Animi

Animi ingentes, 3,iii,2. Ανθέω,2,xii,11.
Antigonus, 2, v, 5.
Antiochi Magni stupendus luxus,2,vii,9.
Appellatio, vide Nomen.
Αποβλέπειν εἰς τινα ἢ πρός τινα, 1,iii,5.
Ab aqua comparatio, 4,ix,10. ab Aqua maris comparatio, 4,ix,10. ab aquis bullientibus comparatio, 1,ix,7,8,9.
Araxes fluvius, 1,ii,3.
Arboribus de saltu reliquis comparantur reliquiæ populi, 2,v,6. cum arboribus Libani comparatio lætæ segetis,3,vii,3. Arbores rore aluntur, 2,xii,6. ab Arena comparatio,4,ix,9.
Argenti odinæ in Hispania, 4,vii,5.
Articuli indefiniti in linguis vulgaribus, 2,iv,6.
Asini silvestres, 3,i,12.
Athesis, 1,ii,3.
Athnach. vid. Accentus.
Atteri, 3,iii,5. Attritio ungularum, 3, iii, 12.
Avium volantium sonitus, 3,vii, 4.
Auroræ non recte tribuitur Roris generatio,2,x,9, 12. Auroræ mentionem tacere solent hebræi, quando clarissimum lumen intelligi volunt, 2, xi, 6,7. quo sensu Cant.6.9. Sponsa Auroræ comparetur,2,xi, 8, 11. Auroræ comparantur conspicua, ἐνέργατα, 2,xi,12.
Authenticus textus, vide Hebræa.

B

Babyloniorum affluentia omnium rerum, 3,iv,6. fastus,3,v,10. obsessorum incuria, 1,xii,4,5,6.
Bætis fluvius duo olim ostia habuit, 4,vii,3. olim Tartessus dicebatur, 4,vii, 7.
Barbaræ versiones, 2, vi, 2.
Beacon anglicum, 2,v,8.
Bisons, 3,i, 11, 12.
Βλέπειν εἰς τινα, πρός τινα, 1, iii, 5.
Bonasus, idem cum Bufalo, 3,i,9,10.
Bondir gallicum, & to bound anglicum, 3,vii,7.
Bos agriculturæ socius laboriosissimus homini,3,i 13. Boum ferorum varia genera,3,i, 9.
Buccinæ, vide Tubæ.
Bufali non sunt Bisontes, 3,i,11. sunt Bonasi, 3,i,9,10.
Byssus quid, 2,i,8, 9.

C

Caballis hinnitus præ cæteris equis solennis,3,iv, 5.
Calpe mons, 4,vii, 2.
Calycadnus Ciliciæ amnis, 4,vi,12.
Canticum Deboræ valde poeticum, ac sublimis stili, 3, ii,5.
Capitales causæ ad populum agebantur apud Hebræos Romanosque, 4,x,9.
In Capitolio delectum habebant Romani, 2, ix, 13.
Carbasa, 2, i,9.
In Carmelo monte significatio specularis, 1,xi,7.
Carteja urbs,4, vii,2.
Carthaginenses, 4, vii, 10. peregrino milite fere utebantur, 2,ix, 2.
Castra movendi signum ignibus datum, 2,vi,11.
Καλαμεῖζω, 4, xii, 1. Καλαμεῖζομαι, 4,xii, 15.
Causæ capitales, vide Capitales causæ.
Celenderis, Ciliciæ portus, 4,vi,12.
Censui agendo Vexillum adhibitum, 1,vi,8.
Centuriata comitia, vide Comitia.
Cervice elata incedunt superbi, 3,vi,8.
Chaldæi, vide, Babylonii.
Chaskes, cursores Peruviani, 2,v,10.
Χρῆσθαι, 1,v,6.
Christus sub vexilli metaphora designatus, 1,v,3,4. Claritudo ejus ab infantia & ipso ortu. 2,xii,1,19,20. Cœtu & judicio sublatus de medio,4,x,11,12,13. in Prophetiis de Christo mira Rabbinorum cæcitas, 2,x,1.
Cicurationem quædam animalia plane respuunt, 3,i,12. nominatim Reemus sive Vrus,§.13. & 14.
Ciliciæ portus,4,vi, 12.
Cingulum, vide Zona.

Claritas, 2, xi, 5.
Classicum sequitur signi erectionem, 1, vii, 8.
Clypeus æreus pro signo sublatus, 2, vi, 8.
Cœtuum convocatio. vide Convocatio.
Ἐκ κοιλίας ἐξελθόντα, 2, xi, 4.
Collectio Ecclesiarum. vide Ecclesiæ.
Collectiva. vide Singularia.
Collum non solent hebræi inter vocis instrumenta nominare, 3, vi, 4.
In Coloniarum deductione Vexillum adhibitum, 1, vi, 6.
Comitiis centuriatis adhibitum vexillum, 2, vi, 8.
Comitiorum causa signum in Ianiculo proponi solitum, 1, xii, 10.
Commoveri, 2, vii, 1.
In comparationibus ellipsis adjectivi, 4, i, 5.
Comparationes duriores hebræis familiares, 4, ix, 9, 10.
Comparationes concisæ atque perplexæ, 3, iii, 8.
Comparatio ab Admissariis saginatis, 3, v, 5, 6, 7.
Aqua, 4, ix, 10.
Aquis bullientibus, 1, ix, 7, 8, 9.
Arboribus Libani, 3, vii, 3.
Arboribus paucis de saltu reliquis, 2, v, 6.
Arena, 4, ix, 9.
Athleta currente, 3, viii, 9.
Caballis hinnientibus, 3, iv, 7, 9, & 3, v, 1, 4, 10.
Equo bellico, 4, i, 4, 5, 6.
Euro navifrago, 4, viii, 9.
Flumine, 4, ix, 5, 9.
Flumine angusto, lib. 1. cap. 2.
Flumine exundante, 1, ii, 5, 4, ix, 5, 9.
Iuvenca triturante, 3, iv, 4.
Locustis, 3, iii, 10, & 3, vii, 7.
Malis specularibus, 2, v, 6.
Mari, 4, ix, 10.
Nilo exundante, 4, ix, 9.
Oliva, 4, i, 7, 8.
Pecudum mactatione, 2, ii, 8, 9.
Rore, 2, x, 7, 11. 2, xii, 4, 5, 6, 7, 8.
Sabulo, 4, ix, 9.
Saltu seu Nemore, 2, v, 6.
Signo proposito, 1, xi, 5.
Stirpibus læte vigentibus, 2, xii, 11, 12, 14, 15.
Tauris immolatis, 3, ii, 9.
Vexillo prægestato, 1, iii, 14, 9. i, iv, 11.
Concordia fratrum quo sensu Psal. 133, 3 Rori comparetur, 2, xii, 4.
Conscriptio copiarum per Delectum, vide Delectus.
Constructio nominum ταυτοδυναμένων, 3, xii, 10.
Contra ire, incedere, tendere, 3, ix, 2.
Convocatio cœtuum, Vexilli erectione fieri solita, 1, v, 1, 2. 1, vi, 2, 4, 5. Convocatio populi ad delectum habendum, i, viii, 6.
Copiæ, vide Exercitus.
Coralliorum rubor, 4, iii, 8. Corallia magno olim in pretio fuerunt, 4, iii, 9. præcipue in Oriente, § 10. pro alexiterio habita, ibid. Coralliorum natales, ibid.
Corbitæ, 4, viii, 4.
Cornu rhinocerotis, 3, i, 5. Cornua Reemorum, seu Vrorum, 3, i, 9, 15. Bufalorum seu Bonasorum, 3, i, 9. Bisontium, 3, i, 11.
Coronæ gemmatæ pro signis militaribus usurpatæ, 2, vii, 8, 9.
Corbettings, anglicum, 3, iii, 10.
Corvi albi, 4, iii, 6.
Corycus, Ciliciæ portus, 4, vi, 12.
Non Credere præ gaudio, 3, x, 12.
Currus subsilientes, 3, iii, 8.
Cydnus fluvius, 4, vi, 11.

D

Danica munimenta in Hibernia, 2, v, 10.
Δάσασθαι, Δατέεσθαι, 4, xii, 1, 10, 11.
Dativi expletivi hebræis familiares, 4, v, 4.
Deductio coloniarum, vide Coloniæ.
Dei amor gratuitus, 2, viii, 9. æquitas, 3, ii, 4, sapientia & potentia, è variis animalium proprietatibus elucens, 3, i, 12.
Dejicere, Dejici. 3, ii, 8.
Delectum habere, 2, ix, 3. In delectu habendo nullæ aliquando vacationes valebant, 2, ix, 4. Delectus habendi ratio olim. i, viii, 6. Delectus Romæ in Capitolio haberi solitus, 2, ix, 13. Delectus turcicus, 2, ix, 3.

Deliciæ, vid. Luxus,
Denuo, interdum relinquitur subaudiendum, 3,x,11.
Departir gallicum, 4,xii,2.
Derivatis non semper insunt omnes Primitivorum significationes, 4,ii,2.
Devotio, 2,viii,7.
Διαδιδόναι, 4,xii,18.
Διαιρεῖσθαι, 4,xii,8.
Διαμερίζεσθαι, 4,xii 8.
Διανέμεσθαι πρός τινα, 4,xii,12,18.
Dictiones complures in sermone hebraico, cui in latino nulla una respondet, 4,ii,9.
Dictionum etymologia, vide Etymologia,
Δίϊστασθαι, 4,xii,12.
Diluculum, vid. Aurora.
Distinctiones perperam appositæ passim in Editione syriaca, 2,viii,3.
Distinco, 2,iii,1.
Distribuo, 4,xii,1.
Divido, 4,xii,1. Dividi, 4,xii,8. Dividere inter se, 4,xii,11. Dividere cum altero, 4,xii,12.
Dracones militares, 2,vi,6.
Ducis claritudo milites allicit, 2,xii,19. Ducum fuga, 2,vi,5.

E

E, cum substantivo, format adjectivum, 2, i. 6.
Eboris gratia omnis in candore, 4. iii, 3.
Ecclesiæ primordia, 2,xii,20. Ecclesiarum collectio per vexilli erectionem designata, 1,v,3.
Ἐκζητεῖσθαι, 3,iii,12.
Pro Effectore habendus, qui fieri aliquid jubet, 1,v,3.
Ἐγχώριαι δυνάμεις, 2,ix,2.
Elephanti vix noti Israelitis, 3,i,3.
Ellipses supplere, boni Interpretis, 4,xii,6. Ellipsis τοῦ *Vav*, 1,iii,11. τοῦ *Caph*, 2, vi, 3,4. Accusativi, 3,ii,4. Affixorum, vi. Affixa. Verbi *possum*, in altero verbo subintelligendi, 2,iii,7,8. Ellipsis in Verbis prægnantibus, 1,x 3. Ellipsis Adjectivi in comparationibus, 4,i,5. Adjectivi ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendi è præcedentibus, 4,i, 7. Præpositionum motum ad locum significantium, 4,ix,8.
Emicare, 3,viii,9.
Emissarii, 3,v,6.
Enallage numeri, 3,viii,1. Singularis pro Plurali, 2,xi,16. 3,i,8. Pluralis pro Singulari, 1,ix,4. Generis, 3,xii,6. Enallage situs in nomine Regente & Recto, 4,ii,11. in situ Affixorum, 4,ii,10,12.
Εὐαγγελιστής, Ier.6,1. conciliatum, 1,xi,10.
Ἐπερωτᾶν, 1,v,6.
Epexegesis, 3,v,6. 4,i,14. 4,xi,3.
Epitheton perpetuum, 2,ix,13.
Equi generosi descriptio, è Virgilio & Oppiano, 3,vi,i. Equus, animal valde gloriosum, 3,v,9. Equi dotium suarum sibi conscii, 3, viii, 8,10,11. Equorum subsultatio, 3,iii,10. Duo genera motus solis generosis equis proprii, 3,viii,8,9. Equi terram cavantes, 3,viii,3. Equi moræ impatientia terram pulsantes, 3,x,7,8. Equi alacriter telis obviam vadunt, 3, ix,11. Equi nares 3,vii,10. Equi juba, 3,v.10. Equæ fastum exuunt detonsa juba, 3,viii,11. Equorum fremitus, 3,vii, 11. Equorum hinnitus, vi. Hinnitus. Equorum attritio ungularum, & pertusio pedum, 3,iii, 12. Equus libidinosum animal, 3,iv,9. ab equo bellico comparatio, 4,i,4,5,6. Equitatus pernicitas, 3, iii,8. Equorum cum locustis comparatio, 3,iii,10.
Erectio Signi, Vexilli, vide Signum, Vexillum. Ἔργον ἐλαίας, 2,xii,14.
Error errorem trahit, 2,v,5. Error in interpretando, vide Interpretatio.
Eruptiones obsessorum in oppugnatores, 1,xii,12.
Etymologiam vocū exprimere, minime necessariū Interpreti, sed vim tantum, 1,xi, 3. Etymologias vocū potius quā significationes exprimere Aquila solet, 4, iii, 1.
Euge, 3,xi,3.
Evocati, 2,ix,5.
Euphrates instar Nili exundare solet, 1,ii,5
Furi violentia in Asia, 4,viii,9,10.
Εὐροκλύδων, Act. 27,14. 4,viii,10.
Εὐθηνεῖν, εὐφορεῖν, 3,iv,3.

Excubitorum vigilantia Ignibus explorata, 2,vi,11.
Exercitus hodie fere mercenarii, 2,ix,1. olim subitarii è civibus in usu plerisque locis, 1,viii,6. 2,ix,1. duo ejusmodi exercituum genera, 2,ix,2. In exercitu conscribendo nullæ aliquando vacationes valebant, 2,ix,4.
Eximius, 3,iii,2.
Expositioni veræ falsa aut aliena sæpe immiscent Interpretes, 2,v,7. Expositiones diversæ in unum consutæ, 2,vii,4. vide Interpretatio.
Exultare, 3,viii,7.
Ab Exundante fluvio comparatio, 1,ii,5.

F

Facibus signum itineris datum in classibus, 1,vii,13. vide Ignes.
Fastus Babyloniorum, 3,v,10. vide Superbia.
Feræ pleræque, etiam truculentissimæ, mansuescunt, 3,i,12. Feræ nonnullæ incicurabiles, 3,i,12. nominatim Uri, § 13,& 14. Feræ omnis generis in spectaculis Romanorum exhibebantur, 3,i,4. Ferarum nonnullarum integra species ex aliquibus regionibus exterminata, 3,i,16.
Ferri fodinæ in Hispania, 4,vii,5.
Festæ comessationes, exitiosæ urbibus obsessis, 1,xii,6.
Figuras Grammaticas & Rhetoricas, Anadiplosin, Ellipsin, Enallagen, Hypallagen, Sententiæ geminationem, Trajectionem, &c. require suo quæmque loco. Figura κατ' ἀκολέθησιν, 1,v,i.
Filii non-filii quo sensu vocentur Israelitæ, 4,v,',9.
Floreo, 2,xii,11,12.
A fluctibus comparatio, 4,ix,10.
Fluctuatio Interpretum in ambiguis vocabulis, 1,x,6, 2,iii,9,10,13. 2,iv,2. 2,ix, 10. 2,x,5. 3,iii,7. 4,ii,1,2,5,8, &c.
Flumina multis emporiis pro portu, 4,vi,11 A Flumine comparatio, multitudinem semper significat, 4,ix,5,9. A flumine angusto comparatio, lib.1, cap.2. Flumina arctata, rapidiora fiunt, 1,ii,1,2,3. A Flumine exundante comparatio, 1,ii,5.
Fodinæ variorum Metallorum in Hispania, 4,vii,5,7.
Fœcunditas in Scriptura Rori sæpe ascribitur, 2,xii,3.
Fœlicitatem luminis metaphorica appellatione passim afficiunt Hebræi, 2,xi,6.
Fragor arborum vento agitatarum, 3,vii,3.
Fratrum concordia, vid. Concordia.
Fremitus Equorum, 3,vii,11. Fremitus pro Hinnitu, 3,iv,1.
Frondibus caput æque ac manus solebant onerare supplices, 4,iv,6.
Fuga effusissima, ubi Duces fugiunt, 2,vi,5 Fugæ signum dare, inauditum, 1,iv,1. 1,vii,13. 1,x,1.
Funes pro Rudentibus, 2,ii,13.

G.

Gades, colonia Tyriorum, 4,vii,12.
Galea pro Signo sublata, 2,vi,7.
Ganges, 1,ii,3.
Ἐκ γαςρὸς, ἀμα γαςρὸς προελθεῖν, 2,xi,4.
Geminatio sententiæ, vide Sententia. Geminationem ejusdem vocabuli non defugit Syrus Interpres, 2,i,5. defugere eam solent Oratores, Historici, & Poetæ, 2,iv,5. Geminam vim aliquando habent nonnullæ Particulæ hebraicæ, 1,ix,6,7. Geminatio Pronominis, 2,xii,2
Gemmæ, 2,vii,7. Gemmatæ coronæ, vide coronæ.
Γενεὰ, 4,x,16. ἐκ γενεῆς, ἐκ τῆς γενέσεως, 2,xi,4.
Generica nomina solent uni Speciei accommodari, 1,v,1. Generis Enallage, 3,xii,6.
Gestire, 3,viii,7.
Gladius, Hebræis frequenter significat Bellum, omniaq; belli mala, 3,xii,8.
Græcæ phrases, vid. Phrases.
Gramine pecudes pinguescunt, 3,iv,4.

H.

De Hasmonæis prophetia Zachariæ, 2,vii,8
Hebræi solent rebus imponere nomina ex integris

integris enunciatis conflata, 1,iii,2.
Hebraici textus integritati haud adversantur locorum secius versorum Allegationes in N. Testamento factæ, 4,x,1. Hebraicus Textus frustra solicitatur, 1,v.i,2. 3,ix,4,5. 4,xii,18.
Hebraici textus lectio Veterum suffragio defensa contra aliorum Hallucinationes, 1,v,4. 1,vi,2. 1,vii,2. 1,viii,10. 1,ix,10. 2,vi,1. 2,viii,5. 3,xii,12. 4,ix,1. 4,x,1. 4,xii,1,9,10,17.
Hermon mons, 2,xii,4.
Hiberniæ munimenta Danica, 2,v,10.
Ιερεῖον 3,ii,9.
Hinnitus caballis præ cæteris equis solennis, 3,iv,5. Hinnitus equorum à libidine, 3,iv,9. 3,v.1,7. Hinnire solent equi è quadam quasi insolentia & superbia, 3, v,9. Item ex animositate & periculorum contemptu, ibid. & 3,vii,14. etiam præ gaudio, 3,xi,3.
Hippopotami jam olim defecerunt in Ægypto, 3,i,16.
Hi palis urbs, 4,vii,3.
Hispanicæ speculæ, 2,v,10. Variorum metallorum fodinis abundat Hispania, 4, vii,5,7.
Homini servire discunt pleræque truculentissimæ bestiæ, 3,i,12.
Hostium adventus, Ignibus significatus, 1,xii,4.
Hydaspes, 1,ii,5.
Hypallage, 2,vii,8. Hypallage situs in rectione duorum substantivorum, 2,x,8. 2,xii,1.
Hypotyposis delectus habendi, 1,viii,8. vid. Mimesis.

I

Iejunus ad prælium miles minime educendus, 1 vii,5.
Ignium usus ad speculares significationes, 2,vi,11. ad denunciandam profectionem, ibid. ad explorandam excubitorum vigilantiam, ibid. Ad significandum opportunum rei gerendæ tempus, ibid. & seq. ad navium cursum appulsumque dirigendum, 2,vi,15. ad significandum hostium adventum, 1,xi,1,4. idque ob tres fines, § 9. ad significandum hostium assultum, 1,xi,6.
Illustris, 2,xi,5.
Impersonaliter nullum fere non verbum Hebræi usurpant, 4,xii,4. Infinitivi impersonales, 1,ix,4.
Incessus equorum superbior, 3,vi,8. 3, viii,10.
Inconstantia interpretum, eandem vocem aliter atque aliter vertentium, 3,iv,3. 3,vi,6. vide Interpretum fluctuatio.
Incuria Babyloniorum obsessorum, 1,xii,3, 4,5,6.
Indiæ nomen ob quid Americæ impositum, 4,viii,1.
Indomita feritas nonnullorum animalium, 3,i,12. nominatim Reemorum seu Urorum, § 13. & 14.
Infinitivi impersonales, 1,ix 4.
Ingentes animi, 3,iii,1,2.
Insignium nomen quare impositum Vexillis, 1,iii,3.
Insultare, 3,iii,10.
Interpres, Interpretatio.
Boni Interpretis officium, autoris sui sensa plene repræsentare, 4,ii,3. Defectus supplere, 1,viii,10. & 4,xii,6. Interpreti sæpe necessaria periphrasis, 4,iv,1. Interpres non tam etymologiæ vocum, quam vero ipsarum intellectui attendere debet, 1,xi,3. Interpreti licet interdum aliquid de suo addere, 3,xi,1. bonus Interpres non semper tenetur verbum verbo reddere, 2,ii,13. 4,i,3. Interpretatio liberior, vocem pro voce substituens, sensum tamen optime exprimens, 1,i,6. 1,viii,10. 1,ii,5. 1,iii,5. 2,ii,13. 3,iv 4. 3,v,6. 3,vi,8. 3,x,10. Interpreti sæpe licet specificum vocabulum generico permutare, & contra, 1,xi,4 2,vi,6. Interpretis officium circa voces geminatas, 2,i,5. In Interprete non fides tantum, sed diligentia & judicium requiritur, 2,vii 4. 3,x,10. 3,xi,1. Interpreti bono sæpe necessarium est à directa textus versione desciscere, 4,xii,19.

Interpretibus nonnullis nihil difficile, 2, ix,9. Interpretatio superstitiosa, 1,i,8. 4,xii,5. Interpretes decepti, ob non animadversam sententiæ geminationem, 2,i,3. Interpretatio sæpe prava, etiam ubi verbis textus nude consideratis exacte concordat, 2,iii,1. In dictionis πολυσήμυ interpretatione absurdum eam significationem eligere, quæ proposito minus est accommoda, 3,vi,3. 3,ix,8. 3,xi,1. Interpretum mira quandoque incogitantia in vocibus ambiguis, eligendi significationem minus aptam, 4,xi,4, & seq. idq; sæpe iis in locis, ubi alteram significationem melius quadrare ipsi agnoverunt, 3,iii,3. 3,iv,3. 4,xi,10. Interpretes crebro vertunt prave in textu, quod rite exponunt in scholiis aut commentariis, 1,v,5,7. 1,ix,8. 1,x,6,7,9. 2,v,5. 2,viii,15 2,ix,11, 2,xi,4,10,12. 3,vi,3,13. 3,x,6. 3,xi,9. 4,v,8, 4,xii,2,16. Interdum contra interpretes bonam versionem prava expositione corrumpunt, 2,v,1. 2,vii,10. 2,xii,9. 3, vii,1. Interpretum inconstantia & fluctuatio in vertendis vocabulis ac sententiis ambiguis, 1,x,6. 2,iii,9,10,13. 2,iv,2. 2,ix,10. 2,x,5. 3,iii,7. 3 xi,4. 4,iii, 1,2, 5,8. Interpretamenta diversa in unum conflata, 1,vii,10. 2,ii,2. 2,iii,3,4. 2, vii,11. 2,xii,9. 3,ii,6,7. 3,vii,1,10. 4,ii, 4. 4 xi,11.

Interpretationis pravæ occasio & vestigia alicubi manifesta, 2,viii,3,6. Interpretatio arbitraria, ubi Interpres pro vocabulis non intellectis substituit ad lubitum quod commodius judicaverit, 2,viii, 3. 3,vi,3. Interpretes chaldaicæ paraphraseos sæpe admodum indiligentes, autorem suum mera monstra loquentem faciunt, 3,iii,10.

Ironica mimesis, 1,xi,10. 1,xii,7.

Iteratio, vide Geminatio.

Iuba densa inter notas generosi equi, 3,v,10

Iuba detonsa equæ fastum exuunt, 3,viii,11

Iubati sunt Bonasi & Bisontes, 3,i,11.

Iubens aliquid fieri, pro effectore habendus, 1,v,3.

Iudæorum in Christum συςροφὴ, 4,x,11. ob quam ipsi Christum interfecisse dicuntur, 4,x,12.

Iuvenca triturans, 3,iv,4. per Iuvencos intelligitur Iuventus bellica, 3,ii,10.

Iuventus omnis sacramento adacta, 2,ix,2.

L

Labarum, 2,vii,8.

Λαγχάνω, 4,xii,15.

Λαῖφος, velum, 2,i,5.

Λαμπρότης, 2,xi,5.

Λαφυραγωγέω, 4 xii,20.

Lapis, lapillus, 2,vii,5.

Latinæ phrases, vid. Phrases.

Laxitas rudentum, 2,iii,14.

Legerement, gallicum, & *leggermente*, Italicum, 1,vii,10.

Legionum conscriptio, 1,viii,8.

Leonum generositas, 3,ix,6. Leonibus olim caret omnis Europa, 3,i,16. Leones moribundi terram mordent, 3,x,5.

Liberior interpretatio, vid. Interpretatio liberior, &, Paraphrastica libertas.

Libidinis incommoda, 4,ii,7. Libido luxus assecla, 3,iv,7. Libidinis fomes sagina, 3,v,5,6. Libidinosorum hominum comparatio cum equis hinnientibus, 3,v,1,4. Libidinosum animal, equus, 3,iv,9.

Liburnicæ, 4,viii,4.

Licentia poetica, vid. Poetica licentia.

Linguæ cuique suæ peculiares phrases ac figuræ, 2,x,13. 3,v.2. 3,vi,3,4.

In formandis linguis ac linguarum phrasibus, non tam rationis quam consuetudinis imperium est, 3,vi,4.

Lintea, pro Velo, 2,i,5.

Lintea pro signo sublata, 2,vi,9.

Λίθοι, 2,vii,5.

Loci scopus, 2,iii,1.

Locustarum volantium sonitus, 3,iii,10. 3,vii,4. Locustæ fulgidæ, 3,iii,10. Locustarum volatus præpes, 3,iii,10. Locustarum motui quo respectu comparetur equi motus, 3,vii,7,8,9.

Luminis seu Lucis appellatione prosperitatem designare solent hebræi, 2,xi,6,14.

Lucem clarissimam Auroræ comparare, suetum Hebræis, 2,xi,6,7.
Luna conducit ad Iris generationem, 2,x,9.
Lupis Anglia caret,3,i,16. Lupi terram non vorant, 3,x,5.
Lustro condendo vexillum adhibitum, 1,vi,8.
Luxus opulentiæ comes, 3,iv,6. Libidinem trahit, 3,iv,7. Luxuria Regum Seleucidarum, 3,vii,9.

M

Maccabæi, vid. Hasmonæi.
Magnanimus, Magnificus, 3,iii,2.
Magnitudinem significant Hebræi comparatione ab aqua, mari, fluctibus, 4,ix,10.
Majestas,4,i,9,12.
De Malo procellis fracto variorum poetarum loci,2,iii,11. de Malorum amputatione, 2,iii,12. Mali speculares, 2,v,4,10.
Mansuescere, vid. Cicurari.
Manus elata ad significationes varias, 1, viii,3,4,8. 2,vi,7.
A Mari comparatio, 4,ix,10.
Margaritarum præcipua dos in candore, 4,iii,4. Margaritæ rubræ, 4,iii,6.
Maypoles, anglicum,2,v,5.
Meioses usitatæ in Scriptura, 1,iv,2.
Mercenarii hodie milites & exercitus, 2, ix,1.
Μερίζομαι,4,xii,10,12,15,16,18. Μερίζω,4, xii,1.
Μετεωρισμός, 3,vii,8.
Vngularum attritio pro cursus incitatione, 3,iii,12. Iuvenca triturans pro bene saginata,3,iv,4. Abundantia seminis pro salacitate,3,v,1, &c.
Midas, 2,xii,18.
Militum corpora atque animi firmandi, priusquam in aciem educantur, 1,vii,5. Militares coloniæ, vid. Coloniæ. Milites hodie fere mercenarii, olim ubique fere ex civibus conscripti, 2,ix,1. Militia temporaria in perennem mutata apud Romanos,2,ix,3.
Mimeses Prophetis frequentes, 1,vi,5. Exempla,ibidem, & 1,xi,10.& 1,xii,7,vid. Hypotyposis.
Μισθοφόροι, 2,ix,2.
Montium diffluentium comparatio cum aquis bullientibus, 1,ix,7,8,9. Montium mentio in delectu, 1,viii,8. Montium mentio quare facta Esa. 40.9. & 52. 7. 2, v,11,12. Mons Sion, vid. Sion.
Moria mons, pars montis Sion, 2,ix,13.
Movere signa, pro Incedere ac Proficisci, 1,viii,2.
Mugitus, 3,iv,7,8.
Multitudo credentium, 4,xii,20. Multitudinem comparatione Roris designant hebræi, 2,x,7. item comparatione à fluminibus, 4,ix,5,9. & ab aqua, mari, fluctibus, 4,ix,10.

N

Ναίω, ναιετάω, 3,ii,1.
Nares equi, 2,vii,10.
Navis tempestatibus permissa, 2,ii,10. Navis cujus rudentes procella divulsi, 2,ii, 14. Navis, cujus Malus defractus, 2,iii, 11. Navium appulsus vexillorum propositione indicatus, 2,vi,10. Navis tartessiacæ,4,vii,2,3. Naves Phoenicum pulcræ,4,viii,2. Navium certa genera à certis regionibus denominata, 4,viii,4.
Negativam substantivis præponendi mos apud Hebræos, 4, iv,1. Latinis ignota hæc phrasis, 4,iv,3, etiam Græcis, præterquam in verbalibus, & inter duo substantiva, 4,iv,4.
Νέμω,4,xii,1. νέμεσθαι, 4,xii,8,16. νέμεσθαι πρός τινα, 4,xii,12.
Nilus, 1,ii,3. 4,ix,6. A Nilo exundante comparatio,4,ix,9.
Nomina ex integris enuntiatis conflata Hebræi usurpant,1,iii,2. Nomina generica uni speciei sæpe accommodantur, 1,v,1. Nomen geminum ejusdem rei, 2, i,8. Nomen ipsum loco Relativi usurpant Hebræi, 3,iii,11. Nominum æquipollentium constructio, 3,vii,10.
Numerorum permutatio, 1,vii,2. 3,viii,1.
Nuntii magnarum rerum in Oriente signo proposito populum convocabant, 1,vi,5.
Nuntiorum publicatio subita quomodo fieri solita in Oriente, 2,v,11.

O

O

Obscurus, obscuritas, 2,xi,.
Obviam vadere, 3,ix,2.
Oculus in aliquem conjicere, 1,iii,6.
Olim, 3, xi,5.
Ab Oliva comparatio, 4,1,7,8.
Ὁμόσε φέρεσθαι, ἔρχεσθαι, χωρεῖν, &c. 3,ix,3.
Ophir alio nomine Tharsis dicta, 4,vi,9. unde id factum, 4,viii,i.
Oppugnatorium signum, 1,xii,2. Oppugnationi arcendæ diligentia adhiberi solita ab obsessis, 1,xii,11.
Opulentiæ comes luxus, 3,iv,6.
Ordinem v. eum solet permutare Syrus Interpres, 3,v,6.
Ὀρνυσθαι, 3,viii 9.
Ὀθόνη, Velum. 2,i,5.

P

Padus, 1,ii,4.
Πάλαι, 3,xi,5.
Palus, 2,iv,5.
Panades, gallicum, 3,vii,8.
Πανδημεὶ στρατεύεσθαι, 2,ix,2.
Pandere vela, 2,iii,7.
Πανήγυρις. 4,x,8.
Paraphrastica libertas non male usurpata, 2, vii,11. 2,viii,7. &c. vide Interpretatio liberior.
Parthi non alio milite, nisi è civibus ad tempus conscripto, utebantur, 2,ix,1,
Participare, 4,xii,13.
Partiri, 4,xii,8,15. Partiri inter se, 4,xii,11,
Pasitigris, 1,ii,3.
Pastorum magister, 3,ii,7.
Pecudum mactationi comparatur hominum strages, 3,ii,8,9.
Pedes pro *Adventu* positi, 1,v,12.
Periphrasis sæpe necessaria interpreti, 4, iv,1, &c.
Permutatio Verbi pro Verbo fieri interdum potest ab interprete extra culpam, 2,ii,3 vide Interpres. Permutatio situs, generis, &c. vid. Enallage.
Pernicitas equitatus, 3,iii,8.
Perseus Rex, 2,v,10.
Persicæ speculæ, 2,v,10.
Pertica, 2,iv,3.
Peruvianæ speculæ: Peruviani cursores, 2, v,10.—Pharetræ sonus, 3,ix,7.
Pharorum ignes, 2,vi,15.
Phœnices, 4,vii,10. Phœnicum naves pulcræ, 2,viii,2.
Φῶς de rebus lætis dicitur, 2,xi,14.
Phrases græcæ latinæque pro נשׂא אל, 1, ii,5,6. pro יצא לקראת 3,ix, 2,3. Phraseos ejusdem duæ diversæ significationes confusæ, & in unum conflatæ, 1,v,7, &c. vid. Lingua.
Φρυκτοὶ φίλιοι, πολέμιοι, 1,xi,5. φρυκτώριον, 2,v,8.
Pileus pro signo sublatus, 2,vi,7.
Plato, 2,xii,18.
Pleonasmus Antithetorum, 3,ii,5. Repetitionis, 3,ii,4. Anadiplosis.
Plumbi fodinæ in Hispania, 4,vii,5
Pluralia nominum habitum aliamve qualitatem significantium habere vim superlativi, multorum opinio, refellitur, 2,viii,11.
Poetica licentia sacris quoque scriptoribus interdum usurpata, 2,x,12.
Poles, anglicum, 2 v,5.
Πολὺς in compositis, 3,ii,3.
Πολιτικαὶ δυνάμεις, 2,ix,2.
Ad Populum agebantur causæ capitales apud Hebræos Romanosq; 4,x,9.
Portus Tarsi 4,vi,11. Ciliciæ, § 12. Flumina multis emporiis pro portu § 11.
Verbum *Possum* sæpe in altero verbo subintelligunt Hebræi, 2,ii,7,8. 4,x,16.
Potentia divina, vide Deus.
Præcipuus, 3,iii,2.
Præda, 4,xii,19.
Præfectorum seu Ducum fuga, 2,vi,7.
Prægnantia verba, 2,vi,2.
Prælii committendi significatio fiebat olim signi propositione, 1,vii,5. & 2,vi, 10. Prælia ris signi propositio tribus gradibus distincta, 1,vii,5,6 7,8.
Prauncings, anglicum, 3,vii,8.
Pretiosissimæ merces vili redemtæ inter Barbaros, 4,vii,11.

De Primogenitis opinio Hebræorum, 3,i,6.
Profectionis signum Ignibus datum, 3,vi,11.
In Prophetiis de Christo mira Rabbinorum cæcitas, 2,x,1.
Pronomina demonstrativa apud Hebræos præstant vicem Verbi substantivi, 3,xii,6. Pronominum geminatio, 3,xii,2.
Proponere signum, 1,vii,1.
Propria nomina Interpretes alicubi vertunt in appellativa, 1,xi,10.
Prosperitas stirpibus læte vigentibus passim comparatur, 2,xii,11. Luminis metaphorica appellatione affici solet, 2,xi,6. Prosperitas securitatem & superbiam ingenerat, 3,v,10.
Πρότονοι, 2,iii,13.
Pseudonyma ab Hebræis designantur, nomini negativam præponendo, 4,iii,1.
Publicatio nuntiorum subita quomodo fieri solita in Oriente, 2,v,11.
Pugna, vide Prœlium.
Circa punctationem sæpe graviter hallucinantur Sept. 3,xii,9,10,11. Punctatio vera vindicata, Iob. 39.26. in להב, 3,ix, 8. Psa.7.9. in חרמה 3,xii,1,8. Esa.33.23. in יחזקו, 2,iii,14. Ier.5.8. in משכים 3,v,3. Amos 6.12. in יחריש, 2,iii,8, &c.
Purpureum de quovis colore splendido usurpant Poetæ latini, 4,iii,4.
Πυρσοὶ, vid. Ignes.
Πυρσεία à Philippo instituta, 1,xii,2.
Πυρσευτὴς, 2,v,8.

R

Rabbinorum valde insulsæ expositiones in locis ad Messiam spectantibus, 2,x,14. Rabbini nugantur super arcano usu nominis tetragrammati, 1,iv,9. Sæpe ἀκυρολογοῦσι, 2,ii,9. 2,v.5.
Raccueiller, gallicum, 1,x,8.
Radices diversæ confusæ ab Interpretibus, 1,x,4.
Rangifer & Reen, Veterum Tarandis, 3,i,11.
Rapidis fluminibus proprium, perniciter ferri, & obstantia trahere, 1,ii,1. Rapiditas acquiritur fluviis ab alvei coarctatione, 1,ii,1,2,3. rara est in fluviis spatiosis, §.4. Rapiditas fluviorum exundantium, 1,ii,5.
Recogir, hispanicum, 1,x,6.
Nominis Regentis ac Recti situs interdum permutatur, nulla sententiæ variatione, 4,ii,11. Nomini Regenti affixa non raro adnectuntur, 4,ii,12. Rectio substantivorum ταυτοδυναμούντων, 3,xii,10.
Refectio militum, vid. Milites.
Reges Seleucidæ, vide Seleucidæ.
Relativi loco nomen ipsum iterant Hebræi, 3,iii,11.
Repetitio ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, 3,xi,9. vi. Geminatio
Rhinoceros, 3,i,5.
Rhonchus, 3,vii,12.
Romani milite civico utebantur, 2,ix,1. militiam temporariam in perennem mutaverunt, 2,ix,2. Militi nulla olim stipendia dabant, 2,ix,2, militem legebant, 2,ix,3.
Roris comparatio usitata hebræis ad multitudinem denotandam, 2,x,7. Ros in Scriptura sæpe tanquam fœcunditatis autor nominatur, 2,xii,3. comparationes sæpe ab eo ducuntur in eundem sensum, 2,xii,4,5,6,7,8. Roscida infantia, pro, omnibus dotibus adornata, 2,xii,1, 10. Ros in æstuosis regionibus præcipue θαλερὸς, & quam alibi copiosior, 2, xii,2, 10. Arbores rore aluntur æque ac sata, 2, xii 6. Roris generatio non recte Auroræ tribuitur, 2,x,9. Ros cadit præcipue initio noctis, ib. Luna ad ejus generationem conducit, ib. Roris descensus matutinus non recte colligitur ex Exod. 16. 13. 2,x,10. nec ex Hos. 6.4. 2,x,11. Ros ad primum diei calorem vanescere solet, 2,x,11. Latinorum poetarum dicta de matutino rore examinantur, 2,x,12.
Rubor Carbunculi à rubore pulcrorum hominum longe diversus, 4,iii,7. Rubor coralliorum, 4,iii,8.
Rudentium laxitas, 2,iii,13. Rudentium duo genera in navi, ib. Rudentium ruptio, 2,ii,14.

S

A Sabulo comparatio, 4,ix,9.
Sacramento adacta omnis juventus, 2,ix,2.
Sagina, libidinis fomes, 3,v,5,6.
Salacitas, vide Libido.

Saltui comparatur populus florens ac numerosus, 2,v,6.
Samænæ naves, 4,viii,4.
Sapientia divina, vide Deus.
Sardius gemma 4,iii,5,7.
Σχηματοποιεῖσθαι, 3,viii,10.
Σχοινία 2,ii,2.
Scindi, Σχίζεσθαι, 4,xii,8.
Scopus loci, præcipuum rectæ aut pravæ interpretationis κριτήριον, 2,iii,1. 2,xi,18,19
Scotiæ, boves feri, 3,i,9.
Seculum, 4, x, 18.
Secundæ res, vid. Prosperitas.
Securitas Babyloniorum obsessorum, 1, xii, 3,4,5,6.
Segetis lætæ comparatio cum arboribus Libani, 3, vii, 3.
Seleucia urbs Ciliciæ, 4, vi, 12.
Seleucidarum luxus, 2,vii,9. Σημαίνω, 2, x, 10. Σημειοῦσθαι, 1,i,8.
Sensus secundarius, seu κατ' ἀκολούθησιν, 1, v, 1. 2,xii,1,10. vid. Metonymia.
Sententiæ resumtio, 4,ii,9. Sententiarum amplius enarrandarum compendia præmitti solent, 4,i,14. Sententiæ geminatio, 2,i,3. 3,iii,2. 3,iv,1. fit interdum post alia interjecta, & vocabulis non prorsus idem significantibus, 2,vi,4. interdum fit per voces multum diversas, 2, xii, 14,ix, 16.
Servius Tullius, 2, xii, 18.
Significationes omnes primitivorum non semper insunt derivatis, 4,ii,2. Significationes diversæ unius dictionis aut phraseos confundi solent ab Interpretibus, 2,vii,11. 2,xii,9. vid. Interpretes.
Signorum nomen quare impositum vexillis, 1,iii,1. Signa militaria olim multa in usu, vexillum nullum appensum habentia, 2,vi,6. Signa infesta, 1,xii,1. Signa constituere, locare, figere, 1,xii,8. Signa movere, 1,viii,2. Signa tollere, pro signis sublatis proficisci, 1,viii,2. Signum proponere, quid Romanis, 1,vii,1. A signi propositione seu erectione comparatio, 1,ix,5. Signi erecti species quamplurimæ, magnopere inter se differentes, 2,vi, 7. Signi erectio externis scriptoribus nusquam memorata extra res bellicas, 1,vi,6. Signi erectio plerumque cœtuum congregationem subinnuit in Scriptura, 1,v,9. Signi erectio adventum hostium significans, tum ut Agrestes confugiant in loca munita, tum ob alios fines, 1,iv,2. 1,x,2. 1,xi,9. Signo sublato fugam imperare in prœlio inauditum, 1,iv,2. 1,vii, 13. 1,x,1. Erectio signi prœliaris, ac tres ejus gradus, 1,vii,5,6,7,8. Signum oppugnatorium, 1,xii,2. Signa in mœnibus obsessarum urbium, in metu oppugnationis, 1,xii,9. mos signa figendi in mœnibus captarum urbium arciumque, 1,xii,1. Signi itinerarii seu profectionalis erectio, 1,vii,12,13. Signi erectione convocabatur populus ad habendum delectum, 1,viii,6,7. Signum in Ianiculo Comitiorum causa proponi solitum, 1, xii,10. Signa è malis specularibus tolli sueta, 2,v,4,6. Signi propositi mentio cur interdum omissa, 1,vii,6. vide etiam in Vexillum.
Similitudo, vide Comparatio.
Similitudinis particula subaudienda, 2, vi, 3,4.
Singularia collective usurpata, 1,viii,9. 2, ii,1. 2, vi,5. 2,xii,6. 3,ii,7,11. 4,xi,6.
Sion, mons sanctus, 2, ix, 13.
Sion pro Ierusalem, 1, x,2.
Situs permutatio inter nomen Regens & Rectum vide Rectio.
Sodomitæ, 3,iv,7.
Solis comparatio cum Athleta, 3,viii,9.
Sonitus arborum vento agitatarum, 3,vii, 3. Locustarum volantium, 3,vii,4. Avium volantium, ibid.
Sortiri, 4, xii 16.
Speciei uni generica nomina sæpe accommodantur, 1,v, 1. Species integræ ferarum tractu temporis alicubi exterminantur, 3,i, 16.
In Spectaculis Romanorum omnis generis feræ, 3, i,4.
Spectare aliquem, in aliquem, 1,iii,6.
Mali speculares, 2, v, 4, 10. Speculæ Persicæ, Asianæ, 2,v,8,10. Peruvianæ, 2,v, 10. Hannibalis, ibid. Specularum litoralium

ralium ignes, 2, vi, 15.
Splendor, 2, xi, 5.
Spolia, 4, xii, 19.
Sponte aliquid facimus duobus modis, 2, viii, 9.
Stanni Britannici forum Massiliæ ac Narbone, 4, vii, 6.
Steigeren, Belgicum, 3, vii, 8.
Sterilitatis causa, æstus, 3, xii, 9.
Sternere, letho sternere, 3, ii, 8.
Stipendium militi civico datum tandem apud Romanos, cum prius propriis stipendiis militâssent, 2, ix, 2.
Cum Stirpibus læte vigentibus comparatio, 2, xii, 11, 12, 14.
Στρατιὰ πάνδημος, πάσκοιτος, 2, ix, 2.
Strepitus, vide Sonitus.
Subitarii Exercitus, vide Exercitus.
Substantivo adjectivum non præponunt Hebræi, 3, ii, 5. Substantiva Hebræi interdum usurpant pro Adverbiis, 2, viii, 8, 7. itemque pro Adjectivis, 2, viii, 10. 3, vii, 12. Substantivo præponere Negativam, vide Negativa. Substantivorum ταυτοδυναμούντων constructio, 3, xii, 10. Substantivum Regens interdum postponitur ei quod regitur, 2, x, 8. 2, xii, 1. Substantiva collectiva, vide Singularia.
Subsultatio equorum generosorum, 3, iii, 10.
Subtritio ungularum, 3, iii, 12.
Superborum elata cervix, 3, vi, 8.
Superstitiosa Interpretatio, vide Interpretes.
Supplices frondibus capita æque ac manus onerare solebant, 4, iv, 6.
Σύσσημον, 1, i, 8.
Syriacæ linguæ usum potius quam Hebraicæ in nonnullis vocabulis respexerunt Interpretes, 1, viii, 1. E syriaca lingua complures dictiones in nonnullis Scripturæ libris, præsertim Iobo & Psalmis, 1, iv, 9. 2, xii, 15. 3, ii, 3. 3, x, 6. Syriaca vocabula nonnulla ipsis Syris posterioribus ignota, 2, v, ix.

T

Tarandus Veterum est Borealium Rangifer, 3, i, 11.
Tarsus non est Tharsis, 4, vi, 11.
Tartessum esse Tharsis, prolixe demonstratur, cap. 7. lib. 4.
De Tauro versus Homeri, 3, i, 7. A taurorum immolatione comparatio, 3, ii, 9. Taurorum appellatione designatur juventus bellica, 3, ii, 10. Taurorum mugitus, 3, iv, 8.
Terram mordent Leones moribundi, 3, 2, 5.
N. Testamenti allegationes, vide Allegat.
Textus authenticus, vide Hebraice.
Θάλλω, 2, xii, 11.
Tharsis vide תרשיש.
Tigris, 1, ii, 6.
Ἐπὶ θύρας ἐλθεῖν, 1, viii, 8.
Tolmidæ ingeniosum factum, 2, ix, 6.
Tonitrus varia epitheta, variæque periphrases, 4, ii, 10.
Torrentes ab obice sæviores, 1, ii, 2.
Trajectionis exempla, 1, iii, 10. 2, i, 6. 3, xi, 9.
Transitus ab unis personis ad alias, frequens in Prophetis, 1, x, 10.
Tribuni legiones conscribebant, 1, viii, 8.
Triturans juvenca, 3, iv, 4.
Trophæorum usum videri, Iudæis ignotum fuisse, 2, vii, 10.
Tubarum buccinarumque usus in vocando populo ad delectum, 1, viii, 6. Tubarum usus extra bella quoque, 1, ix, 5.
Turcicus delectus, 2, ix, 3.
Turdetania olim Tartessus dicta, hodie Andaluzia, 4, vii, 7. Metallis abundat, ibid, Et omni genere bonorum, § 8.
Turres speculares in Hispania, 2, v, 10.
Tyri excidium sub Nabuchodonosare, 4, ix, 17. munitissimus ejus situs, 4, ix, 18, 19. Tyrii, summi navigandi ac negotiandi ministri, 4, vii, 9.

V

Vacationum nulla aliquando ratio habita, 2, ix, 4.
Vah, 3, xi, 3.
Vastatorum instauratio, 3, xii, 5.
Velum, 2, i, 3, 10.
Venter Orco qua ratione tribuatur Ionæ 2. 3. 2, x, 8.
Ventus arbores agitans, 3, vii, 3.

Venus illicita quæ incommoda trahat, 4, ii, 7.
Verba apud Hebræos quandoque Adverbiorum vicem præbent, 3, x, 11. Verba Activa crebro intransitivè usurpantur, 3, iii, 5. Verba prægnantia, 1, x, 3. 2, iii, 7-8. 2, vi, 2. 4, x, 16. 4, xii, 7, 14. Verba in Hiphil, 3, vii, 6. Verbi substantivi vicem præstant Pronomina apud Hebræos, 3, xii, 6. Verbalium cum Verbis suis conjunctio, 1, iv, 10.
Versio superstitiosa, libera, indiligens, &c. vide Interpretes.
Versuum prava distinctio, 1, ix, 7.
Vespasianus, 2, xii, 18.
Vestire metaphoricè sumtum, 3, vi, 9. Vestis pro Velo, 2, i, 5. Vestis elatæ signum, 2, vi, 7.
Vexillorum usus in exercitu, & quare Signorum ac Insignium nomen iis impositum, 1, iii, 1. A Vexillo prægestato comparatio, 1, iii, 1, 4, 9. 1, iv, 11. Vexillo erecto comparatur Christus, 1, v, 3, 4. Vexillo erecto convocabantur in Oriente cœtus, 1, v, 1, 2. etiam togati, 1, vi, 2, 4, 5. Ecclesiarum collectio per Vexilli erectionem designata, 1, v, 3. Vexilli propositione operarii ad pensum vocati, 2, vi, 10. Vexilli usus in coloniarum deductione, 1, vi, 6, 7. in censu agendo, 1, vi, 8. In comitiis centuriatis, ibid. Vexillo erecto significatus navium appulsus, 1, vi, 10. Vexilli erectio ad bellica negotia præcipuè pertinuit, 1, vii, 1. Vexillo datum pugnæ ineundæ signum, 2, vi, 10. Vexillum oppugnatorium, 1, xii, 2. Vexillum Delectus causa propositum, 1, viii, 7. Vexillo significatus hostium adventus, 1, xi, 7. Vide etiam Signum.
Via expediri quo sensu dicatur Esa. 62. 10. 1, v, 2.
Vigor, 4, ii, 3.
Vlulatus, 3, xi, 7.
Vngularum defluvium à Rabbinis confictum, 3, iii, 5. Vngularū subtritio, 3, iii, 12.
Vnicornu, animal fabulosum, 3, i, 4.
Vocabula in medio sententiæ posita, aliquando & antecedentibus & sequentibus connectenda, 2, viii, 4.
Volatus locustarum, 3, iii, 10.
Voluntario militi locus etiam in militia πανδήμῳ, 2, ix, 4, 5. præcipue tamen in exercitibus, qui per delectum scribebantur, 2, ix, 6. Exercitus integri è voluntariis, 2, ix, 7. Voluntariorum nomen potuisse competere etiam iis, qui per Delectum scribebantur, 2, ix, 7.
Vrbium dirutarum reædificatio, 3, xii, 5.
Vrus idem animal cum Hebræorum Reem, 3, i, 14, 15, 16.
Vterum Auroræ tribuere, durum, 2, x, 8.

X

Ξενικὴ δύναμις, 2, ix, 2.
Xylina, 2, i, 8.

Z

Zona metaphorice vires significat, 4, ix, 14.

FINIS.

